CORPVS

INSCRIPTIONVM LATINARVM:

CONSILIO ET AVCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARVM REGIAE BORVSSICAE

EDITVM

VOLVMINIS SECVNDI SVPPLEMENTVM

BEROLINI APVD GEORGIVM REIMERVM

MDCCCXCII

INSCRIPTIONVM

HISPANIAE LATINARVM

SVPPLEMENTVM

EDIDIT

AEMILIVS HÜBNER

ADIECTAE SVNT TABVLAE GEOGRAPHICAE TRES

BEROLINI APVD GEORGIVM REIMERVM

MDCCCXCII

PRAEMONITVM EDITORIS

Tertia fere saeculi pars, grande mortalis aevi spatium, transiit ex quo volumen secundum corporis inscriptionum Latinarum imprimi coeptum est. Inscriptionum Latinarum in paeninsula Iberica repertarum numerus quamquam exinde sane non ita auctus est, ut aliarum regionum, veluti Africae et Illyrici — neque enim effossiones ibi consulto institutae sunt maioris momenti ullae neque in itineribus iussu academiae Berolinensis a me annis MDCCCLXXXI, MDCCCLXXXVI, MDCCCLXXXIX denuo susceptis multa inveni prius a me non visa —, tamen volventibus annis succrevit addendi supplendi emendandi materia tanta, ut appareret volumen antea editum atque additamenta in voluminibus ephemeridis epigraphicae quattuor prioribus et in septima proposita, cum multa interea accessissent, iegentium desideriis iam non satisfacere. Inprimis monumenta aliquot primaria, quae solum Hispaniae huius generis reliquiarum iam pridem ferax protulerat quaeque adhuc in ephemeride tantum epigraphica non multis ad consulendum prompta lucem viderant, aera dico Vipascense Ursonensia Italicense, locum sibi proprium hunc clamabant. Verum etiam inter reliquos titulos recens detectos non desunt, qui oppidorum aliquot adhuc ignotorum memoriam resuscitent vel alia nos doceant nova atque utilia. Atque cum quaeri potuerit, utrum totam syllogen denuo edere praestaret additamentis suo quoque loco insertis, an supplementum tantum et quasi continuationem voluminis editi parare, qualia interim voluminum corporis tertii et octavi edita sunt, pro condicione inscriptionum Hispanicarum singulari equidem sane illud praetulissem; sed vicerunt rationes a me alienae, quae in supplemento edendo consistere iubebant.

Itaque prodit iam supplementum dispositum ad leges eas, quae reliquis quoque huius operis supplementis scriptae sunt. Scilicet ordine totius operis servato in edendis inscriptionibus vel novis vel denuo et melius descriptis numeri paginarum et inscriptionum voluminis editi continuantur, in conspectu vero numerorum veterum singulis capitibus praefixo additiones et emendationes antea editarum proponuntur. Similiter praefatio cum indice auctorum repetito et aucto et conspectus universi operis, item inscriptionum falsarum vel alienarum modicus, qui accessit, numerus iam editis continuantur. Nova accessit de condicione provinciarum Hispanarum disputatio brevis praefationi adnexa, quae et ipsa consuetudinem sequitur in reliquis corporis voluminibus observatam. In fine adiecti sunt indices omnino novi, qui totum opus, i. e. volumen antea editum et supplementum hoc integra complectuntur. Insigne deinde novo volumini ornamentum praebent et auxilium, quo in utendo illo non facile careris, tabulae geographicae novae tres, quae peritiae summae et indefessae diligentiae Henrici Kiepert atque adiutorio liberali Francisci Coello, inter geographos Hispanos principi, debentur. Idem Kiepertus etiam recensus locorum recentiorum, qui in tabulis illis indicati sunt, conficiendi operam suscepit.

Prodit autem volumen aliquanto serius quam optaveram, videlicet interruptum primum morte infausta alterius e iuvenibus doctis, quorum auxilio in plagulis corrigendis et in conficiendis indicibus utebar; deinde retardatum propter operam a typothetis ex parte recusatam.

Dum opus multorum annorum denuo e manibus dimitto, subit animum gratissima virorum illorum omnium recordatio, quorum auxilio diutino uti mihi licebat. Atque imprimis meminisse decebit eorum, quorum mortem partim praematuram lugemus, Augusti Soromenho, Antonii da Figueiredo, Statii da Veiga Olisiponensium, P. Francisci Matthiae Gago Hispalensis, Aureliani Ibarra Ilicitani, Caelestini Pujol Matritensis. Memoro deinde hoc quoque loco honoris causa e viris doctis nostratibus eos, quorum opera in singulis inscriptionibus vel emendandis vel interpretandis fructus sum, veluti Francisci Buecheler Bonnensis, qui in carminibus potissimum emendandis sollertia et liberalitate solita me adiuvit; reliquorum nomina suis quodque locis adnotata sunt. Inter eos vero viros doctos Hispanos, quos adhuc superstites studiis hisce epigraphicis in Hispania et in Portugallia colendis nobisque congratulamur, primum locum merito obtinet tam propter amicitiae vetustatem quam propter doctrinae fructuosam elegantiam Emmanuel Rodriguez de Berlanga Malacitanus, aerum Hispanorum omnium editor clarus. Vix minus debeo amicis Matritensibus tribus P. Fideli Fita, Aureliano Guerra, Eduardo Saavedra, qui iam volumen vetus edenti mihi comites fuerunt liberales atque benigni neque continuanti umquam defuerunt. Qui praeterea in vitae Romanae sedibus principalibus degentes studia haec fovent Asidone Marianus Pardo de Figueroa, Barcinone Antonius Elias de Molins, Bracarae vel in vicinia Franciscus Martins Sarmento, Cordubae Victorianus Rivera Romero, Dianii olim iam Valentiae P. Rochus Chabas, Gadibus Franciscus de Asis Vera, Gerundae Henricus Claudius Girbal, Hispali Antonius Maria Ariza et Franciscus Caballero Infante, Iliberri Emmanueles Gomez Moreno pater et filius, Legione P. Iohannes L. Castrillon et Demetrius de los Rios, Lucenti antea Matriti Eduardus de Hinojosa, in Luco Iosephus Villaamil y Castro, Matriti Ioachimus Costa et Iosephus Raimundus Melida, Magone Iohannes Pons y Soler et Theodorus de Uzarte, Montillae Damasus Delgado Lopez, in Monzon Marianus Pano, Olisipone Iosephus Leite de Vasconcellos et Gabriel Pereira, Oveti Cyriacus Michael Vigil, Palmae Gabriel Llabres et Iacobus Planes, in Portu Eduardus Augustus Allen et Ioachimus de Vasconcellos, Sagunti Antonius Chabret, Tarracone Bonaventura Hernandez iam octogenarius, Vitoriae Fridericus Baraibar, Ursone Franciscus Rodriguez Marin, — hi omnes quantopere

meriti sint de hac sylloga augenda emendandaque sive exemplis titulorum ectypisve submittendis sive quaestionibus quae proposui frequentibus solvendis, omni denique opere et consilio praestandis, syllogae ipsius paginae docebunt. Atque utinam eveniat, quod sibi proposuit instituendum P. Fidelis Fita, scilicet ut virorum illorum omnium laboribus in unum coniunctis prodeat auspiciis academiae Matritensis ephemeris epigraphica et antiquaria Hispaniensis, voluminis huius quasi quoddam supplementum continuum. Quodsi labore hoc meo absoluto re vera efficitur, id quod dudum in votis erat atque saepe a me efflagitatum est, ut tandem aliquando eius generis acta inscriptionibus, quae continuo reperiuntur, statim edendis destinata in Hispania ipsa componantur, melius iam actum erit de re epigraphica Hispana et minore, quam ego, labore minoribusque difficultatibus ei, qui post me venient, novam inscriptionum Hispanicarum syllogen, pleniorem illam atque emendatiorem, quam quae nunc prodit, condere poterunt.

Scripsi Berolini mense Decembri a. MDCCCXCI.

CONSPECTVS OPERIS

INSCRIPTIONES FALSAE VEL ALIENAE

PARS PRIMA. LVSITANIA

PARS SECVNDA. BAETICA

PARS TERTIA. TARRACONENSIS

VIAE PVBLICAE

I Viae Lusitaniae variae	p. 42*. 43*	n. 432*—442*	
II Viae Emerita Salmanticam	p. 43*. 44*	n. 443*—483*	(ad n. 443*. 449* cf. p. 48*)
III Viae Baeticae	p. 44*. 45*	n. 484*—460*	
IV Viae Tarraconensis	p. 49*	n. 461*—467*	(ad n. 464*. 489* cf. p. 49*)
INSTRVMENTVM DOMESTICVM	p. 49*	n. 468*—485*	(ad n. 473* cf. p. 49*)
AVCTARIVM FALSARVM	p. 40*	n. 486*—488*	
AVCTARII FALSARVM CONTINVATIO	p. LII	n. 489*—491*	
INITIA TITVLORVM FALSORVM	p. 47*. 48*		
INSCRIPTIONES FALSAE VEL ALIENAE	p. 712	n. 98 a*	
SVPPLEMENTVM	p. 49*—84*	n. 492*—528*	
INITIA TITVLORVM FALSORVM SVPPLEMENTI (n. 492*—885*)	p. 94*		

PARS PRIMA

LVSITANIA

CONVENTVS PACENSIS

		Tribu			FALSAE VEL ALIENAE	
I.	Ossonoba (*Faro*) cum vicinia		p. 3. 4. 891. 791—793. 1028	n. 1—15. 5133—5169	p. 3*	n. 1*. 2*
II.	Balsa (*Tavira*) cum vicinia *Castromarin* (Assuri)	Quirina	4. 621. 795—787	13. 14. 5133—4290a. 5161—5177		
III.	Myrtilis (*Mertola*)		5. 788. 1028	15—50. 5178—5180		492*
	Cabo de S. Vicente				42*	
IIIa.	Metallum Vipascense (*Aljustrel*)		788—802. 1028			
IV.	Merobriga, municipium Flavium (*Santiago de Caçem, Sines*)	Quirina	5. 809	21—31	3*	3*. 4*
V.	Salacia, urbs imperatoria (*Alcacer do Sal*)	Galeria	7. 802. 1029	35—39. 5181—5183	3*	5*—9*
VI.	Caetobriga (*Setúbal*)		8. 803. 1029	40—44. 5184		
VII.	Pax Iulia (*Beja*) cum vicinia	Galeria	8—13. 804. 1028	45—107.5185—5188	4*	9*
VIII.	Ebora, municipium Liberalitas Iulia (*Evora*) cum vicinia	Galeria	13—17. XXXVIII. 803—807. 1029	108—136.5098.5189—5200. 6263. 8294	4*—8*. 49*	10*—21*
IX.	*Villaviçosa* (fanum dei Endovellici) cum vicinia		17—20. XXXVIII. L. 907. 909.1029	137—151.5139.5131. 5201—5211. 5285—5289		
X.	*Elvas*		20. 808. 809	152—157. 5212—5216	8*	25*
XI.	Ammaia, municipium (*Portalegre*) cum vicinia)	Papiria?	20—22. 809	158—171. 513		
	Marvão				5*	23*
XII.	Aritium vetus (*Alvega* prope *Abrantes*)		22. 892. 810	172		

CONVENTVS SCALLABITANVS

XIII.	Olisipo, municipium Felicitas Iulia (*Lisboa*) cum vicinia *Alcunhões*	Galeria	p. 23—25. 892. XXXIX. 810—812. 1029	n. 173—321. 4991—5020. 5995. 5100. 5217—5228. 8270	p. 8*. 7*	n. 24*—22*
XIV.	Scallabis, colonia Praesidium Iulium (*Santarém*) cum vicinia	Sergia? Galeria?	33—30. 813. 1030	320—338.5229.8271	49* 7*	493* 34*

		Tribu			FALSAE VEL ALIENAE	
XV.	Collippo (*Leiria*) cum vicinia	Quirina	p. 38—39. 885. 813—815. 1030	n. 337—384. 5230—5238. 5273. 5274.	p. 7*	n. 35*—38*
XVI.	Conimbriga (*Condeixa a velha*) cum vicinia		40—44. 895. XXXIX. 815—817. 1030. 1031	385—398. 5239—5244. 5275. 5278 *a b*	8*	40*—48*
	Verride				58*	494*
XVII.	*Bobadella-Midões*		44—45. 817	398—402. 5245	8*	47*—50*
XVIII.	*Viseu* cum vicinia		45—48. 695. 818	403—427. 5027. 5246. 5247	9*	51*—55 *a**
XVIII *a*.	*Lamego* cum vicinia		818. 819	5248—5257		
XIX.	Civitas Aravorum (*Devesa*) cum vicinia (*Aldea nova* Caelobriga?)		48. 49. 898. 818	428—434. 5028	8*	58*
XX.	Civitas Igaeditanorum (*Idanha a velha*) cum vicinia	Quirina	49—51. LI. 818	435—460. 5132.	9*. 18*. 58	57*—62*. 494 *a**

CONVENTVS EMERITENSIS

XXI.	Augusta Emerita (*Mérida*)	Papiria	p. 52—72. 698. XL. 820—822	n. 461—604. 5258—5273	p. 10*	n. 63*—65*
XXII.	Metellinum (*Medellin*). *Villanueva de la Serena*		72—74. 888. 822	605—617	10*	66*—68*
XXIII.	Turgalium (*Trujillo*) cum vicinia (loci varii inter Anam et Tagum siti)		74—81. 896. 622—825	618—681. 5029. 5030. 5274—5280.	18*	69*
XXIV.	Norba, colonia Caesarina (*Cáceres*) cum vicinia	Sergia? Papiria?	81—89. 825. 826. 1031	682—758. 5297—5304	10*. 11*	70*—74*
XXV.	Tituli pontis Alcantarensis		89—98. 696. XL. 826	759—762	11*	75*. 76 *a b**
XXVI.	Caurium (*Coria*) cum vicinia	Quirina	98—100. 697. 826. 827	763—803. 5031. 5032. 5305—5311		
XXVII.	Capera (*Caparra*) cum vicinia		100—106. 827.	804—856	11*—13*. 49*. 50*	77*—92*. 485*—489*
XXVIII.	Mirobriga, municipium V. . . . (*Ciudad Rodrigo*). Bletisa (*Ledesma*)		107—108. 887. 827. 1031	857—869		
XXIX.	Salmantica (*Salamanca*) cum vicinia		109—111. XLI. 827. 828	870—892. 5033—5036. 5312—5314		
XXX.	Caesarobriga (*Talavera de la Reina*) cum vicinia	Quirina	111—117. 828—831.	893—947. 5315—5342	13*	93*—96*
XXXI.	Augustobriga (*Talavera la vieja*)	Quirina?	831. 832. 1031	5343—5301		
	Inscriptiones Lusitanicae originis incertae		117. 832	948—950	13*	97*. 98*

PARS SECVNDA

BAETICA

CONVENTVS HISPALENSIS

I.	Onoba (*Huelva, Trigueros*)		p. 121. 833. 834	n. 954—953		
II.	Ilipula? (*Niebla, Bolullos*)		122. 834.	954. 955. 5352		
III.	Aerifodinae *Rio Tinto* cum vicinia		122. 123. 834	950—961. 5353		
IV.	Arucci (*Aroche*) cum vicinia. Serpa (*Serpa?*)		123—125. 898. LI. 834	962—971	p. 13*	n. 99*—101*
V.	Nertobriga, Concordia Iulia (*Frejenal, Encina Sola*)		125. 128. 835	972—979	14*	101 *a**
VI.	Ceret?, Segida Restituta Iulia?, Vama? (*Burguillos, Jerez de los Caballeros, Zafra*) cum vicinia.		127—129. 835. 1031.	980—1014. 5351—5356. 6276. 5277		
VII.	*Badajoz. Olivença*		130. 131. 835. 838	1015—1023. 5357—5359. 5277 *a—c*.	14*	102*—104*
VIII.	*Alhanje*		131. 838	1024. 5360. 5361		
IX.	Ugultuniacum, Contributa Iulia (*Medina de las Torres, Llerena*)	Galeria	131—133. 598. 838. 1032	1020—1035	14*	105*—107*
X.	Regina (*Reyna, S. Pedro de Villacorza*)		133. 134. 836. 837	1036—1039		
XI.	Curiga (*Monasterio*) cum vicinia (*Almaden de la Plata*, pagus marmorarius)	Quirina?	134. 135. 837	1040—1045		

		Tribus				
XII.	Iporca (*Constantina, Casallo de la Sierra*)	Quirina	p. 135. 136. 037	n. 1048—1049		
XIII.	Munigua, mun. Flavium (*Castillo de la Mulva*)	Quirina	136. 137. 837	1040—1063		
XIV.	Axati, mun. Flavium (*Lora del Rio*)	Quirina	127. 138. 037	1054—1009	p. 14*	c. 108*—110*
XV.	Arva, mun. Flavium (*Alcolea del Rio*)	Quirina	138—140. 037	1060—1073		
XVI.	Canoma, mun. Flavium (*Villanueva del Rio, Cantillana*)	Quirina	140. 141. 037	1074—1081		
XVII.	Ilipa (*Alcalá del Rio*)	Galeria?	141—145. 837. 836	1082—1107. 5362—0384		
XVIII.	Italica, colonia V... (*Santiponce*)	Sergia	146—102. 696 XLI. 036—840. 1032—1037	1108—1182. 5027—0050. 5102—0115. 5385—5268. 8278—6282	14*	111*—113*
XIX.	Hispalis, colonia Iulia Romula (*Sevilla*)	Sergia? Galeria?	152—100. 698. 840—842. 1037. 1038	1103—1203. 5387—0401. 8203	16*. 50*	114*. 115*. 500*
XX.	Osset, Iulia Constantia (*Salteras, S. Juan de Aznalfarache*) cum vicinis		160. 167. 008. 042	1254—1261		
XXI.	*Alcalá de Guadaira. Tocina*		167. 168. 042	1262—1262		
XXII.	*Sanlucar la Mayor* cum vicinia		160. 170. 842. 1036	1280—1275	15*. 50*	116—121*. 501ab*
XXIII.	Siarum (praedium de *Sarra* cet.)		170. 042	1276. 1277		
XXIV.	Salpensa, mun. Flavium (*Facialcasar*)		171—174. 098. 842. 843	1278—1203. 0102		
XXV.	Nabrissa Veneria (*Lebrija, las Cabezas de San Juan*)		174. 175. XLII. 843	1294—1302		
XXVI.	Hasta Regia? (*Jerez de la Frontera*)		170. 176. 808. 643	1303—1311. 0041. 5403—5405		
XXVIa.	*Sanlucar de Barrameda*		044. 845	5042. 5400 (=5042)		
XXVII.	Asido, mun. Caesarinum (*Medina Sidonia*)	Galeria	170—179. 700. XLII. 845. 840. 1038	1312—1320. 5117. 5118. 0407. 5408		
XXVIIa.	Lascuta (*Alcalá de los Gazules*)		XLII. 840	5043. 0110		
XXVIII.	Oba (*Jimena de la Frontera*)		178. 170. 700. 040	1330—1335. 5119		
XXIX.	Ocuri (*Ubrique*)		170. 180. 840. 1038	1338—1330		
XXX.	Saepo V... (*Dehesa de la Fantasia*)		180. 101. 846	1330—1341		
XXXI.	Lacilbula (*Cortijo de Clavijo*)	Quirina	181. 840	1342. 1343. 5400		
XXXII.	Acinipo (*Ronda la vieja, Setenil*)	Quirina	181—185. 701. 847	1344—1357		
XXXIII.	Arunda (*Ronda, Ortegicar*)	Quirina	185. 847	1358—1301	15*. 16*	122*—125*

CONVENTVS ASTIGITANVS

I.	*Arcos de la Frontera*, municipium (*Bornos, Villamartin*)		185. 186. 847	1302—1370		
II.	Callenses (*el Coronil?*). *Moron*		100. 187. 017	1371. 1372. 0445. 0444	15*	120*
III.	Basilipo (*el Arahal*)		187. 100. 847	1373—1377		
IV.	Carmo (*Carmona*). *Fuentes, Gandul*	Galeria	188. 189. 701. XLII. 048—050 1038	1378—1300. 0120. 5412—5430		
V.	*Marchena*		100. 101. 850	1391—1402. 5437	16*. 50*	127*—134*. 502 a—m*
VI.	Urso, colonia Genetiva Iulia Urbanorum (*Osuna*) cum vicinia	Sergia? Galeria?	101—104. 751. XLIII. 851—807. 1038	1403—1422. 5438—5440	17*	
VII.	Sabora (*Cerro de Sábora* prope *Cañete la Real*)	Quirina	184—100. 701. 867. 068. 1038	1423.	17*	136*
VIIa.	*Teba del Condado* cum vicinia		701	1424—1434. 0043—0047. 5450. 5432		
VIII.	Ostippo (*Estepa*) cum vicinia (*Lora, Olaura*)	Quirina? Galeria?	100—100. 702. 550. 000	1435—1460. 5040—5052. 8483	17*	137*. 138*
IX.	Ventipo (*Vado Garcia*)		200. 059	1467. 1468		
X.	Ilipula minor	Quirina	200. 702. 059	1469. 1470		
XI.	Astigi, colonia Augusta Firma (*Ecija*) cum vicinia	Papiria	201—205. 702. XLIII. 809. 870. 1030	1471—1514. 5053. 0054. 5454—0482. 6284	17*	139*
XII.	Ipagrum (*Aguilar de la Frontera*)		205. 206. 702. 870	1515—1523. 5005	17*	
XIII.	Ulia (*Montemayor*) cum vicinia	Galeria	205—210. 703. 870	1524—1552. 5163	17*	139a*—141*
XIV.	Ucubi, colonia Claritas Iulia (*Espejo*). *Teba la vieja*		210. 211. 871	1003—1007	17*	143*
XV.	Ipsca, mun. Contributum (*Cortijo de Iscar* prope *Castro el Rio*)	Quirina	211—213. 871	1568—1581		

		Tribu			FALSAE VEL ALIENAE	
XVI.	*Baëna* cum vicinia		p. 213—215. 752. 571. 872	n. 1382—1208. 5835. 5484. 5468		
XVII.	Igabrum, mun. Flavium (*Cabra*) cum vicinia		515—218. 703. 272	1610—1636. 0007. 0058. 5485—5474	p. 47*	n. 440'
XVIII. XIX.	Ilurgicola et Ipolcobulcula, *Alcalá la Real, Carcabuey, Priego*	Galeria	218—221. 703. 872	1237—1555. 5805. 0058. 5472		
XX.	Tucci, colonia Augusta Gemella (*Martos*) cum vicinia	Sergia? Galeria?	221-228.702.572.273	1580—1720. 5473—2478	40*	447*. 445*
XXI.	Sosontigi* mun. Flavium (*Alcaudete*). *Bobadilla*		225. 273	1721—1723. 0054 5478 (= 5854)		

CONVENTVS GADITANVS

I.	Gades, municipium Augustum (*Cadiz*) cum vicinia	Galeria	228—240. 704. XLIII. 873. 874. 1838. 1832	1721—1922. 5121. 0447—5483. 2285 a—e		
II.	Iptuci, [colonia Virtus Iulia] (*Prado del Rey* prope *Jerez*)	Galeria	241. 704. 874	1923. 5484	12*	148*. 155*
III.	Baesippo (*Barbate, Vejer de la Miel* [et Baelo (*Bolonia*)]		241. 242 XLIII. 875	1824—1826. 5122		
IV.	Carteia, colonia (*el Rocadillo*)		242—244. 575	1827—1833. 5485	18*	154*
V.	Lacippo? (*Alechipe*)		244. 875	1834—1837		
VI.	Barbesula, municipium (*Torre de Guadiaro*)	Quirina? Galeria?	245. 242. 704. 875	1238—1542		
VII.	Suel, municipium (*Fuengirola*)	Quirina	246. 870	1543. 1544		
VIII.	Iluro, municipium (*Alora*)		245. 247. 704. 875. 578	1945—1942. 5456. 5487		
IX.	Cartima, municipium (*Cartama*)	Quirina	247—251. 876	1549—1552. 5428.	18*	152*—155*
X.	Malaca, mun. Flavium (*Malaga*)	Quirina	251—287. 754. XLIII. 878. 877. 1029	1563—1877	15*. 20* (*Mondo*)	155*—177*
XI.	Abdera (*Adra*) cum vicinia		287—269. 754. 277	1278—2003		
XII.	Murgi, municipium (*campo de Dalias*)		877. 278	0488. 5450		

CONVENTVS CORDVBENSIS

I.	Nescania, mun. Flavium (*Cortijos de Escaña*)	Quirina	269—271. 703. 872	2084-2011. 5454. 5452	20*	478*
II.	Singilia Barba, municipium Flavium liberum (*el Castillon*)	Quirina	272—274. 784. 878	2812—2825. 5563		
III.	Osqua, municipium (*Cerro de Leon*)	Quirina	275. 275. 278	2825—2533	20*	175*. 186*
IV.	Anticaria (Sulpicia?), municipium (*Antequera*)	Quirina	276—282. 278	2024—2502. 5453	55*	180 a—e*
V.	Aratispi (*Cauche el viejo*)		322. 578	2554—2027		
VI.	Oppida in valle Singilis fluvii et circa Iliberrim sita varia (*Mollina, Loja* cet.)		222. 224. 755. 575. 888	2858-2854. 0454. 5450	21* (*Loja*)	181*
VI a.	Ulisi (*Cortijo del Rio?*)		885	5495—5485		
VI b.	Calecula (*Daragoleja*) cum vicinia		521	5505—5053		
VII.	Ilurco (*Pinos Puente*)	Quirina	284. 285. 522	2552—5058. 5504	21*	122*
VIII.	Iliberris, mun. Florentinum (*Granada*) cum vicinia	Galeria	285—252. 755. 582—555. 1825	2889—5055. 5554. 5255—2518 a	54*. 05*	183*—459*. 583*. 054*
IX.	Cisimbrium, municipium (*Zambra*)	Galeria	252. 253. 255	2558—2098		
X.	Ossigi, mun. Latonium (*Maquiz*)	Galeria?	253. 294. 705. 525	2150—2102		
X a.	Cantigi (*Espeluí*)		760. 820	5085—5057		
XI.	Urgavo, municipium Albense (*Arjona*)	Galeria	254—237. 550	2103—2125		
XII.	Isturgi, mun. Triumphale (*los Villares* prope *Andujar*)	Galeria	597. 228. 228	2124—2125	22* (Isturgi)	155*—155*
XIII.	Obulco, mun. Pontificiense (*Porcuna*)	Galeria	525—354. 255. 1028	2122—2149 a. 5518. 5520	28*	158*
XIV.	*Bujalance, Cañete de las Torres*	Quirina	354. 825	2153—2154		
XV.	Epora, municipium (*Montoro*)	Galeria	354—204. 586	2158—2125	22*	157*
XVI.	*Adamuz, Villafranca de Cordoba*		354. 355. 882	2124—2155		
XVII.	Sacili, municipium Martiale (*Alcorrucen*)	Galeria	355. 308	2185—2155		

		Tribu			FALSAE VEL ALIENAE	
					p. 22*	n. 195*—206*
XVIII.	Corduba, colonia Patricia (*Cordoba*)	Galeria	p. 300—321. 705. XLIV. 886—000. 1030	n. 2101—2321a. 5021—0530. 6200 (Cordubensis?)		
XIX.	Carbula (*Almodovar del Rio*). *Pago de las Mesquitillas*		321. 800	2322—2323	22*	201*
XX.	*Peñaflor*		321—323. 080	2326—2337. 6630—0342	22*. 23*	202*. 263*
XXI.	*Azuaga*, municipium Iulium V.....	Galeria	323. 324. 800	2338—2342. 0543—6549		
XXII.	Mellaria (*Fuente Ovejuna*)	Quirina	324—326. 000	2343—2301		
XXIIa.	Lacimurga (*Villavieja* propo *Navalvillar*)		000	5068. 6600 (= 0008)		
XXIII.	Iulipa, municipium (*Zalamea de la Serena*)		320. 307. XLIV. 000	2302—2304	23*	204*—202*
XXIV.	Mirobriga, municipium (*Capilla*). *Belalcazar*		327. 320. 000	2360—2300		

PARS TERTIA

TARRACONENSIS

PROVINCIA ASTVRIA ET GALLAECIA

CONVENTVS BRACARAVGVSTANVS

I.	Oppida conventus Bracaraugustani varia		321—238. 706 XLIV. 021. 802. 1030. 1040	2370—2401. 5060. 0051—5586. 6267—6291		
II.	*Caldas de Vizella* propo *Guimaraens*		335—337. 802—800	2402—2410. 6057—6585		
IIa.	Citania. *Sabroso*, *Santa Iria*, *Bocas*		896—099. 1040	6580—5008		
III.	Bracara Augusta (*Braga*) cum vicinia	Quirina	330—343. 700. XLIV. 900. 1040	2411—2461. 6123. 5609. 3610	23*	210*—212*
IV.	*Vianna*, *Caminha*, *Valença do Minho*		344. 000	2462—2466. 6611		
IVa.	Tudae (*Tuy*)		004	0612—0014		
V.	Aquae Flaviae (*Chaves*) cum vicinia	Quirina	341—340. 706. XLIV. 001. 1040	2466—2407. 5010—0610	23*	212a. b*
VI.	*Bragança* cum vicinia		348. 310. 708. 003. 1040	2408—2014. 6610. 5020	23*	213*. 214*
VII.	Civitas Limicorum (*Jinzo de Limia*) cum vicinia	Quirina	330. 301. 708. 003. 004	2515—2523. 0021—5024	23*	213*

CONVENTVS LVCENSIS

I.	Oppida vallis Minii fluvii (*Orense*, *Sa Comba de Bande*, Aquae Originae cet.)		301—353. 004. 1040	2520—2038. 0625	24* 60*	210*—210*. 305*—307*
II.	Iria Flavia (*el Padron*) cum vicinia		363—350. 766. 004—068	2030—2600. 0071 0626—5636		
III.	Castrum S. Christophori (*S. Cristobal de Castro*)		355—307. 707. 000	2651—2057		
IV.	*La Coruña* cum vicinia		337—352. 707. XLV	2508—2502. 0639—6043	24*. 40*. 50*	210*—221*
V.	Lucus Augusti (*Lugo*)	Galeria	359—361. 707. 007. 008. 1040	2570—2506. 5044—0046	24*	222*
VI.	Loci Gallaeciae incerti		361. 362. 000	2007—2000	24*. 26*	223*—220*

CONVENTVS ASTVRVM

		Tribu			FALSAE VEL ALIENAE	
I.	Astures Augustani (Gigurri cet.)		p. 392—395. 707. XLV. 909. 1940	n. 2606—2932. 5672—5676. 9649. 5680. 9292	p. 25*	n. 227*. 228*
Ia.	Zoelae (*Castro d'Avellans*). *Miranda do Douro*		909. 910. 1040	5651—5661. 6293		
II.	Asturica Augusta (*Astorga*)	Quirina?	365—369. 797. XLV. 911. 212. 1040	2633—2659a. 5679—5682. 6121. 9662—5673		
III	Legio VII Gemina (*Leon*) cum vicinia		369—373. 708. 912—918. 1049	2660—2691. 5683—5689. 5674—9725		
IV.	Astures Transmontani. Vadinia		373—377. 709. 919—924. 1049	2692—2710. 5729—5756	25*. 51*	229*. 696*. 910*

CONVENTVS CLVNIENSIS

I.	Pallantia (*Palencia*). *Valladolid*		377. 378. 924—926	2710—2726. 5730—5772		
II.	Cauca (*Coca*)		378. 379. 926	2727. 2728		
III.	Segovia (*Segovia*). *Aguilafuente*		379—381. 226. 927	2729—2762. 5773—5787	25	230*
IIIa.	Segontia (*Siguenza* cf. VII) cum vicinia	Quirina	927. 928. 1040. 1041	5788—5790. 6294. 6295		
IV.	*Duraton. Gumiel*		381. 382. 702. 928	2762—2771. 5090		
V.	Clunia Sulpicia, colonia (*Coruña del Conde, Peñalva de Castro* cet.)	Galeria	382—389. 709. 928. 926	2772—2815. 5791—5793	26*. 26*	231*—236*
VI.	Uxama (*Osma*) cum vicinia	Galeria? Quirina?	387. 388. 706. XLV 928	2814—2831		
VIa.	Termes (*Tiermes*)		930	5764. 5796		
VII.	Numantia (*Garray*) cum vicinia		388—390. 839	2832—2847. 5786	26*	237*. 238*
VIII.	Augustobriga (*Muro de Agreda*)		329. 920	2848. 2849. 5787 (= 2849)	86*	239*. 240*
IX.	*Lara de los Infantes* cum vicinia		391—394. 706. 930. 931	2850—2889. 5798—5803		
X.	Tritium Magallum (*Tricio*). *Musilla de Cameros*	Quirina	394. 395. 931	2887—2990. 5804—5806		
XI.	Oppida circa *Burgos* sita varia		395—397. 932	2901—2916. 5807—5811	26* (Virovesca)	241*
XIa.	Segisama (*Sasamon*)		932. 933	5812	26* (Iuliobriga)	242*
XII.	Cantabri et Varduli		397—401. 934. 1041. 1042	2917—2957. 5813. 5814. 6299—6304a		
XIII.	*Iruña. Trespuentes, Ollavarre*		934—936	5818—5826	27*. 51*	243*. 501*

CONVENTVS CAESARAVGVSTANVS

I.	Pompaelo (*Pamplona*) et vicinia	Galeria	401. 402. 936	2958—2961. 5827—5831		
II.	Carenses (*Santa Cara*) cum vicinia		402. 403. 709. XLV. 937	2962—2972. 5832		
III.	Sadaca cum vicinia (Iacca)		403. 404. 937	2973—2982	27*	244*
IV.	Calagurris Iulia[Nassica] (*Calahorra*)	Galeria	404. 405. 937	2982. 2984	27*	245*—248*
V.	Turiaso (*Tarazona*) cum vicinia		405. 937. 1912	2985—2290. 5833	27*. 28*	250*—252*
VI.	Caesaraugusta colonia (*Zaragoza*)	Aniensis	406. 407. 937	2991—3001	28*. 51*	254*—257*. 612*
VII.	Osca (*Huesca*). *Peñalen*	Sergia? Quirina?	407. 408. XLV. 939	3002—3007. 5834—5836		
VIII.	Labitolosa (*Puebla de Castro*) cum vicinia	Galeria	408. 930. 939	3008. 5837 (=3008) —5840		
VIIIa.	Boletum (*Baltoño*)	Galeria	939. 840	5841—5847		
IX.	Ilerda (*Lerida*)	Galeria	408. 409. 840	3008—3011. 5848	28*	258*—260*
X.	Celsa, colonia Iulia (*Velilla*). *Chiprana. Fabara*		409. 640	3015—3020. 5818—5852		
XI.	Bilbilis, municipium Augustum (*Bámbola* prope *Calatayud*) cum vicinia	Galeria	410. 710. 641	3021—3023. 5852. 5853	28*. 28*. 91*	269a*—275*. 613*
XII.	Complutum (*Alcalá de Henares*) cum vicinia	Quirina	410—413. 941. 942. 1042. 1043	3024—3049. 5854—5869. 6305—6308	28*	276*. 277*

CONVENTVS CARTHAGINIENSIS

		Tribu			Falsae vel alienae	
I.	*Avila* cum vicinia		p. 413. 414. 842. 843	n. 3000—3053. 3808—0686	p. 30°. 48°	n. 276a—c°. 270°
II.	*Madrid* cum vicinia		414—415. XLV. 813. 844	3061—3072. 5870—5878	30°	260°
III.	Toletum (*Toledo*) cum vicinia		416—418. 710. 814. 1043	3073—3088. 8673. 8369—8311	30°. 31°	261°—303°
IV.	*Cabeza del Griego* (Ercavica?) cum vicinia		419—425. 710. 944 —946. 1044	3080—3164. 5874—8826. 6342.		
V.	*Sacedon* cum vicinia		428. 428 946	3168—3170	31°	304°—306°
VI.	*Alburracin* cum vicinia		427. 710. 948	3171—3176. 5888		
VII.	Valeria (*Valera de arriba*) cum vicinia	Galeria	427—430. 710. XLV. 847	3170—3240. 5600—5886	32°	000°—308°
VIII.	Consabura, municipium (*Consuegra*)		431. 847	3226	32°	307°
IX.	Oretum (*Nª Sª de Oreto*)	Sergia	421. 432. 710. 848	3221—3227	32°	310°—312°
X.	Laminium, mun. Flavium (*Fuenllana*) cum vicinia		432. 434. 710. 846	3228—3233		
XI.	Libisosa Forum Augustum, colonia (*Lezuza*)	Galeria?	434. 846	3234	32°	313°. 313a
XII.	Mentesa Oretanorum (*Villanueva de la Fuente*) cum vicinia	Galeria	434. 435. 710. 948	3235—3236		
XIIa.	Tituli incertae originis a Gongora collecti		846 848	5607—5806		
XIII.	Iugo, municipium (*Santisteban del Puerto*) cum vicinia	Galeria	438—137. 040	3239—3246		
XIV.	Baesucci, mun. Flavium (*Vilches*) cum vicinia		437—130. 710. XLV. 018	3260—3263. 5001	33°	314°
XV.	Castulo, municipium (*Cazlona*) cum vicinia	Galeria	410—448. 848. 950	3264—3326. 5007—5018	33°. 34°	315°—343°
XVI.	Tugia mun. Flavium (*Toya*). *Santo Tomé, Quesada*		448. 449. 710 850	3327—3334. 5002. 8016—8018		
XVIa.	Salaria colonia (*Ubeda la Vieja*) cum vicinia		710. 880. 854	5003. 5510—5021		
XVII.	Vivatia, mun. Flavium (*Baeza*) cum vicinia	Sergia?	448—451. 854	3330—3346	34°	344°—30°
XVIII.	Oppidum ignotum prope *Mancha Real* et *Jimena* situm cum vicinia		451. 452. 711	3348—3357. 8084. 8095. 8922		
XIX.	Aurgi, mun. Flavium (*Jaen*). *Albanchez*	Galeria?	452—456. 711	3358—3378. 5023	35°	388°. 384°
XX.	Mentesa Bastitanorum (*la Guardia*)	Quirina?	456. 457. 951	3170—3385		
XXI.	Acci, colonia Iulia Gemella (*Guadix*) cum vicinia (*Baza* Basti cet.)		458—461. XLV. 852	3386—3407. 5291—5296	38°	382°
XXII.	Carthago nova (*Cartagena*)	Sergia (Galeria?)	462—476 711 XLVI. 952—951	3408—3520a. 8027—5040	35°	383°—358°
XXIIa.	Asso (*Caravaca?*)		855	5941. 5042		
XXIII.	*Murcia* cum vicinia		476—478. 853. 058	3521—3553. 8843—5816	38' 38°. 49°. 81°	358°—360° 814°—522° (*Cerro de los Santos*)
XXIIIa.	Bario (*Vera*)		056	5847		
XXIIIb.	Begastrum (propo *Cehegin*)		058	5048. 5919		
XXIV.	Ilici, colonia Iulia Augusta (*Elche*)		479—481. 857	3551—3568. 5850—5957	36°. 82°	384°. 523°
XXV.	Lucentum (*Alicante*). *Monforte*		161. 482. 857	3561—3560 5858	36°	362°
XXVI.	*Villajoyosa. Altea. Lanuria*		482—484 958	3570—3579		
XXVII.	Dianium, municipium (*Denia*)	Galeria	144—486 711 886 950	3860—3595 8959—5071	36°. 40°	383°. 364°
XXVIII.	*Ondara*		486. 850	3596—3600		
XXIX.	*Gandia* cum vicinia		488—166. 058 950	3601—3617. 8073—8978		
XXX.	Saetabis, municipium Augustum (*Játiva*) cum vicinia	Galeria	482—492. 711. XLVI 080. 881	3618—3658. 8876—5083	36°	388°. 366°

INSVLAE PITYVSAE

XXXI.	Ebusus, mun. Flavium (*Iviza*)	Quirina? Galeria?	482—484. 864	3659—3662. 3661—5666	38°	367°

INSVLA BALEARIS MAIOR

		Tribu			FALSAE VEL ALIENAE	
XXXII.	Palma (*Palma*). *Porreras*. *Lluchmayor*	Velina	p. 494—466. 661. 1044	n. 2666—5692. 6987—6666. 6314—6320	p. 25*. 37*. 46*	n. 368*—376*
XXXIII.	Pollentia (*Pollensa*). *Alcudia* (Bocchori) cum vicinia	Velina	486—496. 666	3665—3765. 5666		

INSVLA BALEARIS MINOR

XXXIV.	Mago, mun. Flavium (*Mahon*). *Ciudadela* (Iamo). *Calascovar*	Quirina Quirina	466—566. 663. 664	2765—3724. 5691 (= 3767). 5662—5596 (= 3716—3724). 5966—6003		

CONVENTVS TARRACONENSIS

I.	Valentia, colonia	Galeria	500—566. 711. XLVI. 665	3725—3775. 6004. 6665	37*	371*
II.	Agri Valentini oppida varia		508. 666. 665. 566. 1614	3776—3785. 5666—6011. 6213	37*	276*
III.	Civitas Edetanorum, Liria (*Liria*)	Galeria	556—511. 265. 667	3786—3818. 6012—6017		
IV.	Saguntum, municipium (*Murviedro, nunc Sagunto*)	Galaria	511—527. 711. XLVII. 967—971	2819—3957. 5016—6061	37*. 35*. 49*	372*—376*
V.	Oppida inter Saguntum et Dertosam sita varia (*Segorbe* Segobriga al.)		527—535. 671	3656—4053. 5662—6066	38*	360*. 361*
VI.	Dertosa, colonia (*Tortosa*) cum vicinia	Galeria	535—538. XLVII. 672. 1644	4054—4676. 5676		
VII.	Tarraco, colonia Iulia Victrix Triumphalis (*Tarragona*) cum vicinia	Galeria	626—593. 711. XLVII. 672—661. 1614	4071—4454. 6071—6143	36*—40*. 49*. 52*	362*—468*. 521*
VIII.	Iesso (*Guisona*) cum vicinia	Galaria	562. 564. 961	4452—4457		
IX.	Aeso (*Isona*)	Galeria* Quirina?	564—567. 661	4158—4476		
X.	Sigarra, municipium (*Prats del Rey en Cegarra*) cum vicinia	Galeria	567. 566 XLVII. 661	4476—4456		
XI.	Aquae calidae (*Caldas de Mombuy*)		566. 961. 1045	4457—4462	40*	455*
XII.	Egara, mun. Flavium (*Tarrasa*)	Galeria	568. 566. 661	4494—4465. 6144		
XIII.	Barcino, colonia Faventia Iulia Augusta Pia (*Barcelona*). *Villafranca del Panadés*	Galeria	566—611. 711. XLVIII. 961—986. 1645	4496—4602. 6146—6476. 6321. 5262	40*. 41*	416*—416*
XIV.	Baetulo (*Badalona*)		612. 613. XLVIII. 957. 1045	4603—4611		
XV.	Iluro (*Mataró*)	Galeria	512. 687	4612—4617	41*	490.* 461*
XVI.	Vicus Ausetanorum s. Ausonensis (*Vich*)	Galeria	614. 667	4618—4616	41*	429*—424*
XVII.	Gerunda (*Gerona*) cum vicinia	Galeria?	514. 515. 967	4525—4622. 6160. 6181.	42*	425*
XVIII.	Emporiae (*San Martin de Ampurias*). Rhode (*Rosas*). *Figueras*	Galeria?	615. 516. 686—695 1045	4623—4646. 5162—6166. 6323	42* (Emporiae) 46* (Rhode) Loci incerti 52*	426*—426* 430.* 431* 665*

VIAE PVBLICAE
PARS PRIMA
VIAE LVSITANIAE

I.	Viae Lusitaniae meridionalis	p. 619. 620. 716. 661. 1046	n. 4629—4643. 6167—6159.	p. 42.* 43.*	n. 432*—442*
II.	Via Emerita Salmanticam (*el Camino de la Plata*)	666—625. 719. XLVIII. 661. 1645	4644—4555. 6266—6255	43.* 44.* 46*	443*—453*

PARS SECVNDA

VIAE BAETICAE

				FALSAE VEL ALIENAE	
I.	Miliarii Baeticae meridionalis	p. 886. 887. 998. 1046	n. 4660—4696	p. 44.* 46*	n. 454*—460*
II.	Via Augusta ab Iano Augusto, qui fuit ad Baetem, usque ad Oceanum	887—636. XLVIII. 998—993	4667—4734. 9897—6896		

PARS TERTIA

VIAE TARRACONENSIS

I.	Via Bracara Olisiponem	638. 633. 993	4739—4740. 6809—6810	49.* 49*	481*—487*
II.	Miliarii Bracarae servati	933—638. XLIX. 994. 1046	4747—4769		
III.	Via Bracara Aquas Flavias et Aquis Flaviis Asturicam	636—639. 994	4769—4795		
IV.	Via Bracara Asturicam altera	936. 994	4799. 4797. 9844—6847		
V.	Via Bracara Asturicam tertia	638—649. 994. 996	4798—4699. 9848—6864		
VI.	Via Bracara Asturicam quarta	649. 647. 695—997. 1943	4667—4877. 6685—6630		
VII.	Viae conventus Cluniensis	947—660. XLIX. 997. 698	4678—4904. 6237		
VIII.	Via de Hispania in Aquitaniam	959. 651. 998	4902—4944		
IX.	Viae conventus Caesaraugustani	651—903. 998	4946—4939		
X.	Viae Castulonenses	963. 966	4931—4936		
XI.	Viae a Carthagine nova exeuntes variae	694. 665	4936—4947		
XII.	Viae a Carthagine nova ad Summum Pyrenaeum	958. 656. 998. 999. 1046. 1046	4946—4958. 6638—6644. 9384. 6364o		
	Additamentum miliariorum	938. 999	4959—4991		

INSTRVMENTI DOMESTICI INSCRIPTIONES

[I.]	Pondera	669—666. 718. XLIX. 1000—1026	4008 1-6. 6845 1-6	49.* 49*	498*—485*
[II.]	Tesserae	881. 1000, 1004	4663 1-10. 6249 1-9		
[III.]	Massae plombi	908. 1061. 1949	4964 1. 2. 6847 1-8		
[IV.]	Glandes	661. 718. 1001. 1969. 1016	4969 1. 2. 6848 1-10. 6320		
[V.]	Auro, aeri, argento, plumbo inscripta	668. XLIX. 1969. 1003. 1048	4989 1-10. 9846 1-11		
VI.	Sigillum medici ocularii	1003	9859		
VII.	Vascula vitrea	1093. 1049	6664 1. 2		
[VIII.]	Tegulae	669. 893. 1004—1006. 1949	4997 1-32. 6859 1-38. 9380—6397		
	Tegulae christianae	893. 684. 1007. 1066	4967 23-43. 9253 1-14		
[IX.]	Amphorae lucernae vascula varia	1006. 1009			
	[A.] Amphorae	664—666. 1969—1011	4968 1-64. 6864 1-43		
	In amphoris stilo scripta	1011	6656 1-6		
	[B.] Lucernae	665. 666. 1018—1014	4969 1-63. 6898 1-41		
	[C.] Vascula varia	666—962. 1944—1083	4979 1-509. 6257 1-234		
X.	Tituli extrinsecus inter varia ornamenta et anaglypha impressa litteris prominentibus	669. 1083	4974 1-18. 6856 1-6		

INDICES

TABVLAE ADIECTAE

PRAEFATIONIS SVPPLEMENTVM

continuatur a pag. XXVI

82. (ad o. 4). ANTIQUISSIMUM titulorum Hispanorum auctorem fortasse ipsum Cyriacum fuisse, quem constat iode ab a. 1141 Hispaniae explorandae consilium agitasse, Ioh. Baptistae DE ROSSI opinio est, sic ab eo expressa in Inscriptionum christianarum urbis Romae vol. II 1 (Romae 1887 fol.) p. 874 (cf. p. 386) s.:

»Circumferuntur sub nomine eius aliquot inscriptiones falsae Hispanae receptae in syllogas Marcanovae aliorumque saec. XV (v. CIL II p. V. VI); quae praecipua causa fuit cur nonnulli Cyriaco pessimae fidei notam inurerent. Quas falsitates ei nunc omnes abiudicant. Ego autem vereor, ne ab eo male credulo propagatae sint, minime decipiente sed decepto fraude ludificatoris. Alterius enim ex eis titulis loci ipsum Cyriacum videntur respicere, et peregrinationes eius ad extrema mundi, ut inscriptiones veteres legeret, in ridiculum vertere (II 142* Apud Gades per Cyr. Ancon. rep. d. m. s. si lubet legito Heliodorus insanus cet.). Quae si vera sunt postremis vitae annis Cyriacus propositum adeundi Hispaniam adimplevit, ut sylloge inscr. Hispanic. auctoris ignoti, quae antiquissima dicitur et a Ferrarino servata est, indefesso antiquitatum exploratori Anconitano erit restituenda (v. CIL II p. V et Oldenbergium Eph. ep. III p. 17 ss.)«

20. (ad u. 6). De ANTIQUO quem dixi auctore syllogae inscriptionum Hispanarum anonymo iam plenius indicare licet quam antea, cum exempla syllogae eius duo nova prodierint. Verba de eis fecit Hermannus Oldenberg, tum iuvenis in studiis antiquitatis Romanae magno cum fructu versatus, iam in castra philologiae Sanscriticae transgressus, quam Kiliae egregie docet. Dissertationem eius 'de Hispano antiquo' visum est integram hoc loco repetere ex Ephemeride epigraphica (III p. 17 ss.).

»Antiqui quem dixit Huebnerus inscriptionum Hispanarum auctoris novum exemplum nuper in lucem prolatum est, codex scilicet saec. XVI ineuntis, qui fuit olim familiae Filonardi in oppido Bauco prope Frusinonem, anno 1873 Romae a Constantino Corvisieri emptionis iure comparatus et illatus in bibliothecam regiam Berolinensem (pict. A 61 p). Habuit Huebnerus, quo tempore Hispanica edidit, eius codicis notitiam aliquam specimine ab Henzeno sibi transmisso (v. apud eundem p. VI), sed quae ad exemplaris huius utilitatem intellegendam non sufficeret. In hoc Antiqui collectio integra extat intermixta sylloge Italis eius aetatis vulgaribus. Quo exemplo cum nonnullis in rebus eis, quae adhuc de auctore isto nota nobis erant, supplementa non levia accrescant, poterimus iam eo accedere, ut archetypi deperditi imaginem restituamus ratione non omni ex parte certa, in plerisque tamen satis firma.

Exempla autem, quibus usus sum, haec sunt.

I. Codex Mutinensis bibl. Pal. VI F 28 scriptus a. 1803 iussu Martini de SIEDER, de quo dixit Huebnerus supra p. VI: eius libri apographum ab Henzeno Huebneri in usum confectum praesto mihi fuit. Hispana leguntur f. 83'—22'; quorum ordo archetypi puto foliis transpositis perturbatus est, quem restituemus f. 88'—93' collocatis ante f. 85. Continet autem liber Siederi Tarraconensem totius collectionis partem solam; quam exhibet et plenissima et optima. Cetera vero exempla ex communi eoque deteriore fonte proficisci multis locis ostenditur, ubi vitia, quae in illis omnibus redeunt, a solo Siederi libro absunt. Excipio Apianum, cuius in collectionis initio (p. 1—24) Hispanarum Antiqui inscriptionum series posita est: quod exemplum manifestum est eodem a fonte, unde pendet Siederus, proficisci. Nam praeter Baeticos titulos paucissimos, qui in fine additi sunt, nihil continet nisi titulos Tarraconenses, et quae dixi de ordine apud Siederum perturbato, eadem etiam in Apianum cadunt. Ceterum Apianus, quamquam eum non ex ipso Siederi codice suo habuisse constat, plane abici posse mihi visus est.

II. Codex PEUTINGERI Augustanus n. 527 (cf. supra p. VI). Antiquum (f. 51—54'. 58'—82) excipiunt (f. 52. 52') tituli tredecim sine dubio aliunde accepti (vidi II p. 23. 83) Cordubenses Astigitani Olisiponenses Emeritenses.

III. Codex SANUTI Veronensis (supra p. VI).

IV. Codex FILONARDIANUS modo commemoratus chartaceus formae duodecimae, scriptus omnino in Italia. Aetas eius definitur cum epitaphio Ferdinandi II Arragoniae regis, qui decessit a. 1518, quod legitur f. 18', tum duobus epitaphiis (f. 118'. 181') Aonii Casinatis et Anaximandri Casinatis, quorum illud a. 1812 a vivo, ut videtur, libri domino et ex parte auctore scriptum, a. 1531 mortuo ipso correctum est, hoc a patre filio positum refertur ad a. 1811. Hic liber Tarraconensium titulorum seriem continet f. 31—44· interpositis Italis sequuntur Baetici cum quibusdam Lusitanis f. 78'—87. Quod exemplum in his quae ponit non minus quam in eis quae omittit accuratissime cum libro Sanuti congruit. Correctus autem est Filonardianus ad fidem codicis alicuius, qui recensionem a Siedero repraesentatam exhibuit, tituli que e Filonardiano et Sanuto consentientibus omissi fol. 18'—20. 22'—28 sunt relati [1]). Quae pars codicis cum suppleat collectionem f. 31—44, 48'—87 positam, statuendum est, priorem hanc partem post illam posteriorem scriptam esse. Cui coniecturae foliorum illius codicis ratio locum certe dat, nam partes eius f. 1—30' et rursus f. 31—128' — incipit autem f. 31 nova foliorum complicatio — quasi duobus pro codicibus haberi posse indicio est, quod in utriusque partis fine videmus manum secundam, qua adscripti sunt tituli diversis Italiae Galliaeque locis in ora plerumque maris mediterranei collecti, de qua sylloge plura hic dicenda nobis non sunt.

Adduntur autem in libro Filonardiano Hispanis ex Antiquo petitis variis locis (f. 22—22'. 28'—28'. 88'. 88—90) alia, quae iam externa specie ab illis differunt; scripti enim sunt hi tituli plerique litteris uncialibus observatisque fere elementorum concatenationibus, quas Antiquus

1) Praeterea locis haud paucis emendata sunt vitia omnibus Antiqui exemplaribus communia, quas correctiones ad alium fontem nobis ignotum redire statuendum est. Exempla pauca oppono. In titulo n. 4080 (f. 81. 81') verba ultima *Sempron. Lichnis aula* adscripta sunt, quae desunt non minus apud Siederum quam in ceteris exemplis, n. 3820, ubi Sanutus et Filonardianus soli exemplum Antiqui servaverunt, qui v. 3 tradunt sic *vaggamo urna* (*vesma* San.) *abram torcam*, correctum est *caccam ovem suem forbam*, quam patet non esse alteram eiusdem exempli recensionem, sed exemplum diversum. — In Saguntinis Valentinisque haud raro locorum indicationes accuratiores inter corrigendum adscriptae sunt, quarum origo haud scio an coniuncta sit cum collectione titulorum statim commemoranda, quam idem codex exhibet, in qua Saguntinae Valentinaeque inscriptiones principem locum tenent.

etiamsi non constanter neglexi, rarissime tamen exhibet. Communem originem ut his tribuamus, iam regionum, ad quas pertinent, suadet vicinitas; nam sunt inscriptiones repertae Valentiae locisque vicinis Liriae et Villar, deinde Sagunti et Saetabi; quibus titulis interpositi sunt pauci aliunde oriundi, Malacitanus n. 4601, Accitani 4043. 3303. 3307, Oscenses 3003—3005. E Saguntinis huius seriei titulis nonnulli redeunt apud Antiquum, sed ita ut neutrum exemplum ab altero pendere manifestum sit.

Ortam esse hanc collectionem non multum post initium saec. XVI, iam eo ipso, quod in libro Filonardiano legitur, satis probatur; praeterea observandum est, haud raro eam similem esse collectaneis Iohannis Bembi n. 1505 his in regionibus iter facientis; velut n. 3786 et 3888, quarum inscriptionum illius pars dimidia, haec tota e sola Bembo adhuc nobis servata erat, qui aliunde eas se accepisse dicit, hic redeunt[1]); item n. 3837 a Bembo e lapide descripta, ubi aeque desunt alii auctores; n. 3854 initium tituli auctor noster vidit, ut dederunt Bembus et is unde pendent schedae Bouhieri, integrius quam Strada Mameranus reliqui.

Commemoravi iam, Antiqui exempla in libris Peutingeri Sanuti Filonardiano tradita ad eundem fontem e Siedero diversum redire; horum rursus Filonardianus et Sanutus idem exemplum Peutingerano plerumque praeferendum repraesentant ille optime hic pessime[2]). Mirum vero est, quod locis nonnullis omnem dubitationem excludentibus demonstratur, in Baetica parte collectionis interdum codices Peutingeranum et Filonardianum eadem vitia exhibere, quibus Sanutus vacat[3]); unde aestimare licet aetatis illius his in studiis industriam in syllogarum exemplis his illis conferendis propagandisque hinc inde non minus erroribus quam vero.

V. Liber Parmensis. In fine editionis Mazochii, quae antea fuit Paciaudii, nunc servatur in bibl. reg. Parmensi (n. 02703), inserta sunt folia manu scripta 16, quae continent intermixta et recentioribus et antiquioribus — nam etiam Antiquissimi quem vocat Huebnerus quaedam hic redeunt — multa ex Antiquo derivata (f. 1'—3'. 10. 13'. 15—16'). Quae hic illic commemoravi, perpetuo non adhibui, cum breves tantum eorum foliorum descriptio a Bormanno confecta praesto mihi esset, quam comiter Huebnerus mecum communicavit.

His de auctoribus praemissis dicendum iam est de singulis deinceps partibus collectionis ab Antiquo confectae; de quibus cum disputaverimus, dabimus tabulas totum opus quantum fieri potest repraesentantes. Tota collectio in duas partes dividitur, quarum fines in exemplis nobis traditis satis clare cernuntur: altera complectitur titulos provinciae Tarraconensis, altera Baeticos cum paucis e Lusitania et Gallaecia oriundis. Prior pars exstat apud Peutingerum f. 00'—54'; Sanut. f. 005—303; in libro Filonardiano f. 81—44 ita ut finem eius altera pars non statim sequatur, sed interpositis alienis demum f. 73' seqq.; Siederi deinde codex cum Apiano omnino hanc partem solam recepit. Quo minus autem Tarraconensem vocemus hanc inscriptionum seriem, tituli pauci qui interponuntur extra fines Tarraconensis Hispaniae oriundi pontis Alcantarensis (n. 700. 750. 761) Malacitani (1050. 1800. 1988) Cartimitanus (1606) eo minus obstant, quia auctor Antiquus eos non de lapide descripsit, sed ex collectione Antiquissimi transtulit. Atque primum locum in hac priore collectionis parte tenent ipsius Tarraconis tituli plurimi, sequuntur orti Sagunto Ilerda Dertosa Valentia Murcia Ilici Saetabi quique dicuntur orti esse Dianio[1]). Tarraconensium autem inscriptionum praeter amplam seriem modo commemoratam altera collectio minor, quamquam haud exigua, tradita nobis est apud Siederum f. 88'—89 (= Apian. 11, 3—13, 0), i. e. foliorum perperam positorum ratione habita in fine operis; eadem redit in libro Filonardiano f. 03—95 et quaedam inde afferuntur in cod. Parmensi f. 15—16'; ignoravit eam et Peutinger et Sanutus. Hos titulos noli quia in aliis exemplaribus desunt, in aliis a ceteris Tarraconensibus separantur, ab Antiquo auctore abiudicare: cui sententiae vel hoc obstat, quod in tanto inscriptionum numero nulla in utraque Tarraconensium serie redit. Quae ratio inter utramque intercedat, inde nisi fallor colligitur, quod maior series fere tota composita est ex titulis sacris, imperatorum, magistratuum sacerdotumque publicorum vel municipalium, vel in quibus aliqua accedat causa peculiaris, cur lectione digniores visi sint[2]); in minore serie vix ullae inveniuntur maioris dignitatis inscriptiones, sed sunt omnes sepulcrales. Itaque puto auctorem collectionis has a ceteris Tarraconensibus separatas in finem fortasse operis relegasse; unde transierunt in librum Siederi et supplementa Filonardiani, non receptae sunt in illud exemplum, ex quo pendent collectiones Peutingeri Sanuti Filonardiana. Aesonenses inscriptiones quattuor (vide supra pag. 014), quas habent Sieder et Apianus, omittunt Peutinger Sanutus Filonardianus, quamquam traduntur loco alieno — interpositae enim sunt Tarraconensibus —, nolim tamen revocare ad fontem diversum; redeunt enim eaedem in libro Parmensi (f. 16') coniunctae cum titulis, qui sine dubio sunt Antiqui.

Putaverim autem proficisci haec collectanea a viatore, qui ex Gallia terrestri itinere adveniens primum attigit Aesonem, Ilerdam, Tarraconem, Dertosam, deinde meridiem versus perrexit: quocum congruit fere ordo in disponendis inscriptionibus observatus, nisi quod Tarraco et Saguntum propter ampliorem numerum opinor titulorum inde adlatorum praeposita sunt; item cur Barcinonensia omnino absint, hac ratione explicatur. Sequitur post fictos titulos n. 410*. 140*. 580*. 303*, qui ex vulgatis eius aetatis corporibus huic collectioni adhaeserunt, series inscriptionum Lusitanorum et Baeticarum, quae in solis exemplaribus Peutingeri Filonardiani Sanuti exstat. Et de Lusitanis quidem (Fil. f. 76'—01. 84'—86', San. f. 303'—300') anceps est quaestio, pertineantne re vera ad Antiquum an sint auctarium aliunde acceptum: desunt enim apud Peutingerum. Qua de re verum fuit Huebneri iudicium (p. 181. 620), neque ego quicquam certi statuere audeo: quamquam magis est ut credam in archetypo, ex quo tria nostra exempla fluxerunt, haec non fuisse; neque enim tales series maiores in libro Peutingeri omitti solent, nec quod numerus Lusitanorum integer deest ne uno quidem titulo inde relicto, eius modi est, quod librario facile tribui possit. Neque tamen propter aetatis rationem huius additamenti origo ad collectiones Zuritae Stradaeve, quod coniecit Huebnerus, referri poterit.

Ceterum Lusitani hi tituli collecti videntur ab homine Salmantica Emeritam iter faciente; incipiunt enim a miliario n. 4670, qui Mamerano teste positus erat prope pagum Calzada, et a miliario Neronis, cui adscriptum est apud Sanutum: *a Salamantica urbe totum illud iter ius notis refertum per columnas marmoreas*; sequuntur tituli Caperenses et sincerus n. 834 et ficti, quibus vix ullus locus magis abundat quam Capera, noti plerique, quibus accedunt ex Filonardiano nonnulli hucusque ignoti; finem facit miliarium Hadriani, ad quem adnotatur: *ad Emeritam in innumeris marmoribus*.

Iam quae sequitur Baeticorum titulorum collectio tribus auctoribus communis (Peut. f. 64'. 00'—50. Filon. f. 01—03. 02'. 00'—06'. Sanut. f. 306—300') inscriptiones comprehendit repertas Granatae Mentesae Antiquariae Ursone Marcenae Hispali Arucci[3]), quae aut omnes

1) Adscribo hic tituli 3888 exemplum Filonardianum, ut cum Bembo ab Huebnero ad h. l. allato comparari possit: *p. cornelius zosimus emilia pusid. n ux. s. et r.* Item 3961 (Bembus: *datum mihi fuit Saguntii*) (cf. n. 6081): *r. lucili. ful. ii.' vir. turriat. refic.* Etiam n. 3926 integer, qualem adhuc ex solo Bembo noveramus, hic redit (v. 3 *pompeia asie. roe* ut apud Bembum).

2) Non nisi ex communi archetypo explicari potest v. c. series titulorum Saguntinorum. Vitiorum, quae Fil. et San. communia exhibent, exempla sufficiant pauca. In fine n. 3888 apud utrumque auctorem nescio unde adhaeserunt verba *Corsyani. nai. herus. h. r.* (*corsiam naiverus. h. c.* San.). — 1478, 3 *Pottio* omitt. Fil. San. — 3849, 3 *prae.* n; 4 *Rassus* Fil. San. — 3849, 4 *d. m. r.* omitt. Fil. San.

3) Verba quae sunt *municipium Albense Urcaonense* a San. recte collocantur in fine tituli n. 3414, a Peut. et Fil. praeponuntur n. 3409. — 3105, 3 *Aug.* om. Fil. Peut., habet San. — 3379, 4 *d. m. s.* om. Fil. Peut., habet San. 3 *xxxxxviii* Fil. Peut., *xxxxxviii* recte San. — 4396 Peut. et Fil. prorsus consentiunt, melius ut videtur titulum exhibet San.

1) Dianium Antiquus refert titulos ex Antiquissimo petitos, qui ab illo inter Malacitanos proferuntur n. 4863. 164*. 368*. 1433 (*in villa Zolosa* Ferr. Reg. f. 170'), deinde falsum 304* et Tarraconenses 4313. 4888.

2) Ordo etiam, quo dispositi sunt hi tituli, magna ex parte pendet ex argumento ipsorum: praecedunt tituli deis dedicati (Filon. f. 31), sequuntur tituli imperatorum (34'—33') civiumque summis honoribus insignium; alio loco componuntur seviri magistri Larum (f. 33'), flamines provinciae omnibus honoribus in rep. sua functi (f. 37'—38') cet.

3) Arucci (Moro) repertus traditur unus titulus 963, eodemque falso referuntur 2348. 2343, qui Compostellam pertinent. Etiam in loci indicationem ad n. 963

ant plerasque ab uno viatore collectas esse facile credideris, etsi itinerarium eius certa ratione restituere non audeo. Is an Cordubae titulos collegerit, dubitari potest; certe Antiquae Cordubenses non plures habuisse videntur quam unam inscriptionem n. 2300 et titulum fictum n. 166*; osm quos praeterea liber Peutingeranus titulos inde proferi n. 2226. 2216 (horum uterque ab Antiquissimo translatus esse potest). 4787, ab Antiquo certe abiudicandi sunt (vide supra p. LXXVII). Inter Granatenses liber Filonardianus solus duo fragmenta inedita indidemque titulum Ser. Persii saepius descriptum (n. 2063) et Antiquariensem P. Magnii Rufi (n. 2029), omnes litteris uncialibus et cum imitatione quadam veteris literarum formae profert; qui tituli ob hanc ipsam insolitam speciem, pare etiam quia non integri servati erant, in Peutingeri Sanutique exemplis omissi videntur. Aeque enim alienis e fontibus haec in librum Filonardianum pervenisse cum inde veri simile est, quod seriem titulorum ab Antiquo collectorum, qui secundum loca dispositi sunt, non turbant, tum ea re demonstratur, quod loci indicatio, quam liber Filonardianus titulo P. Magni Rufi (2626) recte tribuit (*in s. Sebastiano Antichere*), eadem apud Sanutum, qui has indicationes hic ut saepe turbavit, falso redit ad n. 2051 [1]).

In a quae fuisse videatur series titulorum Antiqui, tabulis illustrabimus citatis auctoribus Siedero Filonardiano Sanuto Peutingero adscriptisque numeris indicantibus, quotus sit quisque titulus in singulis exemplis. In libro Filonardiano numeri 1 sqq. pertinent ad fol. 31 sqq., numeri 1' sqq. ad fol. 1—30' (vide supra p. LXXVI). In titulis qui extra seriem Hispanorum dispersi traduntur pro his numeris folia codicum adnotavi. In fine Terraconensium posui seriem inscriptionum Terracone repertarum, quae apud solum Siederum et inter Filonardiani supplementa extat (supra p. LXXVI), deinde Aesonenses, quae sequuntur apud Siederum. In fine totius collectionis posui cum ea, quibus certum locum adsignare non oudebam, tum Lusitanos titulos Filonardiani et Sanuti (supra p. LVIII), denique quae aliunde ad exemplo Filonardianum et Peutingeranum accesserunt.

Ad ordinem quod attinet, quo singuli tituli collocati sunt, imprimis monendum est, in Baeticis multa esse incerta: ex numeris autem uni cuique inscriptioni appositis lector ipse, quid constet, quid minus constet, dignoscere poterit.

			Sieder	Filon.	Sanut	Peut.
4092	Terraco	deo tutelae	1	1	1	2
4072	–	genio convent.	2	2	2	5
4071	–	genio col.	3	3	3	—
4086	–	silvano aug.	4	4	4	4
4080	–	isidi aug.	5	5	5	8
4107	–	pio atque inclito	6	6	6	6
4106	–	devictori omnium gentium	—	7	7	6
387*a	–	imp. titus caesar	—	8	8	7
385*	–	ti. caesar	—	9	9	9
4102	–	fortissimo et clementissimo	11	10	10	16
4103	–	victoriosissimo principi iuventutis	12	11	11	11

			Sieder	Filon.	Sanut	Peut.
4103	Terraco	victoriosissimo principi iuventutis	13	11a	—	—
4104	–	maximiano p. f.	—	12	12	13
4108	–	pio atque inclito	—	13	13	12
4108	–	pio atque inclito	—	14 .	—	—
4106	–	piissimo fortissimo	14	16	—	14
4088	–	imp. caesari m. aurelio	—	15'	—	—
4088	–	l. aelio imp. antonini filio	—	16'	—	48
4087	–	faustinae imp. antonini filiae	—	17'	—	46
4304	–	m. raecio montano	—	18'	—	—
4286	–	m. fabio m. f.	—	15	14	45
4426	–	aspice quam subito	15	18	16	47
4136	–	aurel. ianuario	16	—	—	—
4114	–	m. porcio catoni	17	16	17	18
4111	–	q. atrio clunio	18	26	18	18
4120	–	l. nvinio l. f.	18	21	19	20
4260	–	l. cornelio s. f. gal. celso	20	19'	—	45
4226	–	q. licinio silvano	20	22	20	21
4276	–	l. val. tempestivo	21	23	21	22
4238	–	m. porcio m. f. aniens.	22	24	22	47
4223	–	m. fabio asiatico	23	25	23	23
4267	–	l. flavio chrysogono	24	26	24	50
4192	–	c. annio l. f. quir. flavo	25	28	26	25
4242	–	postumiae nepotianae	26	29	27	26
4246	–	semproniae fusci f.	27	30	28	27
4224	–	p. licinio l. f. gal. laevino	28	31	29	28
4160	–	m. laelio sabiniano	26	32	30	28
4164	–	l. amenio l. f. gal. saturnino	30	27	23	24
4248	–	c. val. arabino	31	33	31	36
4115	–	l. domitio gallicano	32	34	32	31
4212	–	c. egnatule. c. fil.	33	36	34	33
4216	–	l. gavio romano	34	27	35	34
4139	–	q. caecilio l. f. gal. frontoni	35	30	36	36
4118	–	t. titiano leg. aug.	36	36	37	36
4172	–	l. valerio severo	37	40	36	37
4418	–	memoriae ulpi honici	38	41	38	38
4345	–	c. camilio paterno	36	35	33	32
4231	–	l. numisio l. fil. pal. montano	46	42	40	36
4228	–	c. mario c. fil. pal. vero	41	43	41	46
4217	–	q. iontio q. f. quir. severo	42	44	42	41
4257	–	m. ulpio reburro	43	45	43	46
4421	–	q. edioico pol. ruffo	44	—	—	—
4157	–	c. iulio reburro	45	—	—	—
4271	–	l. furio l. f. faventino	46	—	—	—
4161	–	l. annio l. f. gal. cantabro	40	48	44	42
4165	–	c. atilio c. f. quir. crasso	48	47	45	43
4227	–	tito mamilio silonis fil.	50	18	48	61
4127	–	l. aufidio q. f. velina	51	46	47	—
4147	–	m. aur. m. f. pab. lucillo	52	50	46	—
4332	–	antoniae clementinae	53	51	46	52
4174	–	d. m. bene sit tibi	17	32	60	41
4367	–	porciae proculae	—	28'	—	—
5633	Saguntum	senatus et populus	} 64	63	31	—
3833	–	claudio invicto	}	64	52	58
3835	–	imp. m. aur. carino	56	65	53	88
3826	–	dianae maximae	—	56	64	—
3865	–	c. voconio c. f. gal. placido	56	57	55	53
3866	–	popiliae l. f. rectinae	57	58	56	64
3863a	–	voconius romanus	58	56a	—	—
3821	–	iuliae nereidi	—	64'	—	—
3613	–	q. granius q. l. plutargus	52	55'	—	—
3662	–	p. calfurnio ermonico	—	50'	—	—
3873	–	q. licinius primus	—	57'	—	66
5666	–	corn. m. f. maxim.	66	56. 58'	57	63

in villa *Morae*. *In templo S. Iacobi in quodam angulo* Filon.) templum S. Iacobi es Compostellensibus irrepsisse crediderim.

1) Non inutile erit Antiquarienses titulos ut exemplum eiusmodi Sanuti errorum componere. Quorum series haec est.

Sanutus	Filonardianus
In foro Antiquariae imp. caes.	In platea Antichera imp. caes.
Ibid. in aede s. Sebast. m. sempronius	In s. Sebast. Antich. p. magnio q. f.
Ibid. in domo privata p. quintio	Ibid. in domo priv. m. sempronius
Ibid. in turri oppidi divi aug. n.	Ibid. in turre quadam p. quintio p. f.
Ibid. in aede d. Ysidori quentini	In templo s. Isidori divi aug. n.
	In quadam turri quintioi

Veras autem esse libri Filonardiani indicationes ex eis, quae aliunde de horum titulorum situ tradita sunt, satis constat.

			Sieder	Filon.	Sanct.	Pont.
3648 2843 3644	Sagunt.	sergiae m. f. peregrinae	61—63	59'—61'	—	—
2817 3646 3642	-	antoniae l. f. sergillae	61—66	62'—64'	—	—
2677	-	m. aemilio m. f.	67	65'	—	66
3676	-	l. valerius maetanus	66	66'	—	61
2646	-	q. grathios xanthus	69	67'	—	62
3644	-	g. grattius halis	70	—	—	—
3942	-	dis man. l. gemio. myrines	71	68'	—	56
3656	-	p. baebio l. f. gal. maximo	72	69'	—	—
3650	-	l. antonio l. f. gal. nomidae	73	70'	—	—
3928	-	h. s. e. pompeia	—	71'	—	—
3836	-	q. lo. gal. hispano	—	72'	—	—
3837	-	paulo aemilio pauli f.	74	66	56	67
2644	-	pompeius balonius	—	62	66	—
3610	Ilerda	c. licinio c. f. gal. saturnino	—	62	61	67
4457	-	atinae spuri f. lucillae	—	64	62	66
4056	Dertosa	t. aug. sacrum	76	65	62	66
4056	-	tutelae aug. sacrum	76	66	63	76
3744	Valentia	q.sertorius q. lib. abascantus	77	67	64	72
2735	-	q. hernonio etrusco	76	69	66	74
2736	-	c. valenti hostiliano	76	66	65	73
3734	-	g. o. s. cai seiae	66	70	67	75
3774	-	virio acte	61	71	66	76
766	Alcanter	imp. caesari divi nervae f.	64	73	63	77
760	-	municipia provinciae lusitaniae	65	17	16	16
761	-	imp. caesari divi nervae f.	66	73	76	76
1363	Malaca	imp.caesaris l.septimi severi	66	74	71	76
1966	-	l. servilius supemius	67	76	72	86
1666	-	l. granius seio	—	76	73	61
1366	Cartima	iunia d. f. rustica	66	77	74	62
256'	Murgi	castori et polluci	36	74	75	63
3656	Ager Illic.	augusto divi f.	61	73	76	64.67
3567	-	varro an. xviii	32	80	77	65.66
3526	Setabis	c. clodio c. f. flavo	63	81	78	66
1665	Dianium	iovi m. lucretius curus	—	62	76	86
164'	-	palladi victrici sacrum	64	63	60	66
1433	-	turri genio	65	84	—	61
4363	-	dis manibus m. iuvalio licinian	66	—	—	—
362'	-	vale coniux valete nati	97	66	61	62
364'	-	c. terent. t. terent. f.	66	66	62	63
4315	-	d. m. factionis venetae	96	67	63	—

			Sieder	Filon.
4154	Tarraco	d. m. t. cassio flavino	166	21'
4161	-	d. m. q. mocelo verecundo	161	22'
4406	-	d. m. e. peb. lilio theopompo	163	23'
4326	-	d. m. atilius calventianus	162	25'
4164	-	d. m. felici aug. lib.	161	24'
4261	-	d. m. iuliae t. f. tertolinae	—	36'
4362	-	d. m. m. iuliano liciniano	—	27'
4339	-	d. m. s. baeoe helice	106	26'
4412	-	d. m. vario hippodamae	106	29'
4406	-	d. m. trocinae sirvando	107	36'
4261	-	d. m. aemilio valerio	108	26'
4366	-	d. m. hic iacet fremidonius	106	36'
4445	-	d. m. aphrodioe arie	116	37'
4336	-	d. m. masciae auguste	111	36'

			Sieder	Filon.
4192	Tarraco	d. m. l. eumisio symphor.	112	36'
4366	-	d. m. maeliae quintae	113	—
4165	-	d. m. t. licinio severo	114	46'
4167	-	d. m. val. attico	115	31'
4267	-	d. m. m. aehe ataeo	116	32'
4380	-	d. m. iuliae quintia	117	33'
4142	-	d. m. il. aqu. m. f.	118	34'
4370	-	d. m. fulloniae l. f.	116	41'
1376	-	d. m. c. iulolyap.	120	16'
4166	-	m. valerio flavos. f.	121	14'
4166	-	d. m. iolio flavino	122	43'
4324	-	memoriae saturnini	123	45'
4314	-	d. m. l. hilario aruspici	124	47'
4156	-	d. m. cecili maturi	125	48'
4300	-	d. m. m. lucretio nicephoro	126	49'
—	-	et martialis	—	56'
4226	-	l. grattio o. f. gal. glauco	127	51'
4144	-	d. m. l. antoio flavino	126	52'
4414	-	d. m. variae iucundae	126	53'
4456	Exona	lunae augustae sacrum	7	—
4473	-	ful. l. fulvi restituti	6	—
4466	-	l. val l. fil. gal. faventino	6	—
4466	-	p. mar. maron. filio	16	—

			Filon.	Sanct.	Pont.
2061	Granata	l. galirio l. f.	161	—	94
—	-	... l. f. patricia	162	—	—
—	-	..ter relligioss...	103	—	—
2663	-	sirpirsius orii	109	—	—
1165	Hispalis	l. licinius adamates	—	169	—
1173	-	d. cutio balbino	104	116	166
1173	-	cutio romulo	166	111	66
1222	-	d. m. s. fabia sympherus	106	112	66
1224	-	d. m. s. m. fabius fortunatus	167	112	97
1166	-	m. aurelio vero	7'	114-116	116
1175	-	m. messio m. f.	—	116	—
4694	Antiquaria	imp. caes. divi traiani	166.161	117	117
2046	-	divi aug. e.	2'	120	118
2648	-	quinctioi p. f. gallia	2'	121	119
6646	-	p. quintio p. f.	112	113	120
3029	-	p. magio p. f. quir. rufo	116.160	—	—
2054	-	m. sempronius catae	111.162	116	131
1416	Assuna	optatus calpurniae	114	—	66
1461	-	l. vettius c. f.	116	—	63
2366	Corduba	l. io fr. p. xv	117	127	100
166'	-	h. m. m. h. n. s.	113	126	71
3364	Montesa	c. sempronius c. f. sempronianus	122	101	161
2111	-	imp. caesari divi traiani	123.124	102	162.163
2109	-	l. caesari augusti f.	124	103	163
2105	-	libero patri sacrum	125	104	104
3267	-	cl. cornelio aviano	126	106	165
3377	-	deo tutelae	127	107	106
3272	-	ap. aureliae aur. filiae	128	106	107
3376	-	deo mac. calpurnia l. f. scantirae	—	106	—
—	Maireoum	leontius famulus dei	126	122	166
1366	Marcena	calpurnia c. f. tusculina	136	125	—

			Filon.	Sanut.	Peut.
1368	Marcena	t. fannius t. f. pap. proculus	9'	124	111
1321	-	ara sal.	8'	126	112
1396	-	t. domitius t. f. pap. clemens	112	123	113
223	Mora	iuliae agrippinae	4'	131	114
2546	-	numerius vitalioni	5'	132	112
2548	ad XIIII lap.	aquilia modiesta	6'	134	116
2541	ab aede d. Iacobi	d. m. s. f. tertulie	—	126	—
2332	Cinnium nunc Lacrugna	marti aug. sacrum	—	136	—

TITVLI QVI IN ORDINEM CERTO LOCO RECIPI NON POTVERVNT.

			Sieder	Filon.	Sanut	Peut.
3062 / 278*	Aguisandos	longinus priaco (*tituli taurorum*)	—	1' f. 67	100	f. 1'. 32'
416*	Barcino	bello sertoriano	82	f. 67'	132	f. 45
382*	Iberium (F.) Aragonia (P.)	quo vadam nescio	—	f. 72	— 1) 83	f 45. 23 1
383*	Aragonia	clodius rabia	—	f. 66'	84	f. 46. 46'
146*	Gades	heliodorus insanus	—	132, f. 66'		
223*	Callecia	ego isia sum	—	133, f. 67'	—	64
156*	Gades	c. caesar pius	—	142, f. 66'	—	85
5932	Carthago nova	e. iunnesius a. f.	—	134, f 87 146, f. 68	—	86
3461	-	cn. clodio c. grathonis f.	—	135, f 67 141, f. 88'	—	—

1) Supra Sanutus later huius tituli auctorem adscriptus est, sed in apographo Sanuti, quod mihi praesto fuit, is non exstat.

TITVLI LVSITANI.

			Filon.	Sanut.
4672		imp. caesaris divi septimi severi	86	—
4883 ?	iter a Salamantica urbe	nero claudius caesar aug. germanicus	82	86
834	Cappara	bolosea lilio	26. 118	87
466*	-	d. m. c. vocuntiae	61	82. 93
231*		neroni claudio caesari aug.	22	60
60*		fabio metello	116. 120	68
81*	Cappara	l. marcellina ocella l.	121	21
83*	opp. S. Bartholomei	quam varia hominum fata	122	62
497*	-	d. m. ant. luxius sabinus	23	23
480*		m. aurelius ant. pius aug.	64	24
232*		imp. caesari nervae traiano	92	65
422*	pone pagum Margusaa	imp. caesari m. aurelio aug.	66	62
25*		l. victorio et c. sempronio cos.	67	97
4287 ?	ad V. lapidem a S. Barthol.	imp. caesar divi nervae filius	98	28
4662 ?	Emerita	imp. caesar divi traiani partici f.	22	26
—	-	..ivi..rth..rvae...	106	—

ADDITAMENTA FILONARDIANI.

			Filonard.	
3726	Valentia	l. antonius l. f. gal. sabinus	f. 22	16'
3745	-	homuncio val...	-	11'
3723	-	q. iunio crati e.	f. 22'	12'
4025	Vilar	d. m. victorinae fil.	-	13'
3767	Liria	m. baebius quietus	-	14'
3760	Valentia	d. m. domiti victor.	f. 22'	73'
3226	Valentia (n. 74') Sagunt. (n. 65')	c. p. claudus an. lxxxa	- f. 27'	74' 23'
4691	Malaca	imp. caes. p. licinius valerianus	f. 22'	73'
3937	Saguntum	trophimus para	-	76'
3932	-	et verinae xxxx	f. 26' f. 27'	77' 27'
3820	-	diano maximo	- f. 27	80' 78'
3246	-	macilo meo	- f. 22	72' 162'
3892	-	p. cornelius zosimus	f. 27	86'
—	-	(*titulus Ibericus*)	-	21'
3721	Valentia	abascanto launia rustica	-	22'
3768	Liria	q. caecilius modestus	-	83'
3805	-	lic. ursinae ann. xxx	-	84'
3704	Valentia	cratilae c. filiae	-	22'
3822	Saguntum	dianae cultorum	f. 27'	86'
3838	-	silanus ... iusto	-	88'
6636	-	quintus fabius monisius	-	90'
8640	-	licinus luctatius utilius	-	61'
3622 ?	-	quintus liginius	-	62'
3240	-	m. valerius m. f. vicistius	-	63'
3613	-	q. granicus politrancus	f. 24 f. 27'	42' 64'
3663	-	q. fabio ro. fecerunt	-	22'
3912	-	dis man. l. gemin. myrines	f. 22 f. 28'	67' 124'
3214	-	g. grattius halys	f. 26	68'
3861	-	c. lucili fui	-	62'
3843	-	l. antonio ... al. numidae	-	166'
3641	-	... pompilius ... balbianus	-	101'
6022	-	..fra ...an..	-	163'
3602	-	l. aemilius c. f.	f. 28'	123'
3658	-	m. calpurnio m. f.	-	105'
3637	-	paullo aemilio paull. f.	-	107'
3834	-	claudio invicto pio fel.	-	168'
3851	-	...o q. f. cal. restituto	-	109'
3636	-	imp. m. aur. cae. aug.	-	119'
3632	Sciativa olim Setabis	maniiae m. f.	f. 26	131
3616		imp. caes. m. aur.	f. 28'	139
4643	Guadiscum	imp. caes. m. cassiandus	f. 86	136
3363	-	iuliae mammeae aureliae fil.	-	137
3397	-	proculo ...ei avis	-	138
3008	Osca	d. m. s. mantia l. f.	f. 86'	143
3003	-	d. m. e. p. atellius serg.	-	144
3004	-	d. m. s. .. leo l. f.	f. 86	142
5246	Oppid. Fontis fici	d. m. ss. ... l. mallio	-	148
3633	Sciativa	corneliae p. f. propinqua	-	147
3012	-	imp. caesar m. aure.	-	146
3036	-	manliae m. f.	f. 89'	149
5977	-	caelia q. f. gemella	-	150
3623	-	m. fulvio l. f. gal.	-	151
3048	-	..c... soror .. et sibi	-	152
3232	-	g. cornelio g. f. gal.	-	153
6678	-	l. corn. german. aug.	f. 26	131

			Filonard.	
3772	Valentia	variae acte	f. 50	155
3727	–	fatr q. fabios nysus	–	156
3754	–	m. aquilio n. quirino	–	157
3773		...vires ceuset	–	158
3768	–	d. m. l. vario proclo	–	159

ADDITAMENTA PEVTINGERI.

			Peutinger	
1707	Corduba	imp. caesar divi f. augustus	f. 59	122
242 [1]	Ulixbona	q. pompeius q. f. tiphus	–	123
221 [1]	–	d. m. e. m. licinio materno	–	124
182 [1]	–	divo augusto orrius optatus	–	145
1173	Astigi	p. numerius marcialis	–	125
1474	–	caecilia trophime	–	127
254	Ulixpona	l. valerius cal. severus	–	128
2245	Corduba	d. m. s. m. lucretios	–	129
2225	–	l. manlio a. f. o. n.	–	130
497	Ulixpona [Emerita]	d. m. s. aeliae agrippinae	–	131
518	Ulixp. [Emer.]	d. m. s. l. licinius lundananus	f. 59'	132
589	–	d. m. s. p. pomponius diophanes	–	133
508	–	d. m. s. l. iuventius urbicius	–	134

1) Supra Peutingerus inter auctores huius tituli omissus est.

Atque hactenus Oldenbergius. Ad titulos ipsos vel augendos vel melius legendos frugis inde paene nihil accessit exceptis frustulis quibusdam, quae sylloge Filonardiana sola servavit; ea suis locis supplemento inserui.

91. (post n. 15; Ephem. IV 1881 p. 5). Iohannes Baptista Venturinus, de quo dicetur infra (n. 98), cum a. 1571 in *Villaviçosa* castello ducis Iohannis *de Bragança* Lusitano deverteret, vidit ibi syllogen inscriptionum Portugallensium antiquissimam, de qua haec sunt verba eius (f. 238): '*hebbi gratia di veder di nuovo la libreria del duca* (quam eum habuisse dicit ab avo Iacobo, *Giaimes*, et patre Theodosio) *e pigliarne per leggere a diporto un libro in mano di epitaffi antichi fatti racorre dal duca Teodosio, huomo studiosissimo, da diversi lochi di Spagna e di Portogallo, e presi copia de' infrascritti più principali degni di notitia*'. Incipit inde altera itinerarii pars, quam ab illius loci titulis Venturinus inauguravit. Novimus Theodosium ducem Bragantiae titulos dei Endovellici collegisse (cf. quae dixi supra p. 17), sed syllogen inscriptionum extitisse ab eo institutam suspicari tantum licuit. Quae nunc demum prodit ex Itali hominis apographo (f. 238—242 v.) satis pleno sine dubio (nam quod dicit titulos se exscripsisse principales solos, id ne videatur omnia impudenter compilasse adscripsit); in Portugalliae enim bibliothecis eius nec vola nec vestigium. Sylloge inter antiquissimas habenda est, quae quidem in ipsa Portogallia institutae sint, vetustior certe quam Resendii, qui titulos Conimbrigenses sine dubio ex illa tantum novit, ideoque digna de qua plene referatur. Titulos Villaviçiosanos vel ex vicinia Villaviçiosam delatos per ducem eundem Theodosium quattuordecim numero (noti sunt omnino viginti duo), a quibus sylloge incipit, ut consentaneum est, excipiunt discrimine nullo Conimbrigenses tres cum loci incerti inedito uno (n. 5210), et recentiore uno litteris Hebraicis inscripto hominis Iudaei, quem omitto. Inter titulum supra n. 360 et Hebraicum illum interpositus est ineditus ille loci incerti medius. Sequuntur Olisiponenses duo vel tres potius, quorum unus paene pro inedito habendus, deinde Aquiflaviensis unus omnium notissimus. Interpositus deinde est, fortasse rei alicuius explicandae gratia, titulus Iluronensis Baeticae unus, quem excipiunt Bracarenses sex (quorum item testis Lusitanus antiquissimus dux Theodosius est), Hispalenses tres, Cordubenses duo, Caperenses falsi duo (n. 80*. 83*) noti antiquis omnibus, tum iterum Aquiflavienses sex, inter quos unus est in hac sylloge sola servatus n. 5615 (= 2460), una cum miliariis duobus Bracarensi et Aquiflaviensi. Adduntur in fine syllogae tituli aliquot aetatis recentis Toletanus Salmanticensis Complutenses; hi in honorem Francisci Ximenez cardinalis compositi.

Sylloge illa ducis Theodosii non videtur diversa esse ab ea, quam Tavora adhibuit.

92. (ad n. 10). Achillis Statii schedae epigraphicae extant Romae in codicibus bibliothecae Vallicellianae B 102 et 104, in quibus memorantur anni 1580 et 1570 (v. vol. VI p. XIV n. LI); sed titulos Hispanos non exhibent.

93. (ad n. 17). Quod titulos non paucos a Ludovico Andrea Resende Lusitano dixi fictos esse, displicuit, ut expectaveram, antiquariis quibusdam Lusitanis et potissimum Eborensibus, veluti Augusto Philippo Simões. Quae ille contra rationes a me propositas protulit occasione data in ephemeridibus *a Revolução de Setembro* d. 30. Mart. et 20. April. a. 1871, ea refutare studuit Augustus Soromenho in eisdem ephemeridibus d. 11. April. et 10. 11. Mai. anni eiusdem. Viri docti illi ambo mortui sunt; qui nunc studia epigraphica fovent inter Portugallenses, sciunt quae de Resendio dixi me non ideo dixisse, ut gloriae patriae obtrectarem.

94. (ad n. 23). In sylloge magna epigraphica Onophrii Panvinii, quae e schedis singulis male dissectis iam restituta est paene integra (v. vol. VI p. LIII et vol. IX. X p. LV), fasciculus unus erat titulos Lusitanos et Hispanos continens, ut Rossius observavit, quem ipse Panvinius dissecuerat. Is cum in integrum restitui potuerit, duo inde primum innotuerunt tituli Lusitani prorsus ignoti adhuc alter (n. 5216), alter a Venturino ex libro ducis Theodosii desumptus (n. 5210).

95. (ad n. 20). Floriani Docampo sylloge inscriptionum extat etiam in cod. bibl. publ. Matritensis Q 317; ut observavit Paulus Ewald, studiis historicis iam ereptus, in dissertatione inscripta codices manuscripti Hispanici cet. (*Reise nach Spanien im Winter von 1878 auf 1879*) et inserta Novo Archio societatis *für ältere deutsche Geschichtskunde* VI 1881 p. 312.

96. (ad n. 27). Exemplum novum scriptionis alicuius, quales Iohannes Fernandez Franco solebat mandare fautoribus variis, extat Venetiis in bibliothecae Marcianae Lat. plut. X codice CCCVIII, inscriptum ita *descripcion de la provincia Bethica* cet. *con muchos monumentos e inscripciones* cet., *dirigida al muy illustre Señor Ioachimo Opero Frisio presidente del Real Conceja de Flandes*; in fine adscriptum est 'kal. August. MDLXX'. Insunt tituli noti ex reliquis exemplis eiusdem syllogae omnes, descripti versibus interdum aliter divisis vocabulisque aliter hic illic aut perscriptis aut suppletis; ita tamen, ut memoria dignum nihil inde enotare visum sit.

96 a. Inter schedas Henrici Florez servatas Matriti *en la secretaria* academiae historicae, quas antea inspicere mihi non licuerat (inscriptae sunt *coleccion epigráfica del P. Florez*), vidi a. 1886 fasciculum descriptum e libello aliquo Iohannis Fernandez Franco alibi, quantum video, non memorato. Scriptus esse dicitur *en el Carpio á 20 de Setiembre de 1571*. Continet titulos pontis Alcantarensis (n. 759—761) non bene descriptos, scilicet acceptos a scriptore aliquo Alcantarensi (puto a Barrantes Maldonado: v. p. 94); sed adiectum est epigramma novicium aetate illa compositum a nescio quo viro docto, cuius hic videtur memoria servanda esse:

Extruxit pontem primum Traianus; et inde
Carolus quintus nomine restituit.

Num in ipso ponte aliquando adscriptum fuerit ignoro.

97. (ad n. 32). Antonii Augustini schedas Matritenses (in codice bibl. publ. Q 87 f. 28 ss.) denuo contuli a. 1886, praesertim propter titulos Italicos, qui ibi proponuntur. Sed etiam ad Hispanos quaedam hic illic inde enotavi.

98. (post n. 32; Ephem. IV 1881 p. 3 ss.). Dresdae in bibliotheca publica (F 128) servatur liber saeculo, ut videtur, XVII fere medio in Italia scriptus satis neglegenter, quem mihi indicavit Francisci Schnorr de

Caroisfeld officiosa sollertia. Inscriptus est ita (f. 1): *del viaggio fatto del Illmo e R^mo Card. Alessandrino legato apostolico alli serenissimi rè di Francia, Spagna e Portogallo, con le annotationi delle cose più principali delle città, terre e luoghi, descritto da M. Gio. Battista Venturino da Fabriano.* Ioannes Baptista ille Venturinus Fabrianensis quis fuerit declarat epistula fratris Ludovici (Venturini se ipse nuncupat, non Venturino) ad eundem cardinalem data, quae sequitur f. 2. Fuit legum doctor iterque in cohorte legati suscepit, ut serviret, ut ait, cardinali et ut discendi cupiditatem expleret. Latino primum sermone ephemeridas itineris conscribere coepit; sed propter festinationem mox praetulit linguam vernaculam. Ex itinere redux in Siciliae primum, deinde Mediolanii Eporediae Vercellis episcoporum vices egit. Post sex annos Fabrianum in patriam reversus ibi post nonas mensis morbum diem obiit, priusquam itineris Hispani descriptionem, quam edendam sibi proposuerat, in iusti libri formam redigere potuit. Quod opus frater ita perfecit, ut ephemeridas autographas describeret, in schedulis solutis perscripta vel praenotata suis locis insereret, imperfecta omitteret, de suo vero nihil adderet. In fine epistulae fratris memoriam seque benivolentiae cardinalis commendat, ipse ut ille legum doctor. Frater Michael Bonellus, cardinalis Alexandrinus tituli S. M. supra Minervam, Pauli V p. m. nepos ex sorore, quid tractaverit cum regibus Hispaniae Portogalliae Franciae videtur constare historicis ex ipsius relationibus. Iter vero quo modo instituerit cardinalis, quos quoque loco viros viderit, reges reginae principes nuntii papales episcopi aliique homines excellentes quem ad modum eum receperint, quo modo illi vestiti ornatique fuerint, ferias et dies fastos quales celebraverint, quaeque sunt similia, ea omnia curiosa diligentia Venturinus in schedas suas rettulit. Ita ut operae pretium facturus videatur esse, siquis vir doctus temporum illorum curiosus ex libro Venturini quae ad mores hominesque saeculi decimi sexti accuratius cognoscendos pertinent edet atque illustrabit. Nos autem illa, ut par est, hoc loco missa faciemus; sed cum Venturinus etiam illud non neglexerit, ubicumque itineris opportunitates ferebant, monumenta vetustatis observare titulosque inscriptos tam Romanae quam recentioris aetatis describere, omnia quae ad illos pertinent inde nobis sunt enotata.

Iter coeptum est die 30. m. Iunii anni 1571 atque per Italiam Galliamque meridionalem terrestre viatores ad Barcinonem primum, ubi Venturinus nihil descripsit, deinde ad Tarraconem duxit. Tarracone titulos aliquot Venturinus vidit, plures ab amicis accepit. Nam addit in fine commentarii eius, qui ad Tarraconem spectat, haec: *Mess. Giovanni Robostieri* (nomen non recte videtur tradi descriptoris culpa; aliunde hominem non novi) *mi donò molt' altre epigr.: Mess. Ponso dottore e historico Tarraconense me ne fece leggere un libro intiero e mi disse doverlo presto mandare in stampa* (prodiit liber Pontis de Icart a. 1578, v. supra p. 944). Per Dertosam porro Saguntum et Valentiam, deinde per *Uclés* Matritum perveniunt. Sagunti arietem antiquum Venturinus vidit, de quo dixi alibi [1]), et titulum Hebraicis litteris inscriptum n. 373*; Latinos non multos et aliunde fere notos. Matriti menses aliquot in aula Philippi II regis commorati d. 14 demum m. Novembris Olisiponem ad regem Sebastianum profecti sunt per Talaveram Oropesam Turgalium (ubi Hernandum Pizarro, regni Peruviani victorem, viderunt) Emeritam Norbam Caurium *Badajóz* Eboram. In illis quoque oppidis quaedam Venturinus ex lapidibus enotavit aliunde non nota; certe titulorum eius regionis auctor est omnium, qui adhuc

1) Hermae vol. II 1867 p. 450 ss. Addo Venturini descriptionem, ut testis oculati (f. 79): '*incontro al castello è . . . una chiesetta già moschea, presso la quale giace un' ariete, tormento bellico antico, alto sei palmi, le corna palmi 7, lungo palmi 38, dopo la testa in mezzo il dorso tiene un ferro grosso como colonna di mezzo palmo. il corpo largo palmi sei, vestito di lame di ferro, intessute di strettissime corde, e appresso altri legni e rote e grossissime funi da levarlo e urtarlo nelle muraglie*'. Apparet Venturinum eminentes vidisse reliquias, quarum alteram partem quadraginta fere annis post eum Ibrenaus, alteram Bayér post saecula duo descripserant. Praeterea Venturinus f. 80 caput statuae describit, quod alii Hannibalis esse credebant, alii Herculis. Caput, quod credunt Hannibalis esse, Matriti servari in museo regio adnotavi *antike Bildwerke in Madrid* p. 133 n. 850.

innotuerunt, vetustissimus. Eborae Venturinus Andream Resendium vidit ab eoque accepit librum eius a. 1593 editum, unde titulos sibi exscripsit tam genuinos (ut n. 114. 339 et christianum inscr. Hisp. christ. n. 11) quam falsos (n. 12*. 18*. 19*. 21* et christianum falsum 1*), nulla, ut consentaneum est, suspicionis significatione addita. Atque hic prior itineris pars finitur. Olisipone, quam urbem d. 13 m. Decembris reliquerant, redux coactus est aliquanto diutius commorari in oppidulo et castello ducis Bragantiae *Villaviçosa* dicto, a posteris eius Portogalliae regibus hodie quoque per menses aliquot autumnales venandi causa habitari solito, cum patriarcham Alexandrinum (quod nomen viri illius videtur fuisse), unum ex legati comitibus parentela puto cum eo coniunctum et dignitatis celsioris hominem, morbus ibi corripuisset. Iam antea Matrito Olisiponem proficiscentes eo deverterant, antiquitates autem loci neglexerant.

In altera autem hac quinque dierum commoratione locum accurate describit Venturinus f. 107 v.: '*questo duca è Giovanni duca di Braganza, di Barcelos, sotto titolo del figlio Teodosio, e marchese di Villa Vessosa, e Conte di Ure*', divitias eius magnas vitaeque splendorem praedicat, et inter alia verba facit de sylloge ducis Teodosii, de qua supra (n. 91) dictum est.

Deinde cum patriarcha suo per *Badajoz Benavente Galisteo*, prope quod titulos aliquot miliarios viae Romanae *la Calzada* dictae descripsit, deinde per *Salamanca Valladolid Burgos Briviesca Vitoria* oppida Hispana Galliam petit atque Burdigalae cum cardinali denuo convenit. Inde Caroli IX regis aulam in urbe *Blois* una invisunt atque deinde per Lugudunum et Alpes Poeninas in Italiam redeunt; die 24. m. Martii a. 1572 Venturinus Fabriani Lares patrios revisit. In hac ultima itineris parte titulos tantum aliquot Segusionenses (vol. V n. 7248. 7280. 7300. 7311) descripsit, quos hic omitto. Exemplum Dresdense titulos exhibet scriptos litteris minusculis plerosque, raro maiusculis; perquam neglegenter descriptos omnes. Venturinum maiusculis ubique litteris usum esse probabile est; unde ego quoque quoad fieri potuit posui.

399. (post n. 33). In Francisci Ciceraii († inter a. 1594 et 1596) collectaneis manuscriptis Mediolanensibus (v. vol. V p. 688) inest fasciculus continens titulos aliquot Hispanos, quibus praescriptum est 'Mucius Pastorula, iuris consultus, misit ad me insequentes inscriptiones XV'. Sunt Tarraconenses hi n. 4199. 4197. 4201. 4219. 4229. 4231, Carthaginiensis n. 3485, Malacitanus n. 1973, Tuccitani duo n. 1679. 1680, spurii duo n. 18* et 372*; reliqui tres non sunt Hispanae originis. Sufficit hic memorasse; nam novi nihil inde discitur.

400. (ad n. 48). Londinii in museo Britannico ms. *Burney* n. 363 servantur 'epistolae ad Isaacum Casaubonem'. Insunt f. 84—91 epistulae integrae Bernans ad eum datae partim ex Hispaniis. Inscriptiones, quas hic illic misit, omnes novimus; ut f. 76 n. 3117.

401. (ad n. 60). Codex bibliothecae Gottingensis Philos. 153 (4°) opuscula Gregorii Mayansii propria manu scripta continet. 'De inscriptionibus Saguntinis' agunt f. 49—63 (a. 1791), paullo accuratius et interdum plenius quam in epistula ad Schombergium (v. supra p. 513). Welchio f. 79—116 'historiam Hispanicarum collectionum veterum inscriptionum' enarrat. Denique de tauri Avilensis inscriptione falsa n. 278* scribit f. 117—124. Debemus haec Wilhelmo Meyer olim Spirensi; accuratius de eis referre non videtur operae pretium esse.

402. (ad n. 78). Inter schedas Henrici Florez (n. 69) servatas Matriti *en la secretaria* academiae historicae, de quibus dixi n. 88 *a*, vidi a. 1889 fasciculum manu Ludovici Iosephi Velazquez (n. 70) scriptum, qui continet inscriptiones Anticarienses cum viciniis Nescaniae, Singili, Osquae aliorumque aliquot oppidorum Baeticae, veluti Cartimae, Aratispi cet.), '*sacadas por mí de las mismas piedras originales*'. Insunt autem etiam e schedis Cabrerae descriptae. Inscriptiones illas cum adhuc servatae sint pleraeque, novi nihil inde didici. Sed tamen faciunt ad schedas ipsius Ludovici Velazquez, de quibus supra rettuli, accuratius cognoscendas.

403. (ad n. 81). Academia historica Matritensis, cuius interim prodierunt volumina (*memorias*) IX (a. 1879) et X (a. 1886), inde ab a. 1877 publici iuris facit acta minora, suadente ei curam agente Antonio Canovas del Castillo, viro eximio, quae his studiis adiumenta prae-

buerunt utilissima, inscripta *boletin de la Real Academia de la Historia* (vol. I 1877/79 cf. *Jenaer Litteraturzeitung* a. 1878 p. 194 n. 648 a; vol. II 1882/83; inde ab hoc anno volumina bina annua prodierunt usque a. 1891, cuius est undevicesimum). Insunt dissertationes epigraphicae complures e Fita, Guerra, Saavedra, a me ipso scriptae, aliorum multorum, quaeque prodeunt monumenta epigraphica solent in actis illis statim in publicum edi.

184 (ad n. 98). Schedas ab Antonio Moreira, officiali quondam academiae Olisiponensis, inde fere ab a. 1845 collectas mihi a. 1861 non potuisse conquestus sum. Scilicet eum in usum e bibliotheca academiae esportatas domi servabat Levy Maria Jordão, editor syllogae epigraphicae Portugallensis admodum imperfectae, interim defunctus, postquam titulum vicecomitis de Paiva Manso adeptus est. Sane defendere se studuerat Jordão epistula quadam ad Augustum Soromenbo amicum meum, item dudum vita functum, data et actis diurnis eius aetatis Olisiponensibus inserta. Contra defensionem illam, quae novis fraudibus et mendaciis rem planam occultabat, extitit strenuus veritatis defensor Franciscus Adolphus Coelho, homo vere doctus et linguarum Romanicarum peritissimus, edito libello ita inscripto *A Sciencia Allemã e a Ignorancia Portugueza* [*Hübner versus Levy*] (Olisipone 1870, 16 pp. 8.). Homo optimus et ipse nuper litteris amicisque ereptus est. Sed schedae Moreirae aut celantur adhuc aut interierunt. Nam cum a. 1881 denuo Olisiponem adirem atque iterum in bibliotheca academiae schedas illas postularem, mihi prolata est sylloge inscripta sic *Collecção de Epitaphios Inscripções Letreiros por Antonio Joaquim Moreira, Lisboa 1864*, 4., constans voluminibus novem. Sed statim intellexi apographum hoc esse, ut ipse annus libro inscriptus docuit, postea demum confectum ex schedis autographis Moreirae, et cum accuratius compararem vidi deesse in illo omnes inscriptiones eas, quas e Moreirae schedis solis a Jordão desumptas esse olim adnotaveram. Multa sane continet apographum syllogae e libris impressis desumpta, ex aliorum schedis pauca; quae cum omnia, etiamsi bis terve eaedem inscriptiones repetebantur, in librum suum transtulisset Jordão additis locorum indicationibus saepe aut pravis aut nullis vocabulisque monstrose interdum corruptis, noluit fontem operae neglegentissime administratae patefacere. Tamen quaecumque e schedis illis disci posse viderentur quamvis non magnae utilitatis adnotavi omnia; aliunde nota, ut par est, omisi. Apographum, non schedas autographas, viderat Veiga (*Mafra* p. 97, quamquam de sex tantum voluminibus loquitur, cf. p. 814 huius voluminis); recte de eis exposuit Figueiredo *revista archeologica* IV 1890 p. 83 adn. Figueiredo et Veiga et ipsi nuperrime diem obierunt.

DE HISPANIIS ROMANORVM PROVINCIIS

Initia dominationis in Hispania Romanae

De provinciarum Hispaniarum condicione universa in hoc volumine verba nondum fecimus, quia tum, cum editum est, in brevissima inscriptionum ipsarum editione consistendum esse videbatur. Sed in voluminibus quae secuta sunt cum commentando aliquanto latius exspatiari coeptum sit, hoc demum loco quae huc faciant breviter exponemus, adhibentes quaecunque de his rebus a viris doctis hic illic exposita sunt.

Decem iam annos ante bellum Punicum secundum coeptum, i. e. anno 526 u. c. 228 ante Chr. n. foedus ictum est a Romanis cum Hasdrubale clarum, in quo foedere Polybio teste Romani τὴν μὲν ἄλλην Ἰβηρίαν παρεσιώπων, τὸν δὲ καλούμενον Ἴβηρα ποταμὸν οὐκ ἔδει Καρχηδονίους ἐπὶ πολέμῳ διαβαίνειν (II 13, 7), sive, ut Livius ait, *quo patres nostri, cum Hispaniae Carthaginiensium et imperatores ibi et exercitus essent, ipsi nullum ibi militem haberent, tamen addere hoc in foedere voluerunt, ut imperii sui Hiberus fluvius esset finis* (XXXIV 13, 7). Foedus hoc foederum antiquiorum, quae fuerunt Romanis cum Carthaginiensibus, renovatio erat, atque eius potissimum foederis, quod post bellum Punicum primum de Sicilia et Sardinia factum est; id quod Polybius alio loco dicit ἐπὶ δὲ τοῖς προειρημένοις τελευταῖαι πρὸς Ἀσδρούβαν ἐν Ἰβηρίᾳ γίνονται διομολογήσεις, ἐφ' ᾧ μὴ διαβαίνειν Καρχηδονίους ἐπὶ πολέμῳ τὸν Ἴβηρα ποταμόν (III 27, 9 cf. 29, 3), et similiter Livius *cum Hasdrubale … foedus renovaverat populus Romanus, ut finis utriusque imperii esset amnis Hiberus* (XXI 2, 7). Sed quod solus addit *Saguntinisque mediis inter imperia duorum populorum libertas servaretur*, id fortasse postea demum a Romanis e foedere illo deductum est. Similiter enim in eo atque in antiquioribus foederibus illud tantum sollemni formula videtur statutum fuisse, τὴν ἀσφάλειαν ὑπάρχειν παρ' ἑκατέρων τοῖς ἑκατέρων συμμάχοις, ut est apud Polybium (III 27. 3). Sane postea legati Romani apud Hannibalem bona fide puto διεμαρτύροντο Ζακανθαίων ἀπέχεσθαι (κεῖσθαι γὰρ αὐτοὺς ἐν τῇ σφετέρᾳ πίστει) καὶ τὸν Ἴβηρα ποταμὸν μὴ διαβαίνειν κατὰ τὰς ἐπ' Ἀσδρούβου γενομένας ὁμολογίας teste Polybio (III 15, 5), dicunturque Saguntini ab Hannibale clientes aliquot suos iniuste tractavisse, quamquam a Romanis diu neglecti πιστεύοντες τῇ Ῥωμαίων συμμαχίᾳ (ibid. 15, 8). Carthaginienses vero quamquam concesserunt, siquidem credere licet auctoribus Romanis, Saguntinos foedere illo comprehensos fuisse, ut est in oratione senatoris Carthaginiensis apud Livium *at enim eo foedere, quod cum Hasdrubale ictum est, Saguntini* — videlicet quamvis trans Hiberum siti — *excipiuntur* (XXI 18, 8), tamen foedere illo se teneri negaverunt, quod ab Hasdrubale solo factum neque a senatu Carthaginiensi probatum esset. Atque Graeca Sagunti origo tum primum a Romanis videtur asserta esse; quam testantur scriptores Romani soli Livius (*oriundi a Zacyntho insula dicuntur* XXI 7, 2) et Cornelius Bocchus apud Plinium, qui *templum Dianae a Zacyntho advectae cum conditoribus annis ducentis ante excidium Troiae* memoravit (XVI § 216), quive ex aliis fontibus pendent Graeci Strabo (κτίσμα Ζακυνθίων III 4, 6) et Appianus (Ζακανθαίους καὶ τοὺς ἄλλους ἐν Ἰβηρίᾳ Ἕλληνας Hispan. 7). Polybius contra originis Graecae nusquam meminit nomenque constanter scripsit Ζακανθαίους, non Ζακυνθίους. Atque desunt Graecae originis testes alibi, velut Emporiis et Rhodae, certi, nummi. Nummi enim Saguntini mere Iberici sunt neque quidquam habent typorum Graecorum. Nomen ipsum oppidi Latinum ex Iberico videtur derivatum esse, Sacantum fortasse primum pronuntiatum ut Casceantum, Polybio Ζάκανθα; postea demum Saguntum (v. infra p. 967). Unde quod Polybius dicit Ζακανθαῖοι πλείοσιν ἔτεσιν ἤδη πρότερον τῶν κατ' Ἀννίβαν καιρῶν ἐδεδώκεισαν αὑτοὺς εἰς τὴν τῶν Ῥωμαίων πίστιν (III 30, 1) idque inde potissimum apparere quod, ut Carthaginienses ipsi concederent, Saguntini in discordiis intestinis non a Carthaginiensibus quamvis vicinis et in Hispania potentibus, sed a Romanis rem publicam instaurari passi essent (similiter atque supra III 15, 5), id Romani ex Graeca, quam voluerunt, origine oppidi et ex antiquo foedere consequens esse voluerunt. Itaque statuendum erit foedus Saguntinum, quod Hannibal non ignorabat extitisse cum anno 534/220 oppidum aggressus est, intra annos 526/228 et 534/220 factum esse neque vero antea iam valuisse. Civitatem liberam et foederatam exinde Livius et Appianus nominant locis supra scriptis; postea oppidum civium Romanorum fuisse constat (v. p. 514 ss.). Cum civitatibus vero Graecis, quae cis Hiberum erant, foedera Romanis vere fuerunt antiquiora. Emporias Livius testatur latuisse *sub umbra Romanae amicitiae, quam sicut minoribus viribus quam Massilienses pari colebant fide* (XXXV 9, 10); postea et ipsum oppidum fuit civium Romanorum (v. p. 615). Ab eius modi igitur foederibus, quae cum singulis civitatibus facta sunt, dominatio in Hispanis Romanorum initia cepit; unde arte cum eis coniuncta est quaestio de origine belli Punici secundi diu multumque agitata.

Initia provinciae

Foedus Emporitanum causa fuit, quod Cn. Cornelius Scipio consul, qui Hannibale interim in Italiam profecto in Hispaniam venit cum exercitu, ut tandem aliquando sociis Romanorum subveniretur neve auxilia Hispana illi submitterentur, a. 536/218 Emporiis appulit classem et *exposito ibi exercitu orsus a Lacetanis omnem oram usque ad Hiberum flumen partim renovandis societatibus partim novis instituendis Romanae dicionis fecit* teste Livio (XXI 60, 2). Atque Tarraco *Scipionum opus tum factum* (v. p. 538 ss.), *pax et societas armorum parata* cum populis multis, *cohortes aliquot auxiliorum ex mediterraneis et montanis gentibus conscriptae*, quae omnia Livius memorat (ibidem 60, 4), initia provinciae claro indicant. Post bella deinde a Scipionibus Cn. et P., Gnaei fratris legato, primum prospere inter annos 537/217 et 542/212 gesta, quibus fundamenta dominationis etiam in ulteriore Hispania iacta sunt — de quibus rebus Polybium (X 8 ss. XI 24. 31) et Livium (XXVI 19. 41 ss. XXVIII 46) rettulisse notum est —, secuta est a. 543/211 clades fratrum infausta, qua provincia amissa esset paene tota, nisi L. Marcius eques Romanus cum reliquiis exercitus Scipionum et C. Claudius Nero pro praetore proximo anno 544/210 ex Italia missus cum novis copiis regiones cis Hiberum sitas ab impetu Carthaginiensium defendissent.

Qui eximie provinciae recuperandae munus obtinuit privatus

cum imperio consulari P. Cornelius Scipio postea Africanus dictus, et ipse ab Emporiis exorsus a. 544/210 et proximis annis ulterius progressus Saguntum restituit (v. p. 512), Carthaginem cepit, Italicam condidit (v. p. 149), Gades usque, quibuscum foedus fecit (Livius XXXII 2, 5 cf. Cicero pro Balbo 15, 34 et huius vol. p. 229), dominationem Romanam protulit, Carthaginiensibus e tota paeninsula iam cedere coactis. Scipio Africanus cum M. Iunio Silano pro praetore adiutore ad res gerendas dote propterea provinciam vere constituisse credebatur. Via etiam tum primum videtur a Pyrenaeo Carthaginem strata esse (v. p. 655).

Magistratus Romani. Ita quod post reditum eius inde ab a. 548/206 Romani στρατηγοὺς Ἰβηρίας ἐτησίους ἐς τὰ ἔθνη τὰ εἰληφμένα ἔπεμπον, ἀπὸ τοῦδε ἀρξάμενοι, ut est apud Appianum (Hisp. 38), hic fere annus utriusque provinciae primus habebatur. Tamen Hispaniae non uno actu similiter atque eae, quae postea institutae sunt, provinciae Romanae, in certam provinciae formulam redactae sunt. Primum enim, utpote in regiones nondum omni ex parte pacatas, proconsules bini ex plebi scito eo missi sunt ab a. 549/205 ad a. 557/197, quorum series integra apud Livium servata est. Eo vero anno e sex praetoribus tum primum creatis bini in Hispaniam missi sunt (Livius XXXII 27. 28) ad a. 588/166, et ipsi noti paene omnes. Manebat autem ea consuetudo per omnia rei publicae liberae tempora, donec tertia accessit provincia Lusitania; neque vero sine exceptione. Interdum enim propter bella graviora ibi gerenda consules in Hispanias missi sunt, ut M. Porcius Cato a. 559/195, Q. Fulvius Nobilior a. 601/153, Cn. Pompeius a. 702/52, cui antea iam a. 699/55 ad 703/51 plebi scito delatae erant. Deinde proconsules missi sunt, qui consules antea fuerant, temporibus belli Lusitani Numantinique complures; eodemque bello Cn. Pompeius adhuc eques Romanus a. 677/77 cum imperio proconsulari Hispaniam obtinuit, ut testantur Cicero (de imperio Cn. Pompeii 21, 62) et Livius (epitome 91). Uni praetori L. Canuleio a. 583/171 provincia commissa est ob bellum Macedonicum, ut ex Livio discimus (XL 16, 4 XLII 28, 6 XLIV 17, 9. 10). Idem postea bello Sertoriano videtur accidisse, cum C. Annius Luscus utramque provinciam rexit (Plutarchus vita Sertorii c. 7). Semel Cn. Calpurnius Piso, Catilinae socius (Sallustii Catilina c. 19), *quaestor pro praetore ex senatus consulto Hispaniam citeriorem optinuit* (vol. I p. 474 = VI 1276). Cuius generis praetores fuerint, qui in miliariis viae illius vetustae a Pyrenaeo versus meridiem stratae et postea Augustae dictae comparent proconsules M'. Sergius M'. f. (n. 4956) et Q. Fabius Q. f. Labeo (n. 4924. 4925), ignoramus; item qui *Hispaniam proconsule optinuit* Proculus in titulo Urvinate (vol. XI 5172), si modo vere aetatis illius est. Ceterum credibile est multa, quae ad provincias administrandas pertinebant, utpote post Siciliam et Sardiniam populi Romani vetustissimas, paulatim instituta esse, ut tempora postulabant, velut a Catone a. 559/195, a Ti. Sempronio Graccho a. 574/180, a L. Canuleio Divite a. 583/171. Triumphatum esse de Hispaniis annis 575. 576. 578/179. 178. 176 acta triumphorum nuper inventa (*Notizie degli scavi* a. 1888 p. 699 ss., *Bullett. communale* XVII 1889 p. 35 ss.) docuerunt. Unde post bellum Numantinum P. Cornelius Scipio Africanus minor consul iterum ex plebi scito in Hispaniam citeriorem missus a. 621/133 cum decem legatis, id quod fieri solebat in provinciis ordinandis, ut testatur Appianus (Hisp. 99), legem tulit, puta reliquis legibus provincialibus similem, qua lege Hispaniae administratae sunt usque ad Augusti aetatem.

Divisio provinciarum. Inde ab initio consul prove consule alter regiones usque ad Hiberum fluvium, alter quae trans eum sitae erant, videtur rexisse, recepto in usum termino vetusto, qui antea Carthaginiensium imperium a Romanis diviserat. Sed Saguntum, quae causa fuit dominationis Romanae ultra Hiberum prolatae, et Carthago nova, quam primum provinciae citerioris caput fuisse certum est (v. p. 462), numquam ulterioris (cuius Corduba inde ab initio videtur caput factum esse), cum ambae ultra Hiberum sitae sint, fieri non potuit, quin antiquitus iam alii utriusque provinciae fines fuerint, siqui omnino certi et omni aetate aequales. Neque vero credendum est fines illos inde ab initio certos fuisse. Anno 557/197 praetores in Hispaniis *terminare iussi, qua ulterior citeriorve provincia servaretur*, ut testatur Livius (XXXII 28, 11). Anno 574/180 senatus consultum factum est, *ut M. Fulvius in Hispaniam relegaretur ultra Carthaginem novam* teste Livio (XL 44, 10): unde licet concludere citerioris provinciae ibi terminos fuisse. Saltus Castulonensis saepius, ut apud Livium (XXII 20, 12 XXVI 20, 6 XXVII 20, 3) et in Pollionis ad Ciceronem epistula (ad fam. X 31, 1), ita memoratur, ut provinciam ibi terminari appareat. Bello civili e tribus legatis Cn. Pompei Afranio Petreio Varrone *unus Hispaniam citeriorem [tribus legionibus, alter ulteriorem] a saltu Castulonensi ad Anam duabus legionibus, tertius ab Ana Vettonum agrum Lusitaniamque pari numero legionum optinebat*, ut est in Caesaris de bello civili commentario (I 38, 1; verba uncis inclusa in codicibus omissa, sed ab editoribus suppleta sunt certa ratione). Haec sunt divisionis initia, quae probantur finibus eis, qui provinciis tribus adsignantur in tabula Agrippae. Ex Agrippae enim tabula certum est fluxisse mensuras finesque, quos habent Plinius (III § 6 et 16) quique servati sunt recentioris aetatis fontes geographici dimensuratio provinciarum (p. 13, 1—11 *Riese*), divisio orbis terrarum (p. 15, 5—16 *Riese*), Iulius Honorius (p. 34, 18 *Riese*), Orosius (I 2, 34. 35), cosmographia quae dicitur Aethici (p. 98, 7 *Riese*).

Citeriorem provinciam testes hi, quos dixi, omnes consentiunt a meridie terminari Oretanis iugis sive Oretania vel saltu Carthaginiensi. Provincia citerior. Ita etiam Artemidorus Hispaniam citeriorem μέχρι τῆς Καινῆς Καρχηδόνος καὶ τῶν τοῦ Βαίτιος πηγῶν ait pertinuisse (apud Stephanum s. v. Ἰβηρία), et Orosium, qui dicit *Hispaniam citeriorem posita in nostri maris litore Karthago determinat* (I 2, 34). Itaque in Agrippae tabula fines provinciae citerioris non procul ab ipsa Carthagine fuerunt inde fere a saltu Castulonensi (v. n. 3270) ad saltum Carthaginiensem. Inde explicandum est, quod Baria oppidum extra citerioris provinciae terminos veteres in ora maritima situm postea quoque Baeticae adscriptum mansit (v. p. 955). Etiam Castulo (p. 440), Acci (p. 458), Iliberris (p. 285. 882) ulterioris provinciae fuerunt antiquitus. A septentrionibus, ubi citerior provincia antea certis finibus omnino caruisse putanda est, Agrippae mensurae *a Tarracone ad litus Oiarsonis* apud Plinium (III § 29) et Strabonis verba ἐκ Ταρράκωνος ἐπὶ . . . τὴν ἐπ᾽ αὐτῷ τῷ ὠκεανῷ Οἰάσωνα πόλιν (III 4, 10) fines prope Oearsonem fuisse demonstrant, Cantabris tum nondum subactis. Ab Oearsone igitur linea quadam directa ad Carthaginem novam citerior provincia ea aetate terminabatur. Sed mutati sunt fines inter citeriorem et ulteriorem provinciam paulo postea ab Augusto ipso, cum tertiam illis adderet provinciam Lusitaniam. Unde Strabo cum diceret Ῥωμαῖοι . . . τὸ μὲν αὐτῆς (i. e. Hispaniae) μέρος εἶπον τὴν ἐκτός, τὸ δὲ ἕτερον τὴν ἐντός, ἄλλοτε δ᾽ ἄλλως διαιροῦσι πρὸς τοὺς καιροὺς πολιτευόμενοι (III 4, 19), ad Augusti aetatem respexit, non ad eam, qua scripsit, Tiberii. Plinio enim, qui praeter mensuras ex tabula Agrippae desumptas Augusti indicem provinciarum et oppidorum adhibuit, compositum illum post annos 735/19 vel 738/16, ut varia indicia demonstrant, *prima Hispania . . . est ulterior appellata eadem Baetica, mox a fine Murgitano citerior* (III § 6). Apparet igitur iam non a Carthagine ulteriorem incepisse, sed a Murgi oppido (v. p. 877) multo magis versus meridiem sito neque a saltu Castulonensi, sed a termino aliquo magis versus occidentem sito. Qui qualis fuerit indicant miliarii viae Augustae, cuius numeri incipiunt *a Baete et Iano Augusto*, ut est in miliariis Augusti ipsius a. 752/2 (n. 4701. 4703—4711) et C. Caesaris (n. 4716. 4717. 6208), vel *ab Iano Augusto qui est ad Baetem*, ut in Tiberii (n. 4712—4715), vel *ab arcu unde incipit Baetica*, ut in Domitiani (n. 4721). Indicatur sine dubio pons Baetis fluvii cum Iano vel arcu suo, quaerendus ille inter Castulonem et Ossigi (v. p. 627). Inde Plinius a *Castulonis fine* dicit Baeticam incipere (III § 16 cf. 29) et Strabo ὅριον δ᾽ αὐτῆς (i. e. Baeticae) πρὸς ἕω πλησίον Κάστλωνος (III 4, 20). Atque hic novus terminus provinciae citerioris est in regionibus versus meridiem spectantibus. A septentrionibus Asturiam et Gallaeciam nondum prorsus subactas ad Agrippae aetatem videtimus

coniunctas fuisse cum Lusitania. Lusitania vero postquam a Baetica seiuncta est, regiones septentrionales illas ambae citeriori provinciae adscriptae sunt, ut constat ex testimonio Strabonis (III 4, 20), quod inscriptiones verum esse probant. Scilicet postquam provincia haec universa in distributione provinciarum inter imperatorem et senatum imperatori tributa est, in Hispanias πέμπονται, ut Strabo ait (l. s. s.) ὑπ' αὐτοῦ δύο πρεσβευταί, στρατηγικός (in Lusitaniam, ut infra apparebit) καὶ ὑπατικός in citeriorem, qui sedem primum habuit interdum adhuc Carthagine, postea vero constanter Tarracone (v. p. 538).

Legatus Augusti

Ita enim Strabo l. s. s. αὐτὸς δὲ ὁ ἡγεμὼν διαχειμάζει μὲν ἐν τοῖς ἐπιθαλαττιαίοις μέρεσι, καὶ μάλιστα τῇ Καρχηδόνι καὶ τῇ Ταρράκωνι δικαιοδοτῶν, θέρους δὲ περίεισιν (i. e. conventus habet) ἐφορῶν ἀεί τινα τῶν δεομένων ἐπανορθώσεως (III 4, 20). Ita Galbam Carthagine conventum habuisse traditur apud Suetonium (vita Galbae 9). Sed Tarracone postea praetorium provinciae citerioris fuisse certum est (v. n. 4076); in titulis Tarraconensibus legati Augusti provinciae viginti amplius comparent. Mansit vero provinciae universae, quamvis *aliquantum vetus forma mutata* sit, ut ait Plinius (III § 18), citerioris nomen usque ad aetatem Diocletiani; ut testantur tituli permulti (v. Indices p. 1146; vol. XII 3467 alii).

Ti. Plautius Silvanus Aelianus consul a. 45 ex elogio Tiburtino (XIV 3608) notus, *legatus in Hispaniam ad praefectur(am) urbis remissus*, si modo eo pervenit, provinciae citeriori praefuisse putandus est. Incertus omnino est [*legatus Augusti p*]*ro pr(aetore) in Hiberia ad sel* .... tituli aetatis Claudii, qui Histonii olim extitit, sed male descriptus est (vol. IX 2847).

Hispaniae quem ad modum administratae sint inde ab Augusto idem Strabo luculenter exposuit loco modo indicato, cum diceret ἡ λοιπή, αὕτη δ' ἐστὶν ἡ πλείστη τῆς Ἰβηρίας (loquitur de provincia citeriore), ὑπὸ τῷ ὑπατικῷ ἡγεμόνι, στρατιάν τε ἔχοντι ἀξιόλογον τριῶν που ταγμάτων (de legionibus Hispanis infra dicemus) καὶ πρεσβευτὰς τρεῖς· ὧν ὁ μέν, δύο ἔχων τάγματα, παραφρουρεῖ τὴν πέραν τοῦ Δουρίου πᾶσαν ἐπὶ τὰς ἄρκτους, ἣν οἱ μὲν πρότερον Λυσιτανοὺς ἔλεγον, οἱ δὲ νῦν Καλλαϊκοὺς καλοῦσι, συνάπτει δὲ τούτοις τὰ προσάρκτια μέρη μετὰ τῶν Ἀστύρων καὶ τῶν Καντάβρων e. q. s. Callaeciae nomen solum regionis fuisse saeculo primo ineunte videtur indicare titulus positus Bracarae C. Caesari Augusti filio a Callaecis n. 2422; aetate Diocletiana nomen Gallaeciae singulare redit. Itaque parebant legato provinciae citerioris legati praetorii tres, in tres provinciae dioeceses missi.

Dioecesis Asturiae et Gallaeciae

Quarum prima, incipiens a Cantabris et Asturibus Asturia et Gallaecia (sive Callaeciae, ut est in titulo aetatis Traianae vol. V 534, 535) fuit. Regio illa longinqua quamvis sub legato praetorio castris legionum duarum sive exercitus consularis defensa, quae fortasse eodem loco fuerunt, ubi postea legio septima stativa habuit, quamquam propria provincia non erat, tamen iam saeculo primo ad eius formam videtur paene accessisse, ut monumenta docent (veluti n. 2477) viaeque non paucae militares ibi stratae aetate Vespasiani (v. p. 632 ss.). Eadem Vespasiani aetate alteram duarum, quae ibi tendebant, legionum Hispania cessisse infra videbimus. Tum praeter legatum legionis in Hispaniam missus est primum legatus iuridicus.

Legatus iuridicus

Q. Glitius Atilius Agricola ex titulis Taurinensibus (vol. V 6974—6987) notus *legatus Hispaniae citerioris* dicitur dioecesi non adiecta; scilicet Tarracone primum videtur sedem habuisse et raro tantum conventus habuisse in regionibus mediterraneis. Sed crescente in illis quoque regionibus togatorum et causarum numero alter eo missus est iuridicus Bracarae sedem habens (v. n. 2408. 2415. 2423 cf. vol. VI 1466 = XIV 3995 VI 1507 = XII 3170; adde XII 3172). Tamen etiam saeculo altero praeter iuridicum *legatus Augusti per Asturiam et Gallaeciam dux legionis VII geminae piae felicis* (is homo antea fuerat *iuridicus per Flaminiam et Umbriam et Picenum*) nominatur Asturicae (n. 2634), a iuridico diversus.

Praefecti

Sub legato exercitus eius, qui in dioecesi Asturiae et Gallaeciae tendebat, militaverunt fortasse *praefectus Asturiae* (n. 4616) et *praefectus Gallaeciae* (n. 3271) semel memorati.

Procuratores

In dioeceses eas, ubi exercitus erant, procuratores Augusti mittebantur, ut Strabonis verba indicant haec supra scriptis infra addita εἰσὶ δὲ καὶ ἐπίτροποι τοῦ Καίσαρος, ἱππικοὶ ἄνδρες, οἱ διανέμοντες τὰ χρήματα τοῖς στρατιώταις εἰς τὴν διοίκησιν τοῦ βίου (III 4, 20). Unde inter magistratus supremos iuxta legati provinciae citerioris et legati legionis nomina, quae similiter coniuncta redeunt in titulo Asiano (vol. III S 6741. 6742), etiam procuratoris adscriptum est in titulo operis publici (n. 2477 = 5616); plene nominatur *procurator divi Nervae et imperatoris Caesaris Nervae Traiani Augusti Germanici provinciae Hispaniae citerioris Asturiae et Callaeciarum* (V 534. 535). Memorantur praeterea non raro procuratores Asturiae et Gallaeciae (n. 2634 cf. Indices p. 1113; vol. XII 1855).

Incertae lectionis est titulus urbanus (vol. VI 1331), in quo *quaestor divi Claudii provinciae Asturiae* videtur nominari (unus descriptorum pro *Asturiae* scripsit *Narbonensis*); cui si fides est, statuendum esset Claudium senatui provinciam tradidisse pro tempore; id quod omni probabilitate caret.

Provincia Asturia et Gallaecia

Itaque dioecesis haec initia provinciae alicuius propriae in se habuisse putanda est. Tamen etiam a. 212 tres *provinciae* tantum *Hispaniae* videntur fuisse, ut est in titulo eius fere anni Tusculano (vol. XIV 2613). Anno vero 216 ex dioecesi Asturiae et Gallaeciae facta est provincia Hispania nova citerior, ut docuit titulus Legionensis *C. Iuli Cerealis consulis legati) Aug(usti) pr(o) pr(aetore) provinciae) H(ispaniae) n(ovae) citerioris) Antoninianae post divisionem) provinc(iae) primi ab eo missi* (n. 2661). Secuti eum sunt legati Augustorum alii (vol. X 4750, XI 1163, XIV 2941 qui dicitur fortasse minus recte *legatus Augusti provinciar(um) As(turiae et G)allecia*).

Dioecesis Cantabriae

Sequuntur apud Strabonem loco s. s. verba haec: τὴν δ' ἑξῆς παρόρειον μέχρι Πυρήνης ὁ δεύτερος τῶν πρεσβευτῶν μετὰ τοῦ ἑτέρου τάγματος ἐπισκοπεῖ (III 4, 20). Indicatur clare regio provinciae septentrionalis a radicibus Pyrenaei montis ad finem Asturiae et Gallaeciae. Ibi prope Iuliobrigam videbimus castra legionis quartae fuisse usque ad aetatem Claudii. Legati eius dioecesis in titulis nondum reperti sunt.

Dioecesis Tarraconensis

Ὁ δὲ τρίτος, Strabo pergit, ἐπισκοπεῖ τὴν μεσόγαιον, συνέχει δὲ τὰ τῶν τογάτων ἤδη λεγομένων, ὡς ἂν εἰρηνικῶν καὶ εἰς τὸ ἥμερον καὶ τὸν Ἰταλικὸν τύπον μετακειμένων (III 4, 20). Legatus eius dioecesis, cui legio nulla parebat, *legatus Hispaniae citerioris* primum dictus simpliciter (vol. V 6974—6986 cf. vol. VIII 8421), postea semel *praefectus iuris dicundi) Hispaniae citerioris*) (vol. IX 1571); idem homo *iuridicus* (IX 1572) et *legatus iuridicus* (II 4113), deinde *legatus iuridicus provinciae Hispaniae citerioris Tarraconensis* (n. 3738 XII 3167 δικαιοδότης Σπανίας] διοικήσεως Ταρρακω(νη)σίας Hierocaesareae ephem. IV p. 223).

Cuius dioecesis vel citerioris vel ulterioris *leg(atus) provinc(iae) Hispan(iae)* homo praetorius fuerit in titulo Africano aliquo nominatus (vol. VIII S 14294 = ephem. VII 266), non liquet.

Sub legato citerioris militaverunt *praefectus pro legato insularum Balearium* aetatis Neronianae (vol. XI 1331) et *praefecti orae maritumae* Tarraconenses (v. Indices p. 1125). Hos inde ab aetate Augusti extitisse titulus docet Foro Livii in Italia repertus *praefecti orae maritimae Hispaniae citerioris bello Actiensi* (vol. XI 623).

Baetica

Ulterior provincia inde ab Augusto etiam Baetica simpliciter dici solita post Lusitaniam novam provinciam institutam, de qua mox dicetur, incipiebat, ut vidimus, ab Iano Augusto et a fine Murgitano; nam quae ulterioris fuerant regiones, Baetis fluvii vallis superior cum Castulone Acci Iliberri oppidis, ab Augusto citeriori tributae sunt. Occidentem versus usque ad Anam fluvium Baetica extendebatur; nam Plinius ex Augusti commentariis *a fine Murgitano* (III § 6) vel *nunc a Castulonis oppidi fine Gades et a Murgi maritima ora, a Carteia Anam* (III § 17) fines eius pertinere ait. A septentrionibus in universum et ipse Anas fluvius videtur Baeticam a Lusitania divisisse. Territoria sane aliquot oppidorum Baeticae Sisaponis (n. 3270) Mirobrigae (p. 327) Laelmurgae (p. 705) cis Anam sita erant; Lusitaniae contra coloniarum duarum Metellini (p. 72) et Emeritae (p. 62) in laevam Anae ripam pertinebant. Caput ulterioris provinciae Corduba mansit (p. 306).

Proconsul. Senatui provinciam datam esse Strabo testis est, cuius de ea verba sunt πρόσκειται τῷ δήμῳ καὶ πέμπεται στρατηγὸς ἐπ' αὐτήν, ἔχων ταμίαν τε καὶ πρεσβευτήν (III 4, 20). Atque proconsules provinciae dignitatis praetoriae praeter eos, quos scriptores memorant, velut Tacitus et Plinius minor, multis monumentis constat (v. Indices p. 1117 cf. vol. V 4129. 4352. 5813 VIII 6207 IX 5833 X 1249 XI 3364 cf. 3004 XII 3172 *add.* XIV 2499); eorum quos novimus antiquissimus L. Aemilius Paulus est (n. 5041).

Legatus proconsulis Legatus proconsulis, qui sedem fortasse habuit Hispali (p. 153), unus memoratur aut liberae adhuc rei publicae aut aetatis Augustae ineuntis (n. 4967 1), aetatis imperatoriae varii (ephem. V 696 Thamugadensis, vol. IX 2335 5833 XIV 2498 3908).

Quaestor Quaestores quoque provinciae in titulis non raro nominantur (n. 190 et vol. VIII 7002 IX 5030 XII 3167).

Ab Augusto Baeticam provinciam institutam esse, quamquam ex Plinii testimoniis solis iam satis elucebat, nuper probatum est parva quadam basi Romae in foro Augusti reperta, cui inscriptum est *imp(eratori) Caesari Augusto p(atri) p(atriae) Hispania ulterior Baetica, quod beneficio eius et perpetua cura provincia pacata est* (bullett. comm. XVII 1089 p. 26 ss.). Unde etiam nomen illud ei fuisse discimus inde ab initio Hispaniam ulteriorem Baeticam, quamquam nec Tarraconensi nec Lusitaniae similia nomina fuerunt; scilicet cognomen a fluvio derivatum veteri nomini adiectum est. Atque mansit hoc nomen etiam saeculo secundo: T. Iulius Maximus in titulo Nemausensi (XII 3167) et P. Tullius Varro in Tarquiniensi (XI 3364 cf. 3004), homines aetatis fere Hadrianae, dicuntur ille quaestor provinciae Hispaniae ulterioris Baeticae, hic proconsul provinciae Baeticae ulterioris Hispaniae. Similiter *municipium Concordia Iulia Nertobrigenses* (v. p. 125) *ex Hispania ulteriore provincia Baetica* nominantur in titulo Tusculano aetatis fere eiusdem (XIV 2613). Neque vero mirum est iam ante Diocletiani tempora brevius Baeticae nomen interdum adhibitum esse.

Senatui tributa mansit provincia Baetica dudum pacata una fortasse tantum aetate excepta. Scilicet Pii et Marci temporibus cum Mauri ex Africa transgressi provinciam Baeticam popularentur, Severus postea imperator, qui tum quaestor provinciae Baeticae erat, cum inde Africam peteret ad rem domesticam patre mortuo componendam, pro Baetica Sardinia ei attributa est; ut est apud Spartianum (v. Severi 2, 3); Marcus vero ipse videtur provinciam regendam suscepisse (v. n. 1120. 2015). Ad bellum hoc Maurorum referendus est titulus C. Iulii Pacatiani Viennensis (vol. XII 1856). Contra Ti. Claudius Candidus tituli Tarraconensis (n. 4114), aetatis Severianae dux clarus, num ei interfuerit incertum est. Eisdem temporibus legionis septimae pars Italicae stationem habuit. Provincia quando senatui reddita sit nescimus; sed anno iam 192 P. Porcius Optatus Flamma quaestor provinciae Baeticae fuit (vol. VIII 7062. 7063). Explicantur inde fortasse procuratores provinciae Baeticae in titulis aliquot nominati (n. 1085. 1121*. 2029. 3270 vol. VIII 9090).

Tingitana Tertio saeculo ut Asturia et Gallaecia nova provincia instituebatur, ita etiam Baeticae forma mutata est, adiecta iam ante Diocletiani aetatem provinciae Africae Mauretaniae parte Tingitana. Docuit hoc tituli Tingitani fragmentum, in quo statua posita a populo Tingitano memoratur fortasse Severo vel Antonino eius filio. . . . *provinciae n[ovae Hispaniae] ulterioris Tin[gitanae]* (ephem. VIII 807); quam postea sub Diocletiano Baeticae adiectam esse novimus. Explicatur inde, quod in titulo eiusdem fere aetatis Malacitano (n. 4070) L. Valerius Proculus *procurator provinc(iae) veteris Hispaniae Baeticae* appellatur; scilicet ad novam provinciam Tingitanam procuratio eius non pertinebat. Similiter supra vidimus eadem aetate a citeriore vetere novam nomine distingui.

Lusitania Ab Ana Vettonum agro Lusitaniaeque iam Cn. Pompeius, ut supra dictum est, legatum unum praefecerat teste Caesare (bell. civ. I 38, 1). Provincia vero Lusitania ab Augusto instituta est, ulteriore provincia vetere in Baeticam et Lusitaniam divisa, ut vidimus supra. Plinius in eis, quae ex Agrippae tabula hausit, mensuras Lusitaniae cum Asturia et Gallaecia coniunctae describit (IV § 118); similiter fines eius indicant dimensuratio *Cantabria et Oretania* p. 13, 5 *Riese*, divisio *a Noega Asturum* . . . sequuntur indicationes prorsus corruptae . . . *a meridie a flumine Ana* p. 16, 1 *Riese*; Orosius et cosmographia Aethici Lusitaniam omittunt. Strabo cum de legato praetorio legati Augusti provinciae citerioris haec habeat παραφρουρεῖ τὴν πέραν τοῦ Δουρίου πᾶσαν ἐπὶ τὰς ἄρκτους, ἣν οἱ μὲν πρότερον Λυσιτανοὺς ἔλεγον, οἱ δὲ νῦν Καλλαϊκοὺς καλοῦσι . . . καὶ μικρὸν ἀποτέρω πόλις Νοῖγα, καὶ πλησίον ἐκ τοῦ ὠκεανοῦ ἀνάχυσις, ὁρίζουσα τοὺς Ἄστυρας ἀπὸ τῶν Καντάβρων (III 4, 20), hanc divisionem a Tiberio demum, sub quo Strabo scripsit, institutam esse visum est. Plinius vero altero loco, ubi Tarraconensem dicit *Solorio monte et Oretanis iugis Carpetanisque et Asturum a Baetica atque Lusitania distingui* (III § 6), aperte iam novit ex Augusti sive breviario sive commentariis provinciam Lusitaniam artioribus finibus inclusam, Astures autem et Gallaecos a Lusitania seiunctos et citeriori provinciae adscriptos; ut supra vidimus. Cantabros, Astures, Gallaecos idem Plinius Augustum secutus citeriori tribuit, ubi de Durio haec habet, fluere eum *per Arevacos Vaccaeosque disterminatis ab Asturia Vettonibus, a Lusitania Gallaecis* (IV § 110—112), additque *a Durio Lusitania incipit* (§ 113) dividitque universam provinciam in conventus tres (§ 117), quorum nullus Gallaeciae Asturiaeve est. Haec omnia ad Augusti divisionem referri certissimum est novitque inde Lusitaniam provinciam etiam Iulius Honorius (p. 34, 5 *Riese*). Atque cum Anas provinciam versus meridiem et orientem terminaret, exceptis territoriis coloniarum Emeritensis et Metellinensis, de quibus supra dictum est, versus septentriones Durius eius terminus fuit, ita tamen, ut inter Bletisam (p. 107) et Salmanticam (p. 109) oppida Lusitana, quorum territoria propterea terminis Augustalibus videntur definita esse, et Ocelum Duri citerioris vel Asturiae oppidum provincia Lusitania non ubique usque ad Durium pertineret. Atque haec quidem de provincia Lusitania ab Augusto instituta eiusque finibus.

Legatus Augusti. Strabo loco s. s. praeter Baeticam Caesaris esse reliquam dicit Hispaniam, πέμπονται δ' ἀπ' αὐτοῦ δύο πρεσβευταί, στρατηγικός τε καὶ ὑπατικός (citerioris, ut supra vidimus). ὁ μὲν στρατηγικὸς ἔχων σὺν αὐτῷ πρεσβευτήν, δικαιοδοτήσων Λυσιτανοῖς τοῖς παρακειμένοις τῇ Βαιτικῇ καὶ διατείνουσι μέχρι τοῦ Δουρίου ποταμοῦ καὶ τῶν ἐκβολῶν αὐτοῦ· καλοῦσι γὰρ οὕτω τὴν χώραν ταύτην ἰδίως ἐν τῷ παρόντι, i. e. non a Tiberii demum aetate, qua Strabo scripsit, sed inde ab Augusto. Consentiunt recentiores Dio (LIII 12) et Appianus (Hisp. 102). Itaque quod Augustus in indice rerum a se gestarum dixit *colonias in utraque Hispania* (ἐν ἑκατέρᾳ τε Ἰσπανίᾳ Graeca) *deduxi* (5, 35), videtur minus accurate locutus esse, veteris divisionis in tabula Agrippae depictae memor. Certissimum enim esse vidimus ab ipso iam tres provincias institutas esse, non a Tiberio demum. Legati Augustorum provinciae Lusitaniae in titulis memorantur complures. Quorum antiquissimus fortasse Cato ille erat *legatus Augusti Caesaris* (n. 606); Tiberii et Gaii C. Ummidius Durmius Quadratus (n. 172 et X 5182; cf. praeterea Indices p. 1116 et vol. V 597 IX 5833 XIV 2409. 3906).

Legatus legati Legatus eius in titulis nondum repertus est. Sedem videtur habuisse legatus provinciae Emeritae (v. p. 52. 820); legatus eius ubi sedem habuerit, siquem habuit omnino certum, nescimus, nisi forte Olisipone (v. p. 23. 810). Dioeceses enim Lusitaniae et iuridici nondum comparuerunt.

Procurator Procuratores contra memorantur non pauci (n. 1120 cf. vol. III 5211 V 8659), quorum nonnulli etiam Vettoniam ex parte veteris provinciae regionem procurabant (n. 484. 1170. 1261; subprocurator Lusitaniae semel memoratur (vol. XII 2327).

Provinciae aetatis Diocletianae Haec erat condicio provinciarum Hispanarum universa usque ad Diocletianum. Inde a Diocletiano scimus a notitia dignitatum et ex laterculis Veronensi et Polemii Silvii nomina provinciarum exhibentium, quibuscum conveniunt testimonia in titulis servata, sub vicario dioecesis Hispaniarum (cuius paucae extant memoriae, n. 4107 cf. 2203. 2209. 2664) septem fuisse provincias. Scilicet ex citeriore tres factae sunt Tarraconensis, Carthaginiensis, Gallaecia; ex ulteriore Baetica et Mauretania Tingitana iam antea, ut vidimus, ei adiecta; Lusitania vetus mansit; accessit inter annos

369 et 386 septima insularum Balearium, quarum unam iam antea praefectum pro legato habuisse supra dictum est. Atque Baeticae primum praesides praepositi erant (v. n. 2204. 2205) viri perfectissimi, deinde consulares viri clarissimi (v. n. 1972. 2206). Similiter Gallaeciae per saeculum fere praepositi erant praesides, ut discimus ex miliario a. 383/388 (n. 4911), deinde consulares (v. n. 2635). Lusitaniae nullus adhuc prodiit consularis, a quo provinciam rectam esse testatur notitia; praesides vero varii (n. 191. 481. 5140). Reliquarum provinciarum praesides viri perfectissimi non raro memorantur Hispaniae citerioris Tarraconensis (n. 4135) sive Hispaniae Tarraconensis (n. 4105. 4108) et Mauretaniae Tingitanae (n. 4135). Provinciae Carthaginiensis nullus adhuc prodiit magistratus nec magis insularum Balearium.

Series proconsulum et legatorum, qui in provincias Hispanas missi sunt, inde ab eo tempore, quo Livii annales deficiunt, nondum a quoquam, quatenus fieri potest, concinnata est.

Aera provincialis Provincias Hispanas inde ab Augusto aeram habuisse propriam monumenta multa docent aetatis recentioris, i. e. inde a saeculo quinto exeunte, incipientem illam ab a. 716 u. c. 38 ante Chr. n.; de qua dixi in inscriptionibus Hispaniae christianis p. V s. Sed documenta aerae alicuius provinciae citerioris antiquiora etsi non desunt — composui ea in indicibus p. 1112 —, tamen quem ad modum numeri illi aerae, ut videtur, consularis explicandi sint adhuc ignoramus. Quod numeri illi in monumentis certae tantum regionis Asturiae adscripti sunt, in aliarum regionum nusquam, indicat per universam paeninsulam eos in usu non fuisse. Cogitare pronum est de origine aerae coniuncta cum provincia Asturia et Gallaecia instituta; sed neque probari potest, anno illo 716/38 a. C. potissimum provinciae eius administrationem incepisse, neque conveniunt numeri cum principio illo aerae.

Res militaris De re militari provinciarum Hispanarum quamquam a quibusdam viris doctis accuratius quaeri coeptum est, tamen propter testimoniorum paucitatem multa incerta manent. De copiis, quibus provincia subacta est, cum pauca omnino statui possunt, tum eo magis hic quaerere supersedebimus, quod monumenta epigraphica e liberae rei publicae temporibus in Hispaniis reperta rarissima nullam quaestioni illi lucem adferunt. Ex aetate Augusti habemus testimonia nummorum gravissima, inscriptionum accedunt pauca; inde fere a saeculo primo exeunte aliquanto frequentiora adsunt. Nummi Accitani Emeritenses Caesaraugustani Cordubenses nomina legionum, quae sine dubio aliquando exercitus Hispanici fuerunt, adscripta habent; in nummis Carthaginiensibus Ilicitanis Italicensibus quamquam nomina non adsunt, adsunt tamen signa militaria aquilae signa vexilla, quae in oppidis illis aut milites aut veteranos collocatos fuisse demonstrant. Quae testimonia si componuntur cum scriptorum et inscriptionum testimoniis neque negleguntur, quae de viis militaribus deque coloniis tradita sunt, lineamenta administrationis militaris aliqua ex parte recuperari possunt.

Legiones Enumerabimus breviter primum legiones, quas aut certum est aut probabile in Hispaniis tetendisse inde ab aetate Augusti; scimus enim eum ibi habuisse aliquot a legionibus veteribus Caesaris et ex eis, quae contra Antonium pugnaverant.

Legio I In nummis Accitanis divi Augusti, Tiberii, Gaii Caesaris adscripta sunt aquilis et signis binis nomine *leg(ionis) I* et *II*; ita enim legendum esse, non *leg(ionis) III*, dudum intellectum est (v. p. 458). Legio aliqua, quae contra Cantabros pugnare recusaverat, cum vetita esset ab Augusto deinceps Augusta vocari, ut Dio tradit (LIV 11), neque ulla praeterea nota sit legio prima vetustior quam prima Germanica a Tiberio instituta, facile credemus hanc ipsam legionem primam aut dissolutam esse aut interiisse in bello Cantabrico. Testatur ipse Augustus *signa militaria complura per alios duces amissa* se recuperasse *devictis hostibus ex Hispania et Gallia* in monumento Ancyrano (5, 30 Lat. = 15, 23 Graec.). Inter legiones, quas Strabo docet in Hispaniis fuisse, cum ab Augusto in tres provincias divisae sunt, prima iam non fuit; ut infra videbimus. Unde non mirabimur monumenta eius epigraphica omnino non comparuisse; sed a veteranis eius cum secundae Acci collocatis, ubi fortasse aliquando in castris fuit, coloniae illi nomen gemellae accessit.

Legio II Augusta Legionem secundam Augustam in Hispania fuisse antequam Tiberio imperante Mogontiacum in Germaniam superiorem missa est, praeter nummos Accitanos, ut modo vidimus, testantur tituli aliquot militum eius (n. 266. 5682) et veteranorum (n. 985. 5053 cf. 5152); in quibus Augustae cognomine legio caret. Ubi additur, tituli spectant ad aetatem Tiberio recentiorem. Praeterea milites aliquot legionis iam translatae Mogontiacum ex Hispania oriundi sunt (Brambach n. 1892). Legionem olim Acci, postea in Lusitania castra habuisse probabile est.

Legio IV Macedonica In nummis Caesaraugustanis multis Augusti Tiberii Gaii Caesaris una adscripta sunt nomina *leg(ionis) IV*, *leg(ionis) VI*, *leg(ionis) X*, aut cum signis tribus vel vexillo uno inter duo signa formae singularis in nummis Augusti et Tiberii, aut cum aquila inter signa duo in Tiberii et Gaii Caesaris. Quibus insignibus si iisdem habere licet, antea vexillationes tantum legionum illarum Caesaraugustae fuerunt, postea propter aquilam fortasse una earum integra. Sed etiam in nummis Augusti Cordubensibus et Emeritensibus, quos probabile est paulo antiquiores esse quam Caesaraugustanos, *legionum* V et X nomina inscripta sunt inter signa duo iuxta aquilam; unde fortasse conici potest decimam antequam provincia ulterior divisa est, ibi in castris fuisse. Quartam Macedonicam olim Philippensem in Hispaniis tetendisse certum est ab Augusti temporibus ad Claudii, sub quo in Germaniam superiorem cessit. Neque desunt memoriae eius in Hispania (n. 1681. 2912); in titulo Pergameno aetatis Augustae memoratur *tribun(us) mil(itum) in Hispania leg(ionis) IIII* (vol. III 399). Castrorum eius reliquiae et prata cippis terminalibus definita (n. 2916 a—d. 5807) demonstrare videntur sedem ibi fuisse legati eius praetorii, qui cum legione una Cantabriam obtinebat; ut supra dictum est. Cantabris pacatis legio integra inde Caesaraugustam fortasse regressa mox in Germaniam translata est.

Legio V In nummis sub Augusto cusis Emeritensibus et Cordubensibus, ut modo vidimus, leguntur nomina *legionum*) V et X inter signa duo iuxta aquilam. Quintam Caesaris veterem legionem Alaudarum quae vocabatur intellegendam esse certum est; nam quinta Macedonica in Hispaniam numquam pervenit. Nummi P. Carisii et ipsi sub Augusto Emeritae cusi, ut summa cum probabilitate statuitur, cum galeam cristatam habeant, Borghesius (op. II p. 333) galeam rettulit ad Astures et Cantabros a T. quodam Carisio devictos secundum Dionem (LIII 26). Neque vero credo praenomen Titi illius mutandum esse in Publii; nam T. Carisius triumvir monetalis a. 705 ad 709/49 ad 45 a Publio diversus notus est. Nec magis puto galeam Lusitanam indicari, de qua nihil constat, sed Gallicam Alaudarum legionemque quintam. Quod etiamsi incertum est, certum est Alaudas in Africa contra regem Iubam et apud Mundam in exercitu Caesaris pugnavisse, deinde vero legionem a Caesare in Macedoniam missam post eius mortem ab Antonii partibus in pugna Mutinensi stetisse. A pugna Mutinensi a. 711/43 ad Augusti bellum Cantabricum a. 727/27 in Hispania eam fuisse indicant nummi supra scripti et tituli duo aetati Augustae tribuendi Hispalensis tribuni legionum duarum Hispanarum quintae et decimae, oriundi Vintio ex Alpibus maritimis, deinde aedilis Hispalensis (n. 1173), in quo legio cognomine caret, et Iessonensis tribuni quondam legionis quintae Alaudarum, postea flaminis provinciae citerioris Tarracone, qui *censum egit in provincia Gallia Aquitanica* (n. 4188). Praeterea trium legionum Hispanarum quintae, decimae, sextae (cognominibus non adiectis) centurio Sabidius aliquis, *ita ut in leg(ione) X primum pilum duceret eodemque tempore princeps esset leg(ionis) VI*, unde dona militaria in bello Cantabrico videtur adeptus esse, deinde praefectus quinquennalis Gaii Caesaris Augusti filii et Tiberii ex titulo Italico (vol. IX 4122) notus est. E perpaucis qui praeterea reperti sunt militum legionis eius titulis (vol. VIII 10605 et Brambach n. 218) in Hispania eam fuisse non probatur. Castra priusquam provincia ulterior ex parte senatus facta est, potest habuisse vel Cordubae vel Emeritae una cum decima; postea in

citeriorem et ipsa videtur translata esse, donec bello Cantabrico confecto ab Augusto in Moesiam amandata est.

Legio VI victrix Sextae legionis in Hispania testimonia antiquissima nummi Caesaraugustani sunt supra memorati, qui quartam quoque et decimam inscriptas habent. Accedit titulus Italicus anni 749/5, quem tribuno eius posuerunt *centuriones leg(ionis) VI ex Hispania* (vol. XI 3342). Mansit vero legio in Hispania usque ad Neronis tempora. A. 60 M. Vettius Valens primus pilus legionis VI victricis *ob res prospere gestas contra Astures* ab imperatore, cuius nomen tacetur, videlicet a Nerone, dona militaria accepit; ut docuit titulus Ariminensis (vol. XI 395). Eisdem temporibus tribunus eius fuerat L. Titinius Glaucus Lucretianus, postea praefectus pro legato insularum Balearium, notus ex titulis duobus Lunensibus anni eiusdem 66 (vol. XI 1331), cuius iam supra mentio facta est. Itaque cum Iosephus Herodem Agrippam faciat de Hispanis dicentem aetate Neroniana disertis verbis φρουρὰ δὲ ἤρκεσε τῶν οὕτω δυσμάχων καὶ τοσοῦτον ἀπφκισμένων ἓν τάγμα (bell. Iud. II 16, 4), atque *principem Galbam sextae legionis auctoritate factum* testis sit Tacitus (hist. V 16; cf. Galbae ipsius verba de Nerone, *quem non . . . ego cum una legione cervicibus publicis depuli* hist. I 16), *T. Vinius legatus eius in Hispania*, ut Suetonius ait (vita Galbae 14), ὁ τοῦ στρατιωτικοῦ (?) τάγματος ἡγεμὼν secundum Plutarchum (vita Galbae 4), sextam legionem videtur rexisse, decima vero, ut infra dicetur, tunc pro tempore ex Hispania amandata fuisse. Postea una cum prima adiutrice, ut videbimus, sexta Vespasianum secuta est (Tacitus hist. III 44 cf. II 86), qui ambas in Germaniam inferiorem misit (Tacitus hist. IV 68); unde sexta sub Traiano in Pannoniam, sub Hadriano in Britanniam pervenit. In tegulis aliquot legionis sextae Germanicis comparent nomina militum Hispana Reburrus et Adronus (Brambach n. 224 e 4 et *Bonner Jahrb.* LXXXII 1887 p. 20). In Hispania legione sexta militaverunt tribuni Pompeius Faventinus, postea flamen provinciae citerioris Asturicae (n. 2637), et T. Pompeius Albinus Viennensis, postea sub procuratore provinciae Lusitaniae (vol. XII 2327); fortasse etiam M. Cornelius Novatus Baebius Bassus, *tribunus leg(ionis) VI victricis) piae fidelis* aetate Traiani, flamen provinciae Baeticae secundum titulum Igabrensem (n. 1614). Praeterea militum aliquot tituli testes sunt legionis in Hispania agentis (n. 490 491 1442 2374 2465 2983). Nec Tarracone nec Carthagine titulus eius ullus prodiit; videtur illa cum decima saeculo primo castra habuisse in dioecesi Asturiae et Gallaeciae, fortasse prope oppidum Asturicam ipsam. Caesaraugustae vexillationem eius aliquando fuisse nummi videntur indicare.

Legio X gemina Cum quintae etiam nomen decimae legionis, et ipsius Caesarianae veteris et notissimae, comparet in nummis Emeritae et Cordubae, cum quartae et sextae in Caesaraugustanis. Videtur illa in Hispania tetendisse per saeculi primi partem maiorem. Nam a. 69 Cluvius Rufus, qui tum provinciam citeriorem rexit, ut metus in Africa ortos sedaret, *decimam legionem propinquare litori ut transmissurus iussit* teste Tacito (hist. II 58). Itaque si a. 66 sexta sola in Hispania fuit, ut modo vidimus, decima a Nerone fortasse inde amandata esse putanda erit, exclusa in quam provinciam, sed paullo postea rediisse. Etiam Plinius minor in panegyrico cum Traianum diceret nondum imperatorem ex Hispania et Germania *per hoc omne spatium legiones* duxisse (c. 14), Vespasiani aetate iam plus unam ibi fuisse legionem videtur aliquo modo indicare. A Vespasiano deinde in Germaniam missam esse decimam legionem neque postea denuo rediisse in Hispaniam certum est. Q. Atatinus Modestus tituli Aveiensis tribunus eius erat *in Hispania* (vol. IX 3610). Gemina unde et quando primum dicta sit ignoramus, nisi forte ex legionibus duabus decimis Augusti et Antonii una facta est; quod idem accidisse creditur legionibus XIII et XIV geminis. In titulis antiquioribus cognomen deest, ut expectaveris. Antequam ulterioris provinciae pars senatui tradita est, Cordubae fortasse in castris fuit cum quinta. Unde non mirabimur in ulterioris colonia Tucci militem eius abiisse (n. 1691), alium militem aetate Neronis defunctum Aquileiae oriundum fuisse ex Italico oppido (vol. V 932). Alius eius miles origine Hispalensis sepultus est in Gallaecia (n. 2545), origine Cremonensis alius in Asturia (n. 2631). Tarracone unius tantum militum eius titulus sepulcralis repertus est (n. 4176). In dioecesi Asturiae et Gallaeciae cum sexta decimam castra habuisse, quod probabile est, titulis illis vix demonstratur; neque magis vexillationem eius fuisse Tarracone, antequam in Germaniam dimissa est.

Legio I adiutrix Galba postquam sextae legionis auctoritate princeps factus est, ut supra vidimus, duas legiones novas ex Hispania conscripsit, primam adiutricem et septimam (v. Taciti hist. II 11 et III 65 Dio LV 24). Primam secum in Italiam duxit, ubi mox Othonem secuta est. Quo defuncto a Vitellio in Hispaniam remissa effecit, ut etiam sexta et decima tum solae ibi tendentes Vespasiani causam amplecterentur (v. Taciti hist. II 86 III 44). Sed prima adiutrix iam a. 70 in Germaniam translata (hist. V 19) nunquam in Hispaniam rediit. Unde paucissima ibi eius vestigia supersunt. M. Fabius Turpio Sentinatianus, notus ex titulis tribus in Baetica repertis (n. 1081. 1176. 1267), primum pilum eius duxit, dum in Hispania moratur, eodemque videntur referendi tituli aliquot antiquiores ad milites eius spectantes (n. 4117. 4463. 4510. 4541. 6145 = 4509).

Legio VII gemina Altera legionum duarum, quas Galba in Hispania scripsit, septima gemina erat (v. Taciti hist. II 11 III 25 Dio LV 24): unde eam Tacitus interdum legionem Galbianam dixit (hist. II 86 III 7. 10), scilicet ut distingueret ab altera septima Claudiana. Dies eius natalis fuit ante d. III idus Iunias a. 68; eo enim die a. 163 natales aquilae eius celebratas esse testatur titulus in castris eius repertus (n. 2553). Gemina cur dicta sit ignoramus, ut in decima; ubi vide quae adnotavimus. Inde a Vespasiano ob eventum aliquem prosperum, sed nobis ignotum, alterum accessit cognomen felicis. Geminae felicis cognomina inde a Traiano ambo gerebat aut coniuncta aut alterum utrum. Ab Antonino Severi filio pia felix et praeterea Antoniniana dicta est secundum eius aetatis usum; a successoribus cognominibus honorificis similibus ex eorum nominibus derivatis ornabatur.

Postquam per breve temporis spatium in Pannonia fuit, iam a. 70 in Hispaniam rediit (v. Taciti hist. IV 39) ibique usque ad ultima paene imperii tempora mansit; ut demonstrant monumenta quae servata sunt a Vespasiani ad Diocletiani aetatem satis multa. In columella quae exhibet indicem legionum secundum provincias, in quibus agebant, saeculo altero dispositum (vol. VI 3492), VII gemina ordinem geographicum claudit. Etiam post Diocletianum ibi manebat; notitia enim dignitatum habet *in provincia Callaecia praefectum legionis septimae geminae Legione* (Occ. XLII 26) atque inter legiones comitatenses numerantur *septimani seniores in Hispania* (Occ. V 79 = 228 VII 132). Raro extra Hispaniam aut integra videtur militasse aut ex parte. Hadriano imperante in Germania eam fuisse indicat titulus urbanus T. Staberii Secundi *tribuni militum leg(ionis) VII geminae felicis in Germania* (vol. VI 3588). Eodem imperante in Britannia militavit vexillatio eius; nam T. Pontius Sabinus in titulo Ferentinate (vol. X 5829) dicitur *praepositus vexillationibus milliariis tribus expeditione Britannica leg(ionis) VII gemin(ae), VIII Augustae), XXII primigeniae)*. Octava et vigesima secunda cum in Germania fuerint saeculo altero, etiam septimam adhuc ibidem fuisse probabile est. Neque vero idem demonstrat de saeculo tertio ara a centurione *leg(ionis) VII g(eminae) p(iae) f(elicis) Alexandrianae* posita Aquis Mattiacis (Brambach n. 47). Paullo postea in Hispaniam videtur regressa esse.

Inter militum et veteranorum eius titulos, quos enumerant indices (p. 1121), circiter octoginta patria militum indicata est in duodeviginti antiquioribus. Duodecim eorum ex Hispania citeriore oriundi sunt (n. 2641. 2889. 4144. 4157. 4163. 4164. 4179. 4463; vol. V 920; VIII 3226. 3245. 3268), ex Lusitania (n. 2125) et Baetica (n. 4154) singuli; reliqui sex a Gallia Narbonensi (n. 4161. 4171. 4173; vol. V 926), unde etiam saeculo altero milites eius delectos esse indicant tituli urbanus (VI 768) Fulginas (XI 5215) Dacicus (III 1180).

Quo Hispaniae loco Galba aquilam legioni novae dederit traditum non est. Tarracone in titulis circiter quadraginta, quorum non nulli ad saeculum primum referendi sunt (n. 4143. 4151. 4155.

4157. 4161), nominantur legionis septimae tribuni et principales, veluti beneficiarii frumentarii cornicularii commentarienses speculatores equites singulares, quos ad officium legati pertinuisse scimus; centuriones vero et gregarii pauci. Tegulae legionis nullae ibi repertae sunt. Quod Florus dixit Tarraconem Caesaris vexillo partaro (loco p. 538 indicato), vexillationem eius fortasse indicat ibi fuisse collocatam in munimentis oppidi vetusti magnificis, castello turribus muris.

Castra vero legionis inde a Vespasiani certe aetate, qui viam primus stravit et pontes fecit a Bracara Asturicam (v. n. 2477 et p. 552 ss.), ibi fuerunt, ubi antiquitus iam duae illae legiones stativa habuerant legato dioecesis Asturiae et Gallaeciae subditae, scilicet in Asturiae loco illo, qui a legione nomen duxit hodieque servat (v. p. 369). Antiquissima legionis memoria, quae in castris ipsis reperta est, ad Nervam pertinet (n. 5674 = 2662 et 2665); saeculi secundi et tertii sunt legatorum eius monumenta complura (n. 2660. 2661. 2663. 2654. 5083. 5679); legatus provinciae Asturiae et Gallaeciae idem dux est legionis septimae (n. 2634). Militum eius tituli Legionenses saeculi tertii sunt plerique (n. 2668. 2659). Legionariorum praeterea per Asturiam et Gallaeciam sparsae sunt memoriae, veluti Asturicae (n. 2644), in Luco Augusti (n. 2583), Bracarae (n. 2389. 2425), Larae (n. 2852. 2853), Tritii (n. 2867).

Vexillationes eius Emporiis (n. 6185) et Dianii (n. 5587. 3588) in ora maritima in castris fuerunt; praeterea Gallaeciae loco quodam, ubi antiquitus legiones tetendisse vidimus, qui a castris nomen et ipse duxit (*San Cristobal de Castro* p. 355). Quod tituli in castris illis reperti ad annos pertinent 163 ad 184, in quos annos incidit L. Veri expeditio Parthica, fuerunt qui inde legionem ipsam in orientem evocatam, vexillationem tantum in Hispania mansisse concluderent; vix probabiliter. A castris potius Legionensibus vexillatio illa in Gallaeciam missa videtur esse pro tempore, cum legio ipsa ad compescendos motus in alia paeninsulae parte ortos abesset.

Supra vidimus Baeticam aliquando a senatus dispositione ad imperatorem rediisse propter incursiones Maurorum saeculo secundo obortas annis circiter 172 ad 175. Videtur tum maior legionis pars Italicae in castris collocata fuisse, ut tituli aliquot (n. 1126—1128) indicant, certo vero demonstrant tegulae legionis praeter Legionem ibi solum repertae (n. 1125. 6252 s), unius tantum ut videntur aetatis omnes. Quod procurator provinciarum duarum vicinarum, in quibus milites erant, Lusitaniae et Mauretaniae Tingitanae, *provinciam paci pristinae restituit*, ut est in titulo ei posito Italicae (n. 1120), et municipia aliquot Baeticae *diutina obsidione et bello Maurorum liberavit* (n. 2025), inde commode explicatur. Etiam quae referuntur in titulo Ti. Claudii Candidi Tarraconensi (n. 4114), legati provinciae citerioris *et in ea duci terra marique adversus rebelles h(ostes) p(opuli) R(omani)*, nisi spectant ad Albini motum, fortasse de bello Maurorum illo in citeriorem provinciam ex ulteriore extenso intelleganda sunt. Statuae Q. Cornelio Senecioni Anniano, legato legionis septimae et sacerdoti Herculis sive Carteiae sive Gadibus (n. 1929), item P. Cornelio Anullino consuli a. 199, origine Iliberritano, in Baetica positae esse possunt alias ob causas.

Exercitus Hispanus

Itaque ab Augusto ad Vespasianum octo deinceps in Hispania legiones tetendisse certum est, vetustiores primam, secundam, quartam, quintam, sextam, decimam, recentiores duas primam adiutricem et septimam. E quibus prima et quinta iam Augusto ipso imperante cessaverunt; secunda sub Tiberio, quarta sub Claudio in Germaniam mandata est, cum provincia interim magis magisque pacaretur. Remanserunt duae sexta et decima, quarum haec et ipsa per breve temporis spatium ex Hispania decessit. Quibus vero locis legiones illae castra habuerint certo definiri nequit, si unam exceperis quartam Macedonicam prope Iuliobrigam collocatam, ut vidimus. Certum est Carthaginem usque fere ad aetatem Augusti ineuntem praesidio non caruisse; ut indicant vexillum et signa duo in nummis eius sub Augusto cusis, nomine tamen legionis adscripto nullo. Similiter in nummis Augusti Ilicitanis nomen legionis adscriptum nullum, sed aquila, vexillum, signa duo, in Italicensibus Germanici et Drusi Caesarum aquila et signa duo repraesentata testimonia sunt praesidiorum ibi aliquamdiu collocatorum. Contra aliarum coloniarum nummi Tarraconis, Celsae, Dertosae, Tucci ne signa quidem militaria habent; tamen aetate certe vetustiore ibi quoque milites in praesidio fuisse paene certum videtur. Saeculo primo idem de insulis Balearibus, de Asturica, de Bracara erit statuendum. E legionibus recentioribus primam adiutricem iam a. 70 ex Hispania amandatam esse neque unquam eo rediisse vidimus; quibus illa locis per breve temporis spatium in castris fuerit, prorsus incertum est. Restabat unica septima, cuius in paeninsula fata et castra modo persecuti sumus.

Alae et cohortes auxiliariorum

E gentibus mediterraneis et montanis iam Scipiones cohortes aliquot auxiliares scripsisse supra vidimus, atque homines permultos ex Hispania citeriore potissimum et Lusitania (ex Baetica nullos) inde ab Augusto in reliquis provinciis inter socios militasse notum est. Memorantur *auxiliares Hispan[ei]* in titulo satis vetusto prope Amiternum reperto (vol. IX 4603). In Hispania ipsa Neronis demum aetate milites socii memorantur apud Suetonium, qui Galbam dicit *e plebe provinciae legiones* (primam scilicet adiutricem et septimam geminam) *et auxilia* conscripsisse *super exercitum veterem legionis unius duarumque alarum et cohortium trium* (vita Galbae 10).

Ut inscriptiones docent atque probant, quae in notitia dignitatum extant testimonia, in Hispanis hi numeri auxiliariorum fuerunt.

Alae

Ala Augusta, cuius praefectus in decreto patronatus Cluniensi memoratur, de qua vide ibi adnotata (n. 5792).

Ala II Gallorum in titulo Aveiensi memorata, cuius supra iam mentio facta est (vol. IX 5640).

Ala II Flavia Hispanorum, quae cum legionis septimae vexillatione in castris fuit saeculo secundo in *San Cristobal de Castro* (n. 2554), etiam Asturicae memorata (n. 2637).

Ala Tauriorum victrix civium Romanorum miliaria fortasse ex Thracia tituli Calagurritani (n. 2984); nam populus aliunde ignotus est, eques in titulo nominatus natione Bessus fuit et heredes eius nomina habent Thracica.

Ala II Thracum tituli Caperensis (n. 842) fortasse non diversa ab *Ala Thracum Herculana* tituli Tarraconensis (n. 4239), siquidem haec fuit exercitus Hispanici; quod incertum est.

Cohortes

Cohors Asturum Callaeciae et Mauretaniae Tingitanae (n. 4211).

Cohors VI Asturum ex titulo Asturicensi solo nota (n. 2637).

Cohors Bracaraugustanorum Aur[ensis]? in titulo Tudensi Gallaeciae memorata (n. 5613).

Cohors VI Brittonum Bracarae aetate Traiani (n. 2424).

Cohortes I et III Celtiberorum saeculo secundo in *San Cristobal de Castro* (n. 2552 ubi *Baeticae* dicitur. 2553. 2555 cf. 4141); secunda nondum comparuit, prima a. 105 in Britannia fuit; notitia *tribunum cohortis Celtiberae Brigantiae, nunc Iuliobrigae* collocat.

Cohors secunda Flavia Pacatiana, cuius praefectus secundum notitiam saeculo tertio Petavonio in Gallaecia agebat.

Cohors I Gallaecorum in Gallaecia (n. 2553. 2555. 2556 cf. 2913).

Cohors I Gallica civium Romanorum (n. 3851); saeculo tertio Timesitheus pater Tranquillinae Gordiani *praefectus cohortis primae Gallicae in Hispania* fuit (Henzen 5530). *Tribunum cohortis primae Gallicae* notitia *Veleiae* in Asturia ponit.

Cohors II Gallica cum *I* aetate Diocletiani in Hispania fuit, ut testatur notitia dignitatum; in titulis nondum comparuit.

Cohors III Gallorum memoratur in titulis Visacensi (n. 403), Italicensi (n. 1127), Hispalensi (n. 1180).

Cohors III Lucensis in Luco Augusti (n. 2584 cf. 4132); etiam in notitia *cohors Lucensis Luco* collocatur.

Hae sunt alae et cohortes, quas exercitus Hispanici fuisse usque fere ad saeculum tertium extremum testimonia satis certa demonstrant; aliquanto plures fuisse probabile est. Propter bellum Maurorum, de quo supra dictum est, et ipsae pro tempore a provincia decesserunt; ut docuerunt tituli T. Varii Clementis Celeienses,

in quibus ille dicitur *praefectus auxiliariorum in Mauretaniam Tingitanam ex Hispania missorum* (vol. III 5211—5215).

Militia provincialis Praefectus orae maritimae Hispaniae citerioris, cuius supra mentio facta est, Tarracone militiam videtur rexisse provincialem *cohortis primae et secundae tironum* sive *cohortis novae tironum* sive *cohortis primae et secundae maritimae*; fortasse etiam *cohortis pilatorum* (v. Indices p. 1124). Similes apparet fuisse *cohortem maritimam* Cordubae (n. 2224) atque *Serviam iuvenalem* Castulone (n. 3272), nisi haec potius municipalis fuit, fortasse etiam *XXV* [*vol*]*untariam* Tarracone (n. 4258), nisi haec potius ad exercitum imperii pertinebat.

Militiae municipalis, cuius meminit lex Ursonensis (v. Indices p. 1124), praeterea nulla superest memoria.

Exercitus Hispaniensis aetatis post Diocletianum De exercitu, qui post Diocletianum sub dispositione magistri equitum *intra Hispanias cum viro spectabili comite* fuit, notitia dignitatum occidentis (VII 118—134 *Seeck*) sola testimonia servavit; in inscriptionibus cum numerorum illorum nullius memoria adhuc prodierit (cf. titulus Carthaginiensis a. 589 n. 3420), hic eos enumerare omitto.

Quae in eadem notitia *praepositurae magistri militum praesentalis a parte peditum* in Hispania *in provincia Callaecia* et *in provincia Tarraconensi* enumerantur non omnes, ut videntur, cum ad aetatem Diocletiano anteriorem spectent, supra cum exercitus antiquioris numeris iam attulimus.

Concilia provinciae De conciliis trium provinciarum deque legatis et flaminibus cum accuratius agi non possit nisi comparatis eis, quae de simili provinciarum Africae et Galliae condicione tradita sunt, sufficiat hic relegare ad ea, quae de concilio Tarraconensi dicta sunt supra (p. 540), de Cordubensi (p. 397), de Emeritensi (p. 52) quaeque post alios comprehendit Marquardtii enchiridion (I² p. 258).

Conventus iuridici De singularum provinciarum conventibus cum in universum ex Plinii testimoniis constet, quae ad Augusti commentarios redire iam intelleximus, de singulorum conventuum finibus quaestio perdifficilis absolvi nequit nisi divisione ecclesiastica aevi christiani comparata. Indicati sunt conventus Lusitani supra p. 781, Baetici p. 121. 831, Tarraconenses p. 331.

Coloniae De oppidis eorumque iure vario cum Plinii testimonia habeamus ex Augusti commentariis desumpta, municipiorum quidem et oppidorum stipendiariorum vicorum pagorumque minorum pars tantum certo definiri potest; nam similiter atque Strabo (III 3, 7) et Martialis (IV 55, 9) Plinius quoque nomina multa omisit propter appellationes barbaras et Latino sermone dictu difficiles (III § 7. 28 IV § 117), numeros unius cuiusque classis adscribere contentus. Solae coloniae satis notae sunt, cumque alibi nondum eas enumeraverimus plene, hic breviter componere visum est.

Coloniae provinciae citerioris Atque provinciae citerioris Plinius duodecim colonias fuisse testatur; quarum aetate liberae rei publicae condita est una:

1. Valentia a D. Iunio Bruto deducta (v. p. 519).

   A Caesare nomen et ius coloniae acceperunt oppida quattuor:

2. Carthago, *colonia victrix Iulia nova Carthago* (v. p. 462).
3. Tarraco, *colonia Iulia victrix triumphalis* (v. p. 538).
4. Celsa, *colonia Iulia victrix* (v. p. 409).
5. Acci, *colonia Iulia gemella* (v. p. 458).

   Augustum colonias in Hispanias deduxisse militares tantum ex indice rerum ab ipso gestarum videtur consequens esse, cum ibi diceret *colonias in ... utraque Hispania ... militum deduxi* (monum. Ancyr. 5, 35 Lat. = 15, 18 Graec.). Atque militares sine dubio fuerunt in citeriore Caesaraugusta et fortasse Libisosa et Salaria, in Lusitania Emerita, in ulteriore fortasse Astigi et Tucci. Quae restant coloniae citerioris Ilici Barcino Dertosa Iuliae Augustae dictae et ipsae militares fuisse possunt. Adscribendae autem sunt Augusto ex Plinii indice coloniae citerioris sex:

6. Ilici, *colonia Iulia Augusta* (v. p. 479).
7. Barcino, *colonia Faventia Iulia Augusta Pia* (p. 599).
8. Saldaba, postea *colonia* (*immunis*) *Caesaraugusta* (v. p. 406).
9. Libisosa, *colonia Forum Augustum* (v. p. 434).
10. Salaria *colonia* fortasse a salinis dicta (v. p. 488. 710).
11. Dertosa, olim *municipium Hibera Iulia Ilercavonia*, postea *colonia Iulia Augusta*, si recte conieci (v. p. 535). Nam de Bilbili cogitari non posse certum videtur (v. p. 410. 941).

    His per Vespasianum adiecta est

12. Flaviobriga ad portum Amanum sita (n. 5752).

    Denique ab Hadriano

13. Clunia [Sulpicia] demum coloniae dignitatem accepit, non a Galba, cui cognomen tantum debuit (v. p. 382), similiter atque fortasse Anticaria (v. p. 276).

Provinciae Lusitaniae quinque fuerunt coloniae, liberae rei publicae temporibus condita una *Coloniae Lusitaniae*

1. Metellinum (v. p. 72) a Metello illo, cuius *castra* quoque *Caecilia* in regionibus illis memoriam servaverunt (v. vol. IX 3907 cf. 4503). Qui in titulo in Alba Fucenti reperto indicantur *milites Africani Caeciliani* (vol. IX 3907), ad castra eius nominis Africana potius videntur referendi esse.

   A Caesare coloniae ius habuerunt oppida tria:

2. *Colonia Pax Iulia* (v. p. 8).
3. Norba, *colonia Caesarina* (v. p. 81. 825).
4. Scallabis, *colonia Praesidium Iulium* (v. p. 35).

   Ab Augusto una tantum ibi condita est

5. *Colonia Augusta Emerita* (v. p. 52. 820).

Baeticae Plinius colonias novem tribuit, quarum aetate liberae rei publicae originem ceperunt tres

1. Corduba, *colonia Patricia* (v. p. 306).
2. Hasta Regia (v. p. 175. 699. 843).
3. Carteia, colonia iuris Latini (v. p. 242; nam de Munda cogitari non posse exposui p. 847).

   A Caesare coloniae ius acceperunt oppida Baeticae quattuor

4. Urso, *colonia* (*immunis*) *Iulia Genetiva Urbanorum* (v. p. 191. 851).
5. Itucci, *colonia* (*immunis*) *Virtus Iulia* (v. p. 243).
6. Ucubi, *colonia* (*immunis*) *Claritas Iulia* (v. p. 210).
7. Hispalis, *colonia Iulia Romula* (v. p. 152).

   Ab Augusto duo

8. Astigi, *colonia Augusta firma* (p. 201).
9. Tucci, *colonia* (*immunis*) *Augusta gemella* (v. p. 221).

   His accessit ultima aetate Hadriani

10. Italica, *colonia Aelia Augusta* (v. p. 148 et vol. XII 1856).

Atque haec quidem de coloniis sufficient.

Singulorum oppidorum Hispanorum cives Romani quibus tribubus adscripti fuerint, quaesivit Kubitschek (v. Indices p. 1134 s.).

Quae praeterea addi possunt de reliquis oppidis atque de administratione provinciarum universa, de vectigalibus, portoriis, metallis et quae sunt similia, quamquam inscriptionibus quibusdam illustrentur, tamen huius argumenti fines excedunt.

INDEX AVCTORVM

Indicantur paginae tam praefationis quam totius operis, ubi schedae et libri adhibiti accurate describuntur; uncis includuntur loci quibus breviter memorantur.

* Asterisco notantur a me non visa.

Academias et societates quaere sub his vocabulis.

Schedarum et librorum permultorum, quos frustra titulorum causa evolvi, paucos tantum in hoc indice commemoravi, ne frustra denuo inspicerentur.

INSCRIPTIONES
FALSAE VEL ALIENAE

Ad n. 6* Thomasin. de donar. cap. 5 auctore non indicato s. l. (inde Mur. 1507, 6).

17* Addenda est Eborensis Resendiana n. 116, v. supra p. 805.

35* V. da Silva Araujo boletim architectonico II 1870 p. 180 n. sine suspicione.

40* Guillaume Choul *Des Antiquites Romaines Premier livre* (Cod. ms. membran. foliorum 80 Augustae Taurinorum in bibliotheca regia) f. 48 v. cum inscriptione '*ung testament militaire de Iucundus trouve na pas long Temps en portugal*'. Enotavit Bormannus; textus quaedam habet a reliquis omissa (veluti in. *ego gallus favonius iocundus p. favonii f.* et *iocundum et prudentem* [sic] *filios e me et quintia fabia coniuge mea ortos*); ut exemplum inter antiquissima numerandum videatur.

70* Antiquus in libro Filonard. f. 79—78'; v. infra n. 6*. 7*.

146* Habent etiam ex Antiquo Lollius Mod. p. 98 et Bellonus cod. Marc. XIV 109 f. 30'.

170* Statuam repertam tum, cum titulus fingebatur a Condio, nam vero servatam in museo marchionum *de Casa-Loring, en la hacienda de la Concepcion* prope Malacam, re vera saeculo vel quod excedit esse antiquiorem observavit Emmanuel Oliver *boletin de la Acad.* II 1880—83 p. 154.

218* Barros Sivelo *Galicia* p. 170.

278* Exemplum novicium in tabella ex lapide scissili (alta m. 0.02, lata 0.033) servatur Oveti in museo, dono Iohannis Fernandez Llana. Vigil *Asturias* p. 204 tab. k XXI n. 53.

360* *Villenas* oppidum *Bitilles* olim appellatum esse, quod docent relationes geographicae factae aetate Philippi II regis, adnotat Guerra.

363* Ex Antiquo habet etiam Alciatus Fenc f. 70'.

370* Habet etiam codex Olivae f. 70' (600) s. l.: 'apud maiorem insulam [Balearum] Hispaniae' ponit Raphael Volaterranus comment. urban. lib. XIX f. CCLXX v.

373* A. 1768 descripsit Henricus Palos y Navarro, qui Ibericam esse putabat, sed Iudaei potius titulum sepulcralem Hebraicum esse observat Guerra (in epist. a. 1870 ad me data), qui exemplum Henrici Palos servat.

383* Habet etiam Lollius Mod. p. 45.

393* S. l. 'in pyramide quadrato marmore structa incisaque esse verba huius modi reperio' Antiquissimus l. c. Ferrarinus Reg. f. 16'. Par. 108 Traiect. f. 103' Panett. f. 47; Marcanova Mut. f. 76 v.; Choler f. 106 (300)'' Scand. ms. Neap.; Nic. Paciaudi recordationes l. XV cod. Ambros. A 105 inf.

443* Habet etiam Aldus iun. cod. Vat. 5253 p. 305 et 123.

448 Panvinius Vatic. 6036 f. 35, fast. ad a. 1043 (ind. Grut. 190, 4) in Capitolio'. Cf. vol. VI n. 1184.

464* 465* Defendit Guerra *boletin de la Acad.* I 1877—79 p. 436, cuius consilio titulos iussu eorum, qui in provincia Concensi rebus antiquis conservandis praesunt, summa diligentia investigavit Blasius Valera y Castell; vide eius *memoria de las exploraciones hechas por algunos pueblos de esta provincia* [de Cuenca] *en busca de dos miliarios romanos* (Cuenca 1888, 10 pp., 4.) et eiusdem dissertationem *miliarios romanos de Villarejo de Fuentes y Alconchel bol. de la Acad.* XV 1889 p. 174 ss. Sed frustra; affirmaverunt quidem accolae miliariorum alterum adhuc extitisse ante hos decem annos in Villarejo de Fuentes *en la entrada de la casa de D. Jesús Mateos*, eo delatum *desde el Vado de las Guijos*, ut testabatur Philippus Plaza — neque nego ibi extitisse miliarium aliquod, sed nego nomina Mundae Certimae Sigilae fluvii in eo unquam extitisse —, alterius vero nemo meminit.

473* EX OFICINA FRANCIAE Aurelianus Guerra apud Barrantes *barros Emeritenses* p. 10 legendam putat EX OF AFRANII, non sine probabilitate.

480*. 481* = 5363. 5364.

492* Rep. m. Maio a. 1639 *junto ao Cabo de S. Vicente, uma sepultura com o seguinte epitaphio*

hic est posthumius rufus qui militans sub praelio caii pompilii | periit in bello lusitanorum caius cornelius carissimus eius | ob familiaritatem sibi coniunctam hanc sarcophago memoriam imposuit | sit tibi terra levis

et in sepulcro uma caixa de pau preto, a qual tinha dentro uma chapa com este letreiro:

cum sol libaverit ossa mea, tunc appropinquabit laetitia Lusitanorum, september autem viderit ingressus

Gregorio de Almeida *restauração de Portugal prodigiosa* (Olisipone 1646 4.) p. 199. Inde misit Estacio da Veiga, qui damnavit utpote ab ipso scriptore fictam ad exemplum titulorum Resendianorum, addens frustra se quaesivisse in situ reliquias sepulcri.

493* *Alcuzaões* prope Olisiponem, in sepulcro detecto a. 1820, sarcophagus lapideus, cui inscriptum erat

D · M · S · M · MINATI · SABINI · PB · Q ·

Raoul-Rochette *troisième mémoire sur les antiquités chrétiennes des catacombes (mémoires de l'institut, académie des inscriptions et belles-lettres* vol. XIII. 1838 p. 619, cui misit vicecomes de Santarem dominus loci, affirmans, in sarcophago fuisse praeterea arcam plumbeam cum cineribus pueri bullamque eius pueri, filii fortasse defuncti, auream imagine Octaviae M. Antonii ornatam. M. Minatius Sabinus legatus Cn. Magni, filii Cn. Pompei, notus est ex nummis (Eckhel D.N. V p. 251. 281, Mommsen röm. *Münzw.* p. 651) inscriptis ita CN·MAGNVS IMP·F et M·MINAT·SABIN·PR·Q.

Quamquam qui de titulo rettulit homo inter cives suos primarius atque fide omnino dignus erat quaeque de sepulcro et sarcophago referuntur suspicionem movent nullam, tamen titulus cum nummi paene consentiens pro genuino haberi omnino non potest. Iam D·M·S formula recentior coniuncta cum titulo nummi admittenda non est.

Qui scripta academiae Parisinae in usum Corporis excerpsit, titulum hunc enotare omisit. Scriptorum Portugalliensium nullus eum videtur novisse.

494* *Verride* prope Conimbrigam, *cravada na parede da igreja.*

o aem. | eq. qu. abb. ius | in mattai | dic | veride | ex hoc subi. loc | iugul | per virg grat | vid. rediv | s. t. t. l.

Antonius Ludovicus de Sousa Henriques *Secco memoria* cet. *de Coimbra* IV, supra p. 45] p. 140.
Omisi olim titulum inepte fictum, ut nomen loci novicium illustraretur. Addo hic, ne ab ignorantibus ignorantiae arguar.

494 a* *Maña la vieja, en los muros.*

. . . . APOLINI · S
IVLIVS · C · LONGINVS
EGITAN · EX VOT

Leal p. 45 (inde Flores XIV 148, Masdeu V 4, 6).
Excidit casu, cum titulos falsos reliquos ab eodem prolatos ederem (n. 55*—68*).

495* Tarracone aut. *Cerca de San Vicente, pueblo de Extremadura* aut.

c. man. c. man. f. interna plotoni tri|corpori. uxori cari. pro-|serpinae. tricipitique cer|bero. munus. mecam | ferens. damna|tam. dedo. animam | vivamqaz hoc ae condo monimento ne obratis domos la|psa filiis sex quos p. scipio patriis camer|tibus a sale ex libia incolumes restitue|rat in desolata orbitate superstim misera | vixi ann. lvi. m. i. d. v. hor. seit nemo vale vita.

Agilelus f. 28 v.; Masdeu XIX p. 554, 8167.

496* Ad sextum lap. a Caparra sax. 304. In oppido S. Bartholomaei in provincia Aeonnium sax. 464'.

d. m. c. vocuntisa. matri opt. et antiqnae. pudicitiae. mulieri

Filon. f. 79. San. bis f. 304. 464'.

497* Inter titulos pagi Morgusae.

d. m. | ant. laxius. sabinus. h. s. e. cineres. sinito. ledere. maternos. oro. iis. moveor. viximas. enim vitam. innocui. haec. | gn. pompeii. f. sequta. quem. alaerat. ego. et sex. et gn. et meliores patris fovi

Filon. f. 79—79'. Sanat. f. 304'.

498* Ibidem (in oppido S. Bartholomaei) sax. Inter titulos pagi Margusae ru..

m. aarelius ant. pius aug. | siqais. superiorum. imperatorum. monumenta. dolo. | malo. sive quo. quo modo. fregerit. suove loco. moverit. | vos. conss. proconss. praetrr. propraetrr. qaestoresq. | parrici. hunc capite. plectitota. Si miles. si ingenuus. si servas. si plebeias. craci. damnatote.

Filon. f. 79'. San. f. 304'.
5. plectile, ingenius San.

499* Pone pagum Morgusae in rui.

imp. caesari. m. aurelio. aug. brit. max. part. max. garm. | max. patri. militam. qui provinciam hisp. gravitate. | amplitudineq. ro. in. antiqam. vivendi ritam. vitia. | coercendo. reduxit. opt. indulgentiss. q. principi.

Filon. f. 80. San. f. 255.

500* *Hispali (Sevilla)* '*zwei Säulen mit Statuen auf dem Brunnenplatz*'.

senatus popalusque hispalis | fuadatori hispalen. arbis

Erich Lassota de Steblau descripsit d. 8 m. Octbr. a. 1583 (*Tagebuch* ed. R. Schottin, Halle 1866, p. 85); inde edidi *Arch. Zeitung* N. F. XXVI (1868) p. 110.
Novicio; recepi inter suspectos ne quem deciperet.

501* *Sanlucar la Mayor.*

a ,ii man mand. l....... .. .. | s. stal. seream pon ...... | crispini f. aelian. iivir sing .... | adept. he... area co .... | or flame..... t. labra iiii.... | prov. ulter. hisp. luco .... | ...n... us p. d. nero .. aug | ....mpliss. ordo .... ..

b d ... | .. l. s. l ... | ... l. f... | ..edo...

Ioh. Matthias Gallegos *tratado de las antiguedades ... de San Lucar* etc. ms. a. 1741. Cf. n. 117*. 119*. 128*.

502* Carmona, *letreros que estaban en doce piedras a. 1845, se hallaron en la obra de la casa del Sr. Satilio, y otras de Carmona.*

a q statilio | apt | d r p | merit

b imp cofisar aug | div fil | d d

c d m s | p volumn p f m n qair | senec | h. s. a. s. t. t. l ba | r. p. v. n. c. f | locum sepultur et stat decrevit | volamnia ruspil iiii vir | honara asa | impensam remisit

d a. iov. p | q. fann. q. f. q. n. tuber | iiii vir. r. p. c | a. v

e d. m. s | crispul | dian. sac | ann. xvii | cara in suis | h. s. e. s. t. t. l

f fatis | t lacret t f karus q et | apol sac | d | d d

g res pub | v. nob | karmo f | xxii

h imp. caes | l septim sever pi pert | aug arab adiab part | max fil | m. aurel antonino | aug trib pot vii | .... | .... carmon | d d

i d. m. s | c. fonteias c. f | calp. nothus aug | iiii vir. iace aug | h. s. e | sitv tibi terra leia


k dian. a | man. fufet. quir | macer | pont. perp | l. a. v. a

l d caisari | aug vespas | censori | resp carmon | devota memia maiestq ei | d d | c cilnius bardus dedic

m hostilian caes prine invent

E schedis bibliothecae Columbinae Hispalensis B[m] 448-30 descriptas vidi a. 1881 apud ducem de Tserclaes Hispali. Videntur fictae esse a Candido Maria Trigueros, ut n. 129*—134*.


503*. 504* Iliberri, *en el gabinete de D. Juan de Flores.*



Velazquez schedae Matrit. 55 Est. 25, 74

ibidem, in aversa parte

supra: / infra.



Velazquez schedae Matrit. 55, Est. 25, 74 'ex imagine aeri incisa Iohannis Flores (Marin delin., Rivera sculp.).
Exhibui exempla haec titulorum Ibero-Latinorum, quales saecula proximo Iliberri, hoc saeculo in colli sanctorum prope Teccia dicantur reperti esse.

505* *Iriae Flaviae.*

Neroni et Caes | Aug pont max | ob provinciam latronibus | et is qai novam generis humani | superstitionem inculcarunt | pargatam

Barros Sivelo p. 188 ex Pedro de Valdes y Novoa, *descr. y antiguedades de la ciudad de Iria*, ms. *en la bibl. del Consulado de la Coruña*, pro genuina.

506* *Existia en una pared de la iglesia de Soandres, cerca de la Coruña, que aunque picada se conocen aun sus caracteres*

IOM
IISAKVLI
IONICO

Barros Sivelo *Galicia* p. 265.
Titulum exstare credemus auctori fide omnino digno, continere vero titulum eo verbo, quae legere sibi visus est, non credemus.

507* *En la iglesia de Requeja* (Iria).

imp. cae divi f. aug. pont. max. terra mariq. | victore illa flavenses petente ordine et populo | irie pontem lapideum fec in honore divi aug et | domus divae isidis ex iis celvi circensibus ladis | egiptiorum d. d.

Barros Sivelo p. 186 ex Pedro Boan de Termes y Araujo pro genuina

508* Rep. 1750 *entre las ruinas de un edificio romano en el lugar de Fano, Asturias.*

INP TRAIAN CAE
0 AVG TRIP P P COS VI 0 C

Martinez Marina t. 9°, *legajo Gijon (Ac. de la Hist.)*. Inde Cean p. 100; Rendeim Llanos p. 23, Vigil *Asturias* p. 570 sine suspicione.

509* *Iglesia de San Jorge de Heres, á media legua de Luanco, en el portico, ara* alta c. m. 0.00, lata 0.01.

A GALLIE | ASTVRIA | III PON... | . . . . . . | . . . . . | . . . . . . | A·G

a latere utroque luna; a parte postica sol

Vigil *Asturias* p. 580 tab. V 4 n. 2 e schedis Caroli Gonzalez de Posada, canonici Tarraconensis, unde habuit Martinez Marina *diccionario* t. 0 *legajo Gozon*.

510* *Gijon*.

OCT CAES AVG IMP OPT Q MAX | GIX · CAP | SEX · APV | C · 0 · A

Vigil *Asturias* p. 577 tab. V V, e Martinez Marina t. 0 *legajo Gijon* et Menendez Valdes *Gijon antigua y moderna*.

511* *Arriaola*, rep. a. 1787, tabula marmorea, alta m. 0.00, lata 0 00, litteris saeculi tertii similibus, non bonis, altis m. 0 03, lineae lacunae sunt in lapide. Servata est paene integra utrimque.

S · TVLAE · SVPER
REDITV
M · A · VIRIA
CARISTI
P

Descripsi ex ectypo et tabulis photographis a Guerra missis.

V. 2 REDITV Guerra, quod tamen in ectypis non video, ita autem esse potest videri propter lacunas et scissuras lapidis. V. 0 extr. † videtur excidisse. Lege

(sacrum) Tutelae super | reditu | M. A(ureli) Viria(ti) | Caristi | p(ositum).

Caristus nomen gentis redit n. 0740. 2892, ubi *Carisius* traditur non recte; Caristi memorantur in hac ipsa regione a Ptolemaeo II 6. 8 et 01 et creduntur iidem atque Plinii Carietes III § 00.

Cogitavi primum de exemplo novicio tituli vetusti propter litterarum formas minime bonas, P enim clausa est, M et X minus eleganter delineatae. Textum ipsum fictum non esse potest, quamquam loci eius incolae convicia inesse putaverunt in hominem aliquem ibi notum composita. Sed re accuratius perpensa non video cur de vetustate lapidis dubitetur.

Haec scripsi olim. Sed Fridericus Baraibar, quem de titulo consului, affirmavit novicium esse, scilicet fictum ab irrisoribus Mariani Amador, viri ibi noti, ex genuino n. 0010 et ex Phaedri fab. V 7 ita legendum *stulta superbia* | *videtur* | *M(ariani) A(matoris) viri u* | *Caristis*, P ultimam significare *(ex) Phaedro*. Exemplum ex lapide arenario multi constans potest novicium esse, textus, qui differt ab interpretatione in eum inlata, doctrinam virorum illius oppidi videtur longe superare. Tamen inter suspectos collocavi.

512* Caesaraugustae.

PORTA RO | MANA | QVI · FACI · | VNT ELA · | RES RECE | DANT

Garrucci *Venafro* p. 60 qui vidit.
Novicia.

513* Bilbilis.

Imp. caesar, aug. divi f. aug. | pont. max. cos. viii trib. pot | post bellum cantabr. | pro servit. et. gro. caes. | municip. augusta bilbilis apellavit ii vir p p h m p

Perez Nueros *Calatayud* f. 00 (inde la Fuente *hist. de Calatayud* I p. 50).

In colli dicto el *Cerro de los Santos* prope Yeclam inter signa varia, servata illa in museo archaeologico Matritensi, quaedam etiam sunt inscripta.

514* in statua togati, in ipsa toga infra collum inscriptum, litteris altis m. 0.000.

LLICNI NEE INCNI

515* in mithra signi mulieris mutili ex lapide, alti m 30, litteris altis m. 0,00.

ICN
VIN

516* in signo, quod unum duos cum globo exhibet, in plintho (longo m. 0.40)

ARGOS

517* in arula (alta m. 0.44), in qua flammis insidet phoenix avis,

in parte antica FENIX
IIIINPBA

in latere dextro ZOZO
NEOZ
ΦEY
ΔOΓA

in latere sinistro AXEN
OZ/ ·
TIZO

518* in horologio quod dicitur (alto m. 0 33).

OAΓΔ	0AY
EΛOZ	IZIAI
O N Φ	AΓO0
ΔΓΡΙL	NNA

Edidit et explicuit ut genuinum Eduardus Saavedra *el cuadrante solar de Yecla y los relojes de sol de la antigüedad* in *museo español de antigüedades* X 1880 p. 200 ss. cum tabulis. Doleo optimum amicum doctrinam qua pollet mathematicam et antiquariam frustra impendisse.

Minguez ita legit ἡ ἄγαν ὁ ἡ[λιακὸς] γ(ὁ) δὲ [ἀ]γγελ[ίων] β[ο]ῇ[ν] λ[αὸν]το γνωνα (?), i. e. *lo demonado brillante, dice el anuncio, vale para el pueblo la voz murmurante.*(?)

519* in statua togati, alta m. 0 00, in toga infra collum

OVAAINNN
ΠΡΥ·C

520* in plintho hippocampi parvi ex lapide, longi m. 0 40, alti 0.00

YNNOXAYKY

521* vasculum ex argilla, altum m. 0 09.

pars (flores?)
pilastro
entre *un* *cuatro*
lineas *planas* *lineas*
derechas

XVA UX9OV
NONAS BAATİE
ΦOZΨIIΩΛΔ

pars altera
(uno lato?)
similis

XUMX BOV
NONAS ΡΩATİE
ΦΘPZΨIIOAΔ

522* vasculum ex argilla, altum m 0,13, ornatum personis duobus viri et mulieris.

NONIZPA0 AIIION

Descripsi omnia, Ioh. de Deo de la Rada y Delgado *antigüedades del Cerro de los Santos* (Matriti 1870 fol.) p. 34 ss. et *museo español de antigüedades* VI 1875 p. 334 ss. (vide Jenner *Literaturzeitung* 1070 p. 217 ss.). Adscripsi paginas et numeros editionis prioris, quae cum altera consentit.

511* p. 401 tab. XI 1 qui legit LICINI, 510* p 70 tab VII 8, 518* p 01 tab XVIII 3, 014* p 40 ss. tab. XIV, 010* p 00 ss. tab. XV; 040* p. 404 tab. XI 0, 017* p. 00 tab. XVII 0. 430* p. 400 tab. XX 1, 340* p. 400 tab. XX 0. (inde Minguez *datos epigráficos y numismáticos de España*, Valladolid 1883, p. 30 ss.; Ephem. III 1877 p. 03.

Non dico per se genuinos esse non posse titulos 014* et 040*, sed reliqui omnes vel Graeci vel Iberici, quales eos interpretatus est editor, suspecti manebunt, donec probabitur contrarium. n 518* ineptissime ficta est. Iberici eiusdem generis ibi reperti hic omittuntur.

In scriptione quadam, quae inscripta est *Memoria sobre las notables excavaciones hechas en el Cerro de los Santos publicada por los PP. Escolapios de*

Yecla Matriti 1874 pp. 74, 8. (debeo eam Zobelii amicitiae) cum reliquis monumentis, vasculis argillaceis, sigillis aeneis, statuis etiam tituli memorantur, neque vero adscribuntur. Ceterum sigilla maxime suspecta 515*—516* in eo omnino non memorantur. P. Lasalde, scholarum piarum quae Yeclae sunt sacerdos, in scriptione inserta ephemeridi *la Ciencia cristiana* (vol. XVI p. 407 d. 30 m. Nov. a. 1880) et ipse testatur admixtas esse rebus in colli Sanctorum effossis fraudes nonnullas (*algunos de origen muy dudoso y otros que á todas luces son apócrifos*), inprimis vascula quaedam argillacea, quae Barcinone provenirent, idemque diserte affirmat de 515* et 516* (*el barco ... de Argos y el Fenix* putat sane multos annos aliunde provenisse, *y una mano profana grabó en ellos las letras, que tanto han torturado el ingenio de algunos anticuarios*).

Rede ipse (p. 30) narrat, res antiquas ibi lucri faciendi causa variis locis in solo conditas atque denuo effossas esse.

Titulos omnes mecum damnat Berlanga Hisp. anterom. p. 218 s. Damnasse eos Iulium Oppert assyriologum Parisiensem testis est Salvator Sanpere y Miquel *revista de ciencias historicas* II 1880/81 p. 490, qui statuas rudes in colli Sanctorum repertas comparavit cum quibusdam quae ei visae sunt similibus in Russia detectis, v. Cartailhac *âges préhistoriques* p. 290 (supra p. 1048). Nummos quoque falsos inde prodiisse discitur ex dissertatione Iosephi Biosca Mejía *consideraciones sobre dos medallones hallados en el Cerro de los Santos-Yecla*, quae extat in *Memorial numismático español* III 1873—76 p. 308—315 cum tab. VI. Nummi enim illi aperte ficti sunt a manu admodum imperita.

523* Ilici adhuc a fraudibus paene libera mansit; sed extat historia episcoporum Ilicitanorum a Montesinos quodam conscripta saeculo proximo voluminibus XVI, quae servat ibi comes de Luna et marchio de Aeprillas. In ea proponuntur tituli decem, quos scriptor affirmat certis locis extare Ilici et in vicinia; sunt autem aliunde nati omnes et ex libris impressis desumpti hi

C. I. L. II 4036
774
4091
2114
C. I. L. V 650*
2160
C. I. L. VI 3 cf. 1003*
19870
600*
Grut. 182, 14 fistula plumbea

Aurelianus Ibarra titulos mecum communicavit m. Iulio a. 1889.

524* Loci indicatio ad titulum n. 4092. Tarracone vetus marmor extat in quo incisae sunt hae litterae:

tarracon urbs cositanorum

Hermolaus Barbarus castigationes Plinianae ad lib. III cap. 3 sub lemmate *regio Cosetania* fol. c 6r med.

Repetivi inter falsas ne quem denuo deciperet.

525* Unde provenerit ignoratur; Matriti in museo archaeologico ex collectione Francisci Caballero Infante, tegula lata m. 0.40, alta 0.00, litteris altis m. 0.03 forma novicia.

alaricus(?) greber(?) patri | alaricus aegia | vixit. annis. xxvi | sen(e)x pipion | hic. sito. est | suadefecialib | ve | me ne

Quid subsit nescio, apparet omnino novicium esse.

Descripsi. *Memorias de la sociedad arqueologica Valenciana* Valentiae 1877 p. 6.

INITIA TITVLORVM FALSORVM n. 489—525

LITTERARVM ORDINE DISPOSITA

PARS PRIMA.

LVSITANIA.

Quando ego primus suscepi provinciarum Hispanicarum conventus iuridicos quales fuerint indagare singulaque oppida singulis conventibus attribuere, de Plinii narratione geographica nondum quisquam accuratius quaesiverat, quos ille fontes sequeretur quoque ordine disposita sit. Id interim Detlevus Detlefsenus Plinii editor faciendum sibi proposuit commentationibus tribus, quae insertae sunt Philologo Gottingensi (vol. XXX a. 1870 p. 265 ss. de Baetica, vol. XXXII a. 1872 p. 600 ss. de Tarraconensi, vol. XXXVI a. 1876 p. 111 ss. de Lusitania). De fontibus autem Plinii in partibus operis geographicis praeter alios idem egit in Commentationibus philologis in honorem Th. Mommseni editis (Berol. a. 1877 p. 23 ss.). Atque de Lusitaniae quidem conventibus tribus Emeritensi Pacensi Scallabitano, quamquam Plinius quae oppida ad singulos pertinuerint non indicat, tamen paene e rerum natura consequens est Pacensi adscripta fuisse oppida regionis meridionalis Ossonobam Balsam Myrtilim Merobrigam Salaciam Caetobrigam Eboram Ammaiam Aritium; Emeritensi regionem totam inter Anam et Durium sitam usque fere ad hodiernae Portugaliae fines; Scallabitano quae inter Tagum et Durium sita sunt oppida. Itaque Emeritensi videntur adscripta fuisse Metellinum Turgalium Norba Caurium Capera Mirobriga Salmantica Caesarobriga cum interiacentibus; Scallabitano Olisipo cum vicinia Collippo Conimbriga Visaeum Aravi Igaeditani Lamecum et quae praeterea ibi fuerunt civitates satis rarae.

CONVENTVS PACENSIS.

I. OSSONOBA (*Faro* cum vicinia) p. 3. 691.

n. 1. 2 (v. infra n. 5133). 3—7. 8 (nunc Eborae in museo n. 28). 9 (v. n. 5134).

10 Frustra quaesivit VEIGA, qui parietinas Romanas in *Budens* conspicuas exploravit accurate.

11 Titulum a Moreira Emanueli Xaro datum esse affirmavit VEIGA, qui ab ipso compererat. Sed cum schedae eius autographae lateant v. praefationem ad supplementum), exemplum primarium desideratur. Titulum ipsum frustra quaesivit VEIGA.

12.

Pars Portugaliae maxime ad meridiem spectans sive regnum Algarbicum eiusque antiquitates paene ignotae iacebant. Nam etiam Moreirae schedae, de quibus in praefatione huius supplementi accuratius dictum est, duos tantum habent titulos ad *Faro* urbem pertinentes, qui e Resendio iam noti sunt (n. 1 et 4). Sed inde fere ab a. 1870 explorandam eam patriae suae partem sibi proposuit Sebastianus Philippus Maria Estacio da Veiga v. cl. Tavirensis, cuius olim laudavi patriae amorem et industriam indefessam. Veiga non Ossonobae tantum et Balsae, oppidorum in regione illa principalium, monumenta vetusta, aedificiorum parietinas, inscriptiones, omnes denique vitae antiquae reliquias descripsit et delineavit diligentissime, sed etiam vestigia per vicos villas agros dispersa persecutus est labore strenuo, qui qualis quantusque fuerit is tantum aestimare potest, qui loca ea deserta maximam partem et inhospitalia noverit. Adiuvit eius investigationes, quod a. 1876 inundationes fluviorum rivorumque multorum parietinas aedificiorum et coemeteria nonnulla vetusta detexerunt. Unius tantum ex hac regione tituli (n. 5141) imago Augusto Soromenio, amico Olisiponensi interim defuncto, debetur; archetypum adhuc frustra investigavit Veiga. Eius igitur viri paene solius beneficio accidit, ut capite hoc primo proponi possint tituli non pauci, quos ille maximam partem Olisiponem asportandos curavit in museum Algarbiense ab ipso laudabili liberalitate conditum et academiae regiae artium Olisiponensi custodiendum traditum. Servantur ibi una cum monumentis aetatis Romanae etiam numerosa aetatis vetustioris, arma ex lapide et aere facta, vasa, aliaque eius generis, quae praehistorica nunc vocari solent. Titulos ibidem servatos mense Septembri a. 1881 contuli cum exemplis et ectypis antea iam a Veiga perquam officiose mihi subministratis. Quo in negotio absolvendo illud tantum dolebam, quod musei auctor auxilium quod promiserat praestare non potuit. Etenim nescio quibus ex causis brevi antea Taviram in patriam se receperat. Condidit ibi institutum archaeologicum Algarbiense atque adeo in animo habuit, monumenta omnia iam Olisipone collocata inde removere et urbi patriae donum dare. Quod non evenisse, sed museum Algarbiense Olisiponi servatum esse, gaudebunt mecum omnes, quibus ut studia archaeologica et epigraphica inter Lusitanos tandem aliquando efflorescant cordi est. De ephemeride archaeologica et epigraphica nuper ibi condita, in qua iam monumenta quaedam musei Algarbiensis publici iuris facta sunt, infra dicetur in praefatione ad titulos Olisiponenses.

Ossonobam Mela Varronem, ut videtur, secutus cum Balsa et Myrtili *in Cuneo* ponit (III 1, 7) et ex eodem sine dubio fonte Plinius apud Lusitanos *promunturium sacrum et alterum Cuneus, oppida Ossonoba, Balsa, Myrtilis* (IV 116). Eadem urbs apud Ptolemaeum Turdetanorum est et iuxta Balsam ponitur (II 5, 2); similiter apud Marcianum (peripl. II 12); item in itinerariis (p. 426, 2 et 418, 6 ubi milia pass. XVI sine dubio corrupta sunt et emendanda fortasse in XCVI) et apud Ravenna-

tem (p. 306, 16). Quaeritur num ab hoc diversum sit quod Plinius in Baeticae descriptione habet a *flumine Ana, litore oceani, oppidum Ossonoba aestuario cognominatum* (III 7). Apud Strabonem inter urbes in Turdetaniae aestuariis (τὰς ἀναχύσεις dicit) conditas nominantur Ὄνοβα καὶ [Ὀσ]σόνοβα καὶ Μαίνοβα καὶ ἄλλαι πλείους (III 2, 5). Similiter apud Ptolemaeum μετὰ τὰς τοῦ Ἄνα ποταμοῦ ἐκβολὰς ἐν τῇ ἐκτὸς θαλάσσῃ Τουρδητανῶν Ὄνοβα αἰστουαρία et deinde Βαίτιος ποταμοῦ τὸ ἀνατολικὸν στόμα collocatur (II 4, 4) et apud Marcianum ἀπὸ τοῦ ἀνατολικωτέρου στόματος τοῦ Βαίτιος ἐπὶ Ὄνοβα αἰστουαρίαν στάδιοι υκ΄, στάδιοι τ΄· ἀπὸ δὲ Ὄνοβα αἰστουαρίας ἐπὶ τὰς τοῦ Ἄνα ποταμοῦ ἐκβολὰς στάδιοι σι΄, στάδιοι ρν΄ (II 9). Quae a Mela nominatur in sinu Baeticae cum Olintigi *Onolappo* (III 1, 5) corrupte traditur et tam in Onobam quam in Ossonobam emendatur. Certum igitur est Onobam aliquam fuisse inter Baetis et Anae fluviorum ostia (v. infra Baeticae cap. I). Sed utrum oppida dua fuerint Ossonoba dicta in eadem ora tam prope sita et Turdetanorum utrumque, alterum ultra Anae ostia versus promunturium sacrum, alterum citra, id videtur valde dubium esse. Lusitania autem provincia cum nondum esset constituta, Turdetanorum pars extrema a Plinio tam Baeticae quam Lusitaniae adscribi potuit. Itaque Ossonobam Baeticam ortam puta ex confusione quadam cum Onoba, quam is fecit, quem tam Varro, Melae et Plinii auctor, quam Strabo secuti sunt in hisce rebus referendis, fortasse Artemidorus. Potuit autem haec ipsa Ossonoba Lusitana apte aestuaria dici; *Faro* enim et vicinia in vasto aestuario sita sunt.

Nominis forma vetustior fortasse aut magis Latina Ossonuba videtur fuisse, ut Onuba Corduba Maenuba Salduba. Ita OSVNVBA (*Osunuba*) as habet vetustum in hoc oppido cusum, semisses *Oso* et *Osso* (Zobel *estudio histórico* II p. 155); unde etiam illud apparet formam antiquiorem caruisse s geminata. Vide etiam quae Delgado exposuit de nummis Ossonobensibus (*nuevo metodo* II p. 857 ss.). Tituli n. 5141 et 5148 in *Ossonoba* forma consentiunt cum scriptoribus, in n. 1 *Osson.* tantum perscriptum est.

Situs Ossonobae oppidi non in ipsa *Faro* urbe, sed paulo magis versus septentriones in vetusta puto aestuarii ora inter ripam sinistram fluminis *Rio Secco* et pagum *Estoi* (o *aldeia de Estoi*) collocatur probabiliter ab antiquariis Portugallensibus. Locus ipse *Milreu* nomen hodie habet. Ibi Veiga effossionibus institutis iuxta ipsam ripam fluminis, quod pons antiquus olim traiecit, parietinas detexit aedificiorum variorum, quae circa forum oppidi videntur collocata fuisse. Expositurus est Veiga de his aliisque effossionibus in opere magno quod parat de antiquitatibus Algarbiensibus. Consilium operis, quod quinque voluminibus constare voluit scriptor, enarravit breviter in libro de antiquitatibus Myrtilensibus infra (cap. III) laudando (p. 1 ss.). Prodiit quasi praenuntia operis eius tabula geographica inscripta sic: *Carta archeologica do Algarve* cet., *elaborada em 1878 ... ampliada ... em 1882*, Olisipone 1883 fol. max. Edita sunt deinde volumina duo priora ita inscripta: *Paleoethnologia, antiguidades monumentaes do Algarve, tempos prehistoricos* (cum mappa et tabulis multis), Olisipone 1886—87 (XXIII 305 [VIII] 609 pp.) 8. Parietinarum vero ad vicum *Milreu* alterum tabulam alio loco proposuit, scilicet in libello de lege Vipascensi (p. 57 ss.) item infra (cap. III[a]) laudando. Neque obstat quod in ipsa *Faro* urbe, potissimum in muris noviciis oppidi hodierni, tituli aliquot reperti sunt (cum n. 1. 3. 4—7 hic primum edidi n. 5139—5141. 5144. 5146. 5151) et fragmenta quaedam (n. 5156—5168); solebant enim, ut constat multis testimoniis, in Hispania potissimum lapides scripti et non scripti e longinquo ad muros extruendos asportari. Praeterea in praediis vicisque paene suburbanis tituli aliquot reperti sunt, qui et ipsi ad Ossonobam videntur pertinuisse. Sunt inter eos monumenta illa doliorum formam imitata, quorum unum iam editum est (n. 156). Abundant ea maxime in agro Ossonobensi; veluti in praedio *Marim* prope *Olhão* (versus meridiem a *Faro*) sito et inscripta (n. 5143. 5145—5147. 5148) et titulis carentia. Veiga propter dolii significationem aliquam mysticam monumenta illa a christianis hominibus provenisse putat (in libello de Myrtili p. 62 ss.), quamquam tituli eorum mere pagani sunt. Neque vero quidquam obstat quo minus monumenta ipsa doliorum formam imitantia putemus orta esse ex usu indigenarum vetusto cineres defunctorum in veris doliis condendi.

Ceterum etiam ager Ossonobensis admodum fertilis, qui hodie demum ex longa incuria paullatim reviviscit, similiter ut Olisiponensis vicatim videtur cultus fuisse. Nimis enim ab urbe distant vici pagive, unde tituli singuli pluresve prodierunt, a *Faro* versus occidentem siti *Mesquera* (n. 8), *Serros Altos* (n. 5138), *Loulé* cum vicinia (n. 5135—5137), *Colmeal* (n. 5156), item versus meridiem et orientem siti *Olhão* (n. 5143. 5145—5147. 5149. 5155. 5166), *Salveiro* (n. 5153), *São Romão* (n. 5148. 5157), *Mexilhoeira* (n. 5154), item collis *Serro da Guelhim* dictus (n. 5165), qui tamen non procul abest a *Milreu*.

Tituli quamvis sepulcrales maximam partem hic reperti tamen docent etiam saeculis secundo et tertio Ossonobam floruisse. Memorant enim statuas imperatori Valeriano ab ordine rei publicae (n. 1) et fortasse Diocletiano sociisque imperii positas a praeside provinciae (n. 5145), item civi benemerito, qui flamen et duovir municipii fuit (n. 5141). Etiam Ossonobam Latium accepisse a Vespasiano probabile est; tribum oppidi ex pleniore tituli n. 5141 exemplo fortasse aliquando discemus. Non defuerunt seviri Augustales (n. 2); colebantur Lares (n. 5135) deusque aliquis sive dea *S....*, cuius nomen propter celebritatem litteris singularibus designabatur (n. 5135. 5168). Reliqui tituli sepulcrales sunt Graeculorum maxime hominum (n. 3. 4. 12. 5144—5147. 5155. 5153—5155). Cognomina originis Lusitanae (n. 4. 8) rara sunt.

Instrumenti domestici, tegularum potissimum et lucernarum tituli, qui prodierunt ex effossionibus a Veiga ad *Milreu* institutis servanturque hodie Olisipone in museo Algarbiensi, proponentur infra suis locis.

Ex eis quae magis versus occidentem sita sunt oppidis vicisve, *Villanova de Portimão*, *Lagos* (quod clarum est propter Christophori Columbi navigationem inde aliquando coeptam), *Sagres* (quod promunturii sacri nomen conservat), et ex ipso promunturio S. Vincentis tituli Latini nondum prodierunt ulli. Demonstrant autem investigationes summa cum cura in illis quoque regionibus institutae a Veiga, nulla omnino praeterea in vicis, quos exploravit, aut extare monumenta aetatis Romanae aut extitisse, neque plura ibi quemquam facile reperturum esse, nisi qui effossiones instituerit.

Unus accessit titulus huic capiti falsus (infra n. 482*), qui neminem decipiet.

5133 ad n. 3. V. 3 corrige IIIIVIR (pro IIIIVIR).

5134 ad n. 6. *Apro*, frustra quaesivit VEIGA, sed descriptam habuit ab amico *Mendonça Bonixe*, qui ita legit male COMMF.

5135 *Apra, concelho de Loulé, a NO a poucos kilometros de Milreu, fragmento de cippo na parede de uma casa* VEIGA. Olisipone in museo, litteris bonis saeculi fere secundi exeuntis, altis m. 0.03.

a

AR · · ·
SACRVM
PACCIVS
RONTO
5 V M

Descripsi; ectypum misit Veiga. V. 5 in lapide vix distinguitur, in ectypo litterae duae, quas Veiga vidit, satis clare apparent. Sequitur fortasse sextus versus, nisi margo est arae ornatus foliolis insculptis.

Lego [*L*]*ar*[*i*]*bus* | *sacrum* | [*L.?*] *Paccius* | [*F*]*ronto* | *v*(*otum*) *m*(*erito*)....

5136 *Loulé, na torre da igreja matriz de S. Clemente, cippo.* VEIGA. Olisipone in museo, litteris saeculi secundi exeuntis tertiive, altis v. 1 m. 0.025, in reliquis 0.02.

D · S · S
FONTEIVS
PHILOMV
SVS EX VO
sic TV ANIM*
LIBENS
POSVIT

Descripsi; ectypum misit Veiga. V. 1 fortasse *D(eae) S(aluti) s(acrum)*; cf. n. 5130.

5137 *Boliqueime, concelho de Loulé* (versus occidentem), *pequeno cippo* VEIGA. Arula, Olisipone in museo, litteris vulgaribus saeculi fere alterius exeuntis, altis m. 0.018.

HIC
ALFON
SVS EXVO
TO ANIMO
LIBENS
POSVIT

Descripsi; ectypum misit Veiga, qui adnotat: '*adulterado nas duas primeiras lineas por um pintor que pretendeu adaptal-o á sepultura de um filho*'. Vv. 1. 2 in litura repositos esse apparet, litterae sunt tamen tam artificiose incisae, ut videantur satis antiquae esse. Veigae adnotationem eo consilio scriptam puto, ut additamentum novicium aliquo modo explicaretur. Interciderunt nomina dei et dedicantis, veluti D · S · S · | FONTEIVS PHILOMV | SVS, ut in praecedente.

5138 *Serros Altos, concelho de Albufeira, pequeno cippo da forma de ara, extraido do poço de Barnabe, com a inscripção já muito apagada* VEIGA. Arula, Olisipone in museo; litteris saeculi alterius evanidis, altis m. 0,02.

S · S · D
VOTVM
POSVIT
ARAM
PECVLIARIS

Descripsi; ectypum misit Veiga, qui vv. 1. 2 legit D M S | C S.. S.. F? et 5 SECVRAVIT; errore, puto. Initio nihil deest. V. 1 littera ultima D vel P esse potest, hanc putavi in lapide dispicere, illam ectypum videtur exhibere. V. 5 evanidus est; dedi quod legere mihi videor in ectypo; idem in lapide vidi. Legendam fortasse *S(aluti) s(anctae) d(eae) | votum; posuit aram Peculiaris.*

Cf. n. 5130.

5139 *Faro, na muralha, com face para o quintal de Frederico Lasaro Cortes*; unde extraxit VEIGA; Olisipone, in museo; fragmentum cippi litteris bonis, altis m. 0.05.

R V M
L V C A N
S·P·D·D

Descripsi, ectypum misit Veiga, qui v. 1 cogitavit de I · O · M. Sed est ....rum, [sac]rum, pluraque superne desunt. Cauda R litterae clare distinguitur; itaque dei nomen desideratur.

5141 (= Eph. II n. 301) *Faro*, basis magna rep. a. 1873 fissura, quae mediam secat, male habita.

	OL
	ELICI
VI	NSI
AM	ETII
VIR	SSON
OB	AREIVS
A · N	ARIVS
LAFI	OPTATVS
A	VSCOMA
	XIV
	ELICIOSI
	NEREM
	TPIENTIS
SIMO	D D

Descripsi ex imagine delineata accurate quidem, sed non perite, quam misit Soromenho; ectypum frustra obtinere quaesivi, neque obtinuit Veiga. Restitui exempli causa ita:
[*C. Iuli*]*o L.* [*f*(*ilio*) | *Quir*(*ina*) *F*]*elici*[*ori*, *Vi*-[...*e*]*nsi*, | [*fl*]*am*(*ini*) *et II* | *vir*[*o Osson*]*ob*(*ensi*) [*L. V*]*arcius* | [*S*]*am*[*i*]*arius* [?] | *L. Ae*[*lius*] *Optatus* | [*C.*] *A*[*cilius Coma*]*tus L. A*[*rri*]*us* | *Tiro C. Iuli*[*o*] *F*[*eliciori* | [*amico ben*]*emeren*[(*tissimo et pientis*]*simo d*[*onum*] *d*[*ant*].

V. 3 Oppidi nomen certo restitui nequit; cogitari potest de *Vipascensi*, cf. infra cap. III[a], aut *Olisiponensi*.

5142 *S. Romão, concelho de Faro, freguezia de S. Bras* (versus septentriones et orientem a *Faro*), *pedestal do pulpito da ermida* VEIGA. Olisipone, in museo, litteris saeculi secundi bonis, sed evanidis; altis m. 0.035; in latere utroque *alguns symbolos sacrificiaes* VEIGA.

D · M · S
CAECILIAE
L · FIL · MARI
NAE · OSSO
NOB · AN
NOSVM
LXXXV
H·S·E·S·T·T·L

Descripsi; ectypum misit Veiga.

5140 *Faro*, pars inferior basis e lapide calcario (alta m. 0.38, lata 0.18), *no largo da Sé, servindo de cunhal no angulo nordeste ao fundo externo da capella do Santissimo, a uns 3 metros do chão.* Ibi VEIGA repperit a. 1903.

— — — — — — —
AVGG ////// · /////
AVR · VRSINVS · V · P · P ·
PROVINC · LVSITANIAE

Veiga ectypum misit; ex eodem descripsit et edidit A. C. Borges de Figueiredo *Revista archeol. e histor.* I 1907 p. 47 s. Is recte supplevit ita fere: [*Pro salute dominorum nostrorum* (interierunt fortasse nomina Diocletiani et Caesarum) *invictissimorum*] *Aug*(*ustorum*) *et Caesarum* | *Aur*(*elius*) *Ursinus v*(*ir*) *p*(*erfectissimus*) *p*(*raeses*) | *provinc*(*iae*) *Lusitaniae*.

5143 *Quinta de Marim, concelho de Olhão* (a Faro meridiem versus in ora maritima), *extraido da torre* VEIGA. Olisipone, in museo; monumentum forma dolii litteris non bonis saeculi alterius, altis m. 0.02.

D M S
EL · PATRICIAE
VIXIT · ANN
XXV · MENS
VII · DIEB · VIIII
SIBTRIBS *sic*

Descripsi; ectypum misit Veiga, qui v. 1 SI (L re vera T vel I litteris similis evasit) et v. 6 SIB·T·K·LAS legit. Nomen defunctae est *El*(*ia*) *Patricia*.

V. 6 in lapide mihi visus est SIBTRIBS habere, quod in ectypo quoque vidi; ultimum elementum potest etiam foliolum esse. Quid subsit non intellego, nisi quadratarius formulas S·T·T·L·T·R·P·D vel similes confudit. Cf. n. 5145.

5144 *Faro, rep. a. 1883 nescio qua loco oppidi viciniaeve.*

D · M · S
L · ATTIVS NISVS
VIXIT · ANNIS · LII
MENS · I · DIES · V
H · S · E · S · T · T · L
HOC MISOLIO
SVB ASCIA SST

Veiga mihi misit a se descriptam in epistula scripta a. 1883 m. Ianuario, et deinde communicavit cum H. de Laurière, qui edidit in *Bulletin de la Société des Antiquaires de France* Vol. XLIV (a. 1883) p. 74 (inde memoratur in *Revue archéologique* ser. III vol. 1 a. 1883 p. 113).

Hoc misolio (pro *mausoleum*) *sub ascia est* formula antea nondum reperta in titulis regionis illius.

5145 (= Eph. IV n. 7) *Quinta de Marim, concelho de Olhão*; Olisipone in museo. Lapis formae cylindri iacentis vel dolii sine ornamentis, litteris malis, altis 0.018 ad 0.02.

D M S
AVENTINAE
VIXIT ANN
XXXV · PA
TROCLVS
MERENTI
POSVIT NSTLE *sic*

Descripsi a. 1881; ectypum misit Veiga.

2 AVINTINA, 7 N · SIT · E Veiga. Est *Aventina*; E et I interdum vix distinguuntur. Formula in fine confusa est; nam vix puto eum qui scripsit dare voluisse *hic sita terra levis ei*, quod proposuit Mommsenus.

5146 *Quinta de Marim, concelho de Olhão, nas ruinas d'um templo* VEIGA. Olisipone, in museo, arula ex lapide calcario, litteris satis elegantibus saeculi secundi, altis m. 0.03.

D · M · (hedera)
CALEMEXA ·
VIX · ANN · XXVIIII
MENS · VIIII · D · X
· H · S · E · S · T · T · L ·

Descripsi; ectypum misit Veiga.

5147 *Quinta de Marim, concelho de Olhão, extraido da torre* VEIGA. Olisipone, in museo, lapis forma dolii; litterae sunt elegantes saeculi fere secundi exeuntis, altae m. 0.025.

D M S
DIODORA · VIX
ANN XXV
H · S · EST(?) · T · L

Descripsi; ectypum misit Veiga.

5148 *Faro, da muralha, entre a Porta falsa e o Arco da Senhora do Reponso*, fragmentum cippi parvi marmorei VEIGA. Olisipone in museo, arula marmorea litteris bonis saeculi secundi, altis m. 0.025.

SPEI · DOMI
TIAE AXAM
VIXIT ANNXX
HSEETTL

Descripsi; ectypum misit Veiga, qui satis dubitanter ea legit quae supra dedi; ego in eo agnosco, quos in lapide vix distinguere potui, vv. 3. 4. *Spes Domitiae* nomina defunctae erant.

5149 (= Eph. IV n. 6) *Quinta de Marim, concelho de Olhão* (Veigae est Statio sacra Ravennatis inter Balsam et Ossonobam), lapis sepulcralis forma cylindri iacentis vel dolii, sine ornamentis. Olisipone in museo, litteris saeculi fere secundi, altis m. 0.03.

D M S
HSXENIANA
VIX
ANNIS LII
MENS II · D · IIII
ST · T · L

Descripsi; Veiga misit a se descriptam.

2 HERINIANA, 5 MINS Veiga; E et I similes evaserunt, ut in n. 5145. Cf. etiam n. 5.

5150 *Quinta de Marim, concelho de Olhão*, lapis positus supra dolium n. 5143. Olisipone, in museo; cippus fastigiatus, altus circ. m. 0.58, latus 0.33; litteris saeculi secundi non bonis, altis m. 0.035.

pinea
· D · M · S ·
· I · TEOILVS ·
· VIXIT AN XXX ·
· MES · IIII ·
· H · S · E · S · T · T · L · ·

Descripsi, ectypum misit Veiga, qui v. 4 legit MES III. Initium v. 3 paene interiit in litura; sed videtur recte legisse Veiga. Erit *I(ulius) Troilus*; cf. n. 5131.

5151 *Faro, no revestimento da Torre do Registo*, cippus altus circ. m. 0.48, latus 0.42 VEIGA. Olisipone in museo, litteris non bonis saeculi fere secundi, admodum evanidis, altis m. 0.035.

D · M · S
I · LVPEXCIL
LA · AN · XXXX
HIC · SITA ES
T · S · T · T · L

Descripsi; ectypum misit Veiga. V. 3 LAE mihi potius visum est in lapide esse, sed in ectypo LA tantum video, ut Veiga. Est *I(ulia) Lupercilla*.

5152 (= Eph. IV n. 5) *Quinta de Marim, concelho de Olhão*, reperta inter sepulcrorum multorum rudera. Ara ex lapide calcario, Olisipone in museo; litteris bonis saeculi secundi, altis m. 0.03.

patera ansata cum flore | D M S / MONTANVS / VIXIT / ANN · XXXIII / MENSIB · II / DIEE · VII / S · T · T · L | *lanx quadrata, in qua impositi sunt sacci duo*

Descripsi a. 1881; Veiga misit a se descriptam, et ectypum laterum. Cum ornamentis et imaginibus hic repraesentatis conferantur titulorum Conimbrigensium n. 370. 391, quae tamen differunt; lagenas duas Veiga putabat esse, mihi potius sacci visi sunt.

5153 *Silveira, quasi 2½ milhas romanas a NO de* Ossonoba (*Milreu*). Cippus altus circ. m. 0.55, latus 0.39 VEIGA. Olisipone, in museo; litteris bonis saeculi alterius, altis m. 0.04.

serta
D · M · S
SEX · N · EROS
VIX · AN · PLVE
MINVS · LV
H · S · E · S · T · T · L

Descripsi; ectypum misit Veiga, qui v. 4 etiam LV legi posse putat deceptus fissura quadam lapidis. Ego LV tantum vidi in lapide, idemque ectypum habet.

Erit *Sex. N(umisius) Eros*, cf. n. 5154.

5154 *Sitio da Cruzinha, ao sul da Mexilhoeira e ao poente de Portimão (villa agraria, aproveitamento agricola)*, ara ex lapide calcario VEIGA. Olisipone, in museo, litteris non satis bonis saeculi secundi, sed evanidis; altis m. 0.04.

D M S
S · NVMISIVS
PHAIVS
ANN · LV
H·S·E·S·T·T·L

Descripsi; Veiga descripsit et ectypum misit. V. 3 PHAIVS in lapide et in ectypo clare legitur, quare non cogitandum de PILATVS. Graecum φαιός *fuscus* pro nomine in usu fuisse quamquam certis exemplis ex Benseleri quidem copiis demonstrari nequit, tamen nullam praebet difficultatem.

5155 *Concelho de Faro, cemiterio na encosta oriental da Serro de Guelhim, distante da margem direita do Rio Secco uns 100 metros, pedra com letreiro muita estragada* VEIGA. Olisipone, in museo, litteris saeculi fere secundi perquam evanidis, altis m. 0.03.

D M S
DAIHINE
ANVIIHESSTTL

Descripsi; ectypum misit Veiga.
V. 2 admodum evanidum ita legit Veiga: DAVFILAIF, atque de *Daufila K(ulii) f(ilia)* cogitavit, non probabiliter; puto fuisse DAPHINE *Daphine*, cum nota epenthesi *i* vocalis.

5156 *Colmeal, 2 milhas romanas ao O de Ossonoba, 1 kilometro a l'Este de Santa Barbara de Nexe*; fragmentum cippi, partem eius superiorem cum capite servans VEIGA. Olisipone, in museo, fragmentum litteris perquam evanidis, altis (v. 1) m. 0.04.

Veiga:	ego:
D · M · S	D M S
....SEM · GRIA	[..]RIA

Descripsi. Veiga misit ectypum a Ioh. Nunes Faria subministratum. Ego in ectypo nihil legi praeter DMS, in lapide quae supra dedi. Apparet versum alterum postea imminutum esse. Non puto latere *memoria* vocabulum, sed nomen veluti *Victoria*.

5157 *S. Romão, concelho de Faro, freguezia de S. Braz, cippo servindo de pilata à cruz do adro, estragadissimo na inscripção* VEIGA. Olisipone, in museo, litteris non bonis, altis (v. 1) m. 0.03.

Veiga:	ego:
D M S	D M S
//NO S MA	[illegible]
V . . . A	[illegible]
. . . IS	[illegible]
S . . . LXV	
· S	

Descripsi ut potui; Veiga descripsit et ectypum misit paene inutile, in quo ego v. 1 tantum dispicio.

5158 *Faro*, fragmentum arae; Olisipone in museo.

DMS

Descripsi.

5159 *Faro, na muralha, junto ao Caes do Registo; mandada extrair em 1877 por E. da* VEIGA. Olisipone, in museo, pars inferior cippi, litteris malis saeculi fere tertii, altis m. 0.02.

VLDI
VIAN
IIIMVI
DXII

Descripsi; ectypum misit Veiga. Christianam non esse litterarum forma et formulae docent. Erat ...*ludivi* (aut *uldi vi(xit)*) *an(norum) III m(ensium) VI d(ierum) XII*.

5160 *Faro, na muralha do rio, proximo de um cano, fragmento* VEIGA. Litterae sunt saeculi fere secundi, altae m. 0.05.

AN...
HSSST...

Descripsi ex Veigae ectypo, qui aegre se legisse dicit quae dedi supra.

II. BALSA (*Tavira* cum vicinia) p. 4. 691.

Accedunt *Castromarim* [AESVRI] et *Alcoutim*.

n. 13 (ectypum misit Veiga; v. 6 est IIIIII). 14 (p. 661). 4866 (v. infra n. 5161). 4996 (v. infra n. 5162). 4880a (v. infra n. 5163).

Balsam re vera proxime a *Tavira* hodierna sitam fuisse, quod antea suspicari tantum potuimus, iam tituli comprobaverunt ibi reperti varii nomen oppidi exhibentes (n. 5161. 5162. 5164). Situm oppidi antiqui Veiga (v. cap. I) existimat fuisse in praedio *do Trindade* prope ecclesiam S. Mariae *da Luz*; inde enim prodierunt tituli n. 13. 14 et infra editi n. 5161. 5162. 5171. Qui praeterea in ipso oppido reperti sunt tituli titulorumve fragmenta (*na demolição de um lança da muralha da praça*) interierunt antequam eos exscribere potuit Veiga (v. eius *Antiguidades de Mertola* p. 4; cf. cap. I). Ceterum hic quoque, similiter atque Ossonobae vidimus, tituli extiterunt sparsi per vicos et praedia suburbana *Torre d'Ares* (n. 5164. 5168. 5172. 5174), *Quinta das Antas* (n. 5163. 5165. 5166. 5167), *Quinta do Arroio* (n. 5168. 5170. 5173), unde etiam fragmentum tituli christiani prodiit, *Caecilia* (n. 5175). Inde ab a. 1856, deinde annis 1866, 1868, 1876 circa Taviram inundationibus potissi-

mum coemeteria Romana variis detecta sunt. Permulta in eis sepulcra, infimi potissimum aevi, tituli pauci tantum reperti sunt. Dixit de parte eorum *A. C. Teixeira de Aragão* in libello inscripto *Relatorio sobre o cemiterio romano descoberto próximo da cidade de Tavira em Maya de 1868* (Olisipone 1860, 8.); prodierunt inde tituli duo (n. 0103. 0173). Composui titulos Balsenses potiores in commentariolo inscripto *Monumentos de Balsa* et inserto cum tabula una lithographa ephemeridi ab *A. C. Borges de Figueiredo* edi coeptae *Revista archeologica e historica* (Vol. I Olisipone a. 1887 p. 33 ss.). Tituli hi indicant etiam Balsam oppidum fuisse non infrequens. Memorantur in eis magistratus soliti (duovir n. 0100) et seviri Augustales (n. 13), circus a civibus ornatus (n. 0105—5167), servus publicus (n. 0104). Tribus oppidi videtur fuisse Galeria (n. 5164 et n. 105); duovir Balsensis (n. 5102) Quirinae adscriptus fortasse aliunde ortus erat. Inter incolas Graeci negotiatores et opifices videntur fuisse non pauci (v. n. 5171); quales solebant in Hispaniae oppidis maritimis frequentes esse. De nominis forma, quae apud scriptores Graecos Ptolemaeum (II 5, 1) et Marcianum (Peripl. II 13) *Balsa Balsorum* videtur fuisse (reliqua de ea testimonia iam indicavimus supra p. 4), tituli nihil definiunt; adiectivum enim tantum (n. 5101) idque bis per compendium scriptum exhibent (n. 5102. 5164).

Coniunxi cum Balsensibus titulos tres, quorum primus (n. 0170) repertus est prope *Castromarim* non procul ab Anae ostiis, sed paullo magis quam illa versus septentriones et in dextra fluvii ripa, circa eum situm, in quo *Aesuri* oppidum videntur collocare itineraria Antonini (p. 405, 0 de *Esuri Pace Iulia*, et p. 431, 4 ab *Esuri per compendium Pace Iulio*). Aesurim scriptores antiquiores in *Ayamonte* oppido Hispano ponere solebant, quod ex adverso a *Castromarim* Lusitano in sinistra Anae ripa ad ostia eius situm est. Ex vicinia *Castromarim* oppidi dicuntur prodiisse nummi rarissimi inscripti *Aesuri* — *M. Ant(onii) Ante coni(egarum?)*, ut videntur. Iacobus quidem Zobel (*estudio* II p. 105) cum reliquis numismaticis legit *Esuri*; sed exemplum a Veiga mecum communicatum omnium optime servatum *Aesuri* habet. Dicit de his nummis etiam Delgado (*nuevo metodo* II p. 30 ss.). Titulus singularis sepulcralis ibi repertus de oppidi situ nihil definit; situs ipse a Veiga quaeritur inter *Castromarim* et *Cacella*. Duo alii tituli (n. 5175. 0177) iuxta *Alcoutim* vicum magis versus septentriones situm prodierunt, ubi etiam truncus statuae virilis praegrandis detectus est. Utrum et ipsi ad Aesurim referendi sint an ad aliud oppidum nobis adhuc ignotum ignoratur. Cum non pauca ibi praeterea fuisse probabile sit, de origine titulorum illorum nihil definio.

5161 ad n. 4005. Basis reperta a. 1866 *entre o povoado de Santa Luzia, meia legua de Tavira, e a freguezia da Senhora da Luz, seis kilometros de Tavira, na quinta da Torre d'Ares*; alta est m. 1.04, lata 0.50. Servatur nunc Olisipone in museo; litterae sunt non inelegantes saeculi secundi, pictis similes, altae vv. 1—5 m. 0.04, vv. 6—10 0.030, vv. 11—17 0.00.

Descripsi et ectypum sumpsi; A. C. Borges de Figueiredo misit imaginem photographam. Habui praeterea exempla duo Francisci Raphaelis da Paz Furtado, alterum mihi per litteras ex Faro missum m. Aprili a. 1866 (cf. Gerhardi ephem. arch. a. 1865 p. 241*), alterum Veigae *povos Balsenses* p. 15. 17, quem libellum primus mihi misit Augustus Soromenho. Eorum exemplorum variam lectionem sprevi.

V. 10 GELL· in lapide est.

5162 ad n. 4000. Basis reperta et servata una cum praecedente; alta est m. 1.40, lata 0.60; litteris monumentalibus, sed minus elegantibus quam n. 5161, aetatis fere Commodianae, altis m. 0.035—0.040.

Descripsi et ectypum sumpsi.

5163 ad n. 4555 a. Olisipone in museo, cippus magnus litteris bonis saeculi secundi, altis v. 1 m. 0.04, v. 0 0.00.

Descripsi et ectypum sumpsi melius quam a Veiga missum et exemplum quod Soromenho dedit. A. C. Teixeira *relatorio* p. 10; V. de Silva Araujo *boletim architectonico* II 1875 p. 145.

V. 4 PRISCION et 0 CALLAEA in lapide sunt.

5164 *Na cemiterio da Torre d'Ares*; Olisipone in museo. Fragmentum orae litteris saec. secundi bonis, altis m. 0.04.

.GN
AVG
OPERATVS
BALS · DIS
ANIMO · L...
P...

Descripsi; ectypum misit Veiga. V. 4 D cum linea transversa videtur in lapide esse. Lege [*Apol*]*lin*[*i*] *Aug*(*usto*) | *Speratus* | *Bals*(*ensium*) *dis*[*pensator*] | *animo* *l*[*ib*(*ens*)] | *po*[*s*(*uit*)].

5165 (= Eph. IV n. 1) *Quinta das Antas, concelho de Tavira, encontrada no meio d'umas vastas ruinas descobertas pelas aguas do Guadiana*, tabula lapidea litteris gracilibus saeculi secundi, altis m. 0.050.

C · LICINIVS · BADIVS
PODIVM · CIRCI · P · C ·
SVA · IMPENSA · D · D

Descripsi ex ectypo a Veiga misso; exemplum antea miserat Soromenho.

V. 1 CL · LICINIVS Soromenho male.

5166 (= Eph. IV n. 2). Reperta una cum n. 0105; est basis lapidea scripta litteris multo et minoribus et peioribus quam illa, altis circiter m. 0.03 ad 0.04, inaequalibus, quae tamen et ipsae videntur aetatis esse fere eiusdem, scilicet saeculi secundi.

T · CASSIVS · CELER
PODIVM · CIRCI
PEDES · C ·
SVA · IMPENSA
D · D

Descripsi ex ectypo a Veiga misso; exemplum antea miserat Soromenho.

Fieri potest ut homo hic paullo post C. Licinium Badium partem podii faciendam curaverit.

5167 (= Eph. IV n. 3). Fragmentum epistylii repertum una cum titulis praecedentibus, litteris elegantibus saeculi secundi, fortasse aetatis Hadrianae, gracilibus neque profunde incisis, altis m. 0.10. Supra nihil videtur deesse.

CVM · ANTE
ET · STATVIS

Descripsi ex ectypo a Veiga misso; exemplum antea miserat Soromenho.

V. 2 F · ESTATVI Soromenho. Cum v. 1 ultimum elementum non I fuerit, sed E, supplendum videtur *cum ante*[*pagmentis*] . . . *et statuis*. Titulus sine dubio pertinet ad opus circi, ut n. 5166. 0100.

5168 Ara rep. no *cemiterio de Torre d'Ares, concelho de Tavira*; nunc Olisipone in museo. Ornata est anaglyphis, serto cet. Litterae sunt satis elegantes saeculi secundi, altae m. 0.03.

D · M · S ·
HONORI · ASN
CHAERIDIS · VIX
AN · XXVII · M · VI · D · XVI
C · FLAV · CELATVS
VXORI
H · S · E · S · T · T · L

Descripsi; ectypum misit Veiga.

5169 (= Eph. IV n. 4) *Quinta do Arroio, perto de Tavira, achada n'um cemiterio romano*; tabula litteris saec. II exeuntis, altis m. 0.03.

D · M · S ·
ALSIA · NEREIS ·
ANN · LX ·
H · S · E · S · T · T · L

Descripsi ex ectypo a Veiga misso; Soromenho exemplum misit.

5170 *Quinta do Arroio.*

D · M · S
DOMITIVS
FESTVS

Veiga non vidit, sed exemplum ab amico accepit, quod mihi misit.

5171 Arula ex lapide calcario, rep. a. 1850, ½ *legoa de Tavira na chamada fazenda da Trindade*; servatur Olisipone in museo.

ΧΕ ΡΕ ΤΕ

ΕΥΗΝΟϹ
ΚΑΙΑΝΤΙΟΧΙ Ι Ϲ
ΙΔΙΩΤΕΚΝ Ω
ΤΑΤΙΑΝΩ
ΓΛΥΚΥΤΑΤΩ
ΖΗϹΑΝΤΙ
ΕΝΙΑΥΤΟΝ
ΚΑΙΗΜΕΡΑϹ
ΜΝΗΜΗϹ
ΧΑΡΙΝ

ΧΕ ΡΕ ΤΕ

ΛΥΤΑ

patera — *urceus*

Descripsi et ectypum sumpsi; edidi in actis acad. Berol. a. 1881 p. 702; Veiga *povos Balsenses* p. 26 cum meis explicationibus.

Χέρετε. Εὔηνος καὶ Ἀντιοχὶς ἰδίῳ τέκνῳ Τατιανῷ γλυκυτάτῳ, ζήσαντι ἐνιαυτὸν καὶ ἡμέρας $\overline{\kappa}$· μνήμης χάριν· Χέρετε· [τ]αῦτα. Idem ταῦτα formulae loco positum, de quo monuit Hirschfeldius, legitur etiam in titulis sepulcralibus urbano VI 8026, Poetovionensi III 4070, Galliae Narbonensis duobus XII 674. 4123, aliis. Quid significet nondum satis certo explicatum est; videtur fere dicere '*haec est vitae humanae condicio*'.

5172 Rep. no *cemiterio de Torre d'Ares*; nunc Olisipone in museo, cippus litteris fugientibus, altis m. 0.04.

D · M · S
QVINTVS
FLAVIVS
SIIRANVS
AN XII

Descripsi; ectypum misit Veiga, qui legit v. 4. 5 SILBANVS | AN XLI. Sed XII mihi visa sunt certa esse.

5173 Rep. no *Quinta do Arroio*; servabat rex Ferdinandus; tabella lapidea alta et lata m. 0.03.

D M
PLOCE · SS . . .
E · E · CATVR . .
ANN · X · X · X · X
POSVIT · F · M//
TRI · H · S · E · S · T · T · L

Exempla habui Soromenii et Veigae; edidit A. C. Teixeira *relatorio* p. 10.

3 E · ECATVS Soromenho. Fortasse legendum *D(is) M(anibus)* [*s(acrum)*]; | *Ploce se*[*r*](*va*) *E*[*lii*] *Catur*[*ici*] | *ann*(*orum*) *XXXX* | *posuit f*(*ilius*) *m*[*a*]*tri*; *h. s. e. s. t. t. l.*; nisi est *Flavii Caturici*; nam de *Ploce Se*[*r*(*vii*) *f*(*ilia*) *Caturica* vix cogitaverim.

5174 *Torre d'Ares; na excavação do cemiterio.* Olisipone in museo.

D · M · S
M · CRE

Descripsi ex ectypo Veigae.

5175 (= Eph. II n. 302). Prope *Castromarim*; tabula lapidea litteris bonis saeculi secundi, altis m. 0.02. Olisipone in museo.

QVINTIA · PALVSTRI · F ·
ANNOR · XX · H · S · E
STATVA VISIVS · PROCVLS
ET · TVSCILLA · VXSOR · D · S · P ·

Descripsi; ectypum misit Veiga, exemplum Soromenho.

V. 1 in fine quadratarius primum F dedit, deinde in P correxit. 3 *statua* est accusativus.

5176 *Em Cortes Pereiras, no Monte de S. Martinho, 6 kilom. a NO de Alcoutim*, cippus marmoreus altus m. 1.00, latus 0.30; litteris evanidis saeculi secundi, altis m. 0.016. Olisipone in museo.

D · M · S
L · ANNI · PA
RIANI A
NNOR · VM
LXXXV
H · S · E

Descripsi ex ectypo Veigae. 2. 3 *Pariani* videtur legendum esse.

5177 Rep. no *Montinho das Larangeiras, perto de Alcoutim*; Olisipone in museo. Litterae altae sunt m. 0.023.

I · E
F S A
H · H
E P
L V
D
S I D

Descripsi ex ectypo, quod Veiga misit.

III. MYRTILIS (*Mertola*) p. 5.

n. 15—20.

Ad testimonia vetera de Myrtili oppido supra iam composita (p. 5) illud addo, cum Ossonoba et Balsa Myrtilim, veteris Latii oppidum Plinii (IV 117), a Mela (III 3, 7) et Plinio (IV 116), Varronem puto secutos, in *Cuneo* collocari atque sine dubio et ipsam inter vetustissimas eius regionis urbes esse numerandam. Notandum praeterea Iuliae cognomen, quod ei tribuitur apud Ptolemaeum solum (II 5, 5), non admodum certum esse, cum praecedat apud eum Pax Iulia, sequatur statim Iulia Myrtilis, quam potius Myrtilim Iuliam appellandam fuisse similitudo suadet. Nomen oppidi in nummis vetustis MVRTIL et MVRT scribitur; MYRT lectio videtur omnino incerta esse (Zobel *estudio histórico* II p. 185); neque mirum a nummis aetate rei publicae liberae cusis abesse vocalem Graecam hominibus Romanis aetatis illius ignotam. Utrum a myrtis, non raris certe in illa regione, nomen Romani finxerint an casu illud conveniat cum forma nominis aliqua peregrina ignoramus. Dixit de nummis illis Franciscus Matthaeus Gago apud Antonium Delgado (*nuevo metodo* II p. 198 ss.).

Etiam Myrtilis antiquae vestigia perscrutatus est Veiga (v. supra cap. I et II). Neque vero effossiones adhuc ibi institutae sunt iustae; aetatis vetustioris tituli tantum tres exigui vel fragmenta potius titulorum casu observata sunt (n. 5178—5180). Casu item prodierunt e fundamentis aedificiorum noviciorum, quae sunt in platea oppidi iuxta ecclesiam Carminis et aediculam S. Antonii, nummi aliquot Romani, inter quos denarii aetatis liberae rei publicae duo, in ipsa Myrtili urbe cusi nonnulli, reliqui saeculi quarti quintique, pavimentum deinde tessellatum testudinis imaginem exhibens, fragmenta doliorum vasculorumque varii generis, denique tabulae marmoreae non paucae, quae sepulcra hominum christianorum inde fere ab exeunte saeculo quinto texerant, inscriptae titulis sepulcralibus. Plures etiam dicuntur perisse ruptae ab eis qui repperorant operis inter aedificandum et in fundamenta aedificiorum novorum coniecta. Tabulae illae maximam partem Olisiponem translatae sunt in museum Algarbiense ibique extant; aliquot earum nuper per homines Britannos ibi in aerifodinis occupatos emptae inlatae sunt in museum Aelianense (*Newcastle-upon-Tyne*). Eae omnes edentur suo loco cum reliquis Hispaniae christianis nuper inventis. Ceterum fundamenta castelli a Mauris et postea a Christianis aedificati et ipsa dicuntur Romanae originis esse vel etiam vetustioris.

Descripsit monumenta illa omnia accurate Veiga in libro peculiari *memorias das antiguidades de Mertola observadas em 1877 e relatadas por S. P. M. E. da V.* (Olisipone 1880, pp. 190, 8. cum tabula situm oppidi exhibente et imaginibus photographis 27; dixi de eo libro in ephemeride *Deutsche Litteratur-Zeitung* a. 1881 p. 1118). Insunt praeterea in libro illo documenta quaedam et instrumenta, quae oppidi fata qualia fuerint sub Arabum et Portugallensium imperio illustrant.

5178 *Mertola, no baluarte do Castello, com frente para SO, a segunda pedra a partir do angulo pertencente a nona fiada horizontal, contando de cima para abaixo*, litteris grandibus et bonis; *morceau detaché d'un monument funéraire.*

M · BRVTTIVS · MARC ·

Veiga *Mertola* (1880) p. 74.

5179 *Mertola, no Arco da Misericordia*, fragm. marmoreum longum m. 0.40, alt. 1.09, *très effacé par le passage constant du peuple.*

. . . N . .
. . . . . V . .
. . AV · V . .
ALII . . . .
S · D

Veiga *Mertola* p. 19 et 73.

5180 *Mertola*, rep. a. 1883, fragmentum tabulae lapideae.

D · A . . .
M I N . . .
. . . . .

A. C. Borges de Figueiredo misit Olisipone m. Decembri a. 1883.

III^a. METALLVM VIPASCENSE (*Aljustrel*).

Aljustrel castellum vetustum est cum vico adiacente situm in campo *de Ourique* dicto, quo in campo tituli Latini adhuc nulli, litteris vero Ibericis scripti aliquot reperti sunt. Circa hunc locum aerifodinae veteres extant nuper denuo exerceri coeptae. Scauriae ibi vetustae per vastum terrae spatium sparsae sunt, quarum antiquissimae, quae accolis Phoeniciis tribuuntur non sine aliqua probabilitate, aere magis abundant quam recentiores Romanis tribui solitae. Etiam lapis scissilis ibi multus extat. Iuxta aediculam S. Iohannis *do deserto* fons adhuc scaturrit aquae, quam inde a vetustis temporibus saluberrimam esse fama est; dicitur a *fonte santo*, balneaque ibi adhuc sumuntur ab incolis et a peregrinis. Nummi ibi prodierunt Augusti, Neronis, Arcadii; deinde lucernae fictiles, hastarum cuspides aeneae, alia vitae antiquae vestigia. In ipsis aerifodinis, in loco dicto *na Fetaes*, et inter ipsas scaurias vetustas reperta est a. MDCCCLXXVI tabula aenea infra proposita, legem metallorum continens. Aes eius ex fodinis illis prodiisse comparatio cum aere adhuc ibi invento demonstravit. Ex lege hac vicum ibi metallorum fuisse discitur non infrequentem; vici autem eius parietinae nondum, quantum scio, repertae sunt. Cum plus duodecim inde ab invento aere anni elapsi sint neque alia praeterea tabula aenea ibi prodierit, iam sperare vix licet fore ut aliae eiusmodi tabulae ibi detegantur. Etiam tituli praeterea nulli aliaeve reliquiae repertae sunt. Societas certe, quae hodie fodinas exercet, Veigae de his rebus sciscitanti nihil respondit; sed videntur homines, qui ibi negotiantur, rerum vetustarum admodum incuriosi esse. Veiga autem, quamquam ipse regionem nondum accuratius perscrutatus est, secundum fontes, qui extant, geographicos et historicos de situ metallorum exposuit in libello infra indicato (p. 57 ss.). Non procul a metalli situ Aranni oppidum fuisse, quod in itinerario (p. 426, 3) quamvis hoc loco graviter corrupto inter Ossonobam et Salaciam ponitur, recte observavit idem. *Aranditani* stipendiarii provinciae Lusitaniae Plinii (IV 118), Ptolemaei (II 5, 5) Ἀραννίς, itinerariorum *Aranni* (p. 426, 3 Ravennas p. 306, 13 *Arani*) in ipso *Ourique* hodierno poni solent. Sed hoc valde incertum est propter itinerarii et Ptolemaei errores, de quibus dixit Car. Müller (ad Ptolemaei locum a. s.). Ne nominis quidem forma, sive illis *Arandi* fuit sive *Aranni* aliave, videtur satis certa esse. Nomen metalli e lege sola innotuit; utrum Vipasca fuerit nominativi eius forma an Vipascum diiudicari nequit. Ludens Berlanga proposuit cogitandum esse de metallo VI (sexto) Pacensi, quod cum Pacis Iuliae nomine composuit, non recte; metalla autem quinque alia in Hispania fuisse numerata quis demonstrare poterit?

In regione maritima provinciae *Alemtejo*, non procul a *Casevel* oppido, et circa *Ourique* et vicum *Aldeia do Palheiros*, iuxta confluentes *Marinão* et *Odemira* fluvios, in parte meridionali montium *Serra da Caldeirão*, situm est *Colla* castellum vetustum, quod Resende et Cenaculo iam inviserant, nuper accurate descripsit Gabriel Pereira Eborensis in libello *Notas d'archeologia, os castellos ou montes fortificados da Colla e Castro Verde, o dolmen furado da Candieira, ruinas de Citania de Briteiras* (Eborae 1879, pp. 85, 8.; dixi de eo in ephemeride *Jenaer Litteratur-Zeitung* a. 1879 p. 388). Castellum hoc et alterum vicinum dictum *o Castro Verde* ab indigenis condita, sed etiam a Romanis habitata videntur esse aetate posteriore. Tituli vero inde nondum ulli eruti sunt similes illorum, qui e *Citania* prope Bracaram sita prodierunt. Reliqua gentium, quae ante Romanos hic degerunt, monumenta hic non curamus.

5181 Tabula alta m. 0.72, lata 0.53, crassa 0.08 ad 0.013, integra superne et infra, item a latere laevo. A dextro manca est ita, ut scripturae, quam continet, desit clavus angustus, latus circiter m. 0.15; id quod certa ratiocinatione efficitur. Tabula enim a postica quoque parte inscripta est eisdem paene verbis atque antica, sed versibus ratione paullo diversa dispositis; praeterea pars antica initio undecim versus plus habet quam postica, postica vero in fine plus septem quam antica. Posticae partis exemplum lacunis infra indicatis hiat vitiaque scribendi habet non pauca, quae infra indicabuntur; propterea textus in altera tabulae facie repetitus est a caelatore antiquo. Aes Olisiponem transportatum ibique expositum est publice in coenobii quod fuit *de Jesus* ea parte, quae studiis geologicis destinata est; ubi vidi.

I. ANTICA PARS TABVLAE.

O

CENTESIMAE ARGENTARIAE STIPVLATIONIS CONDVCTOR BAI
NEM · INTRA FINES METALLI VIPASCENSIS FIENT EXCEPTIS IIS · QVAS · PROC · METALLORVM IV
RE ACCIPITO CONDVCTOR EX · PRETIO PVTEORVM · QVOS PROC · METALLORVM VENDET · CEN
SI INSTITVTA AVCTIONE VNIVERSALITER OMNIA ADDICTA FVERINT · NIHILO MINVS VENDITOR · C
SIVE EIVS · PRAESTARE · DEBETO , CONDVCTORI SOCIO ACTORIVS EIVS · SI VOLET STIPVLARI A
SOCIVS ACTORVE EIVS QVOQVE · SVMMAE QVAE EXCEPTA IN AVCTIONE ERIT CENTESIMAM EXIGITO
MAEVERIT SI · EAS NON ADDIXERIT ET · INTRA DIES DECEM QVAM · SVB PRAECONE FVERINT · DE CONDICI
DVCTORI · SOCIO ACTORIVE EIVS · CENTESIMAM · D · D · QVOD EX HOC CAPITE LEGIS CONDVCT
NISI IN TRIDVO PROXIMO QVAM DEBERE COEPTVM ERIT DATVM SOLVTVM SATISVE FACTVM ERIT · D
SCRIPTVRAE · PRAECONII QVI PRAECONIVM · CONDVXERIT · PRAECONEM INTRA FINES PRAES
X L · MINOREMVE FECERIT · CENTESIMAS DVAS AB EO QVI MAIOREM X C · FECERIT · CENTESIMAM EXIC
DEDERIT · SI QVINQVE MINOREMVE NVMERVM VENDIDERIT · CAPITVLARIVM IN SINGVLA CAPITA · V
DERIT · IN SINGVLA CAPITA · X III · CONDVCTORI SOCIO ACTORIVE EIVS · DARE DEBETO SIQVAS
DET LOCABITVE · IIS REBVS CONDVCTOR SOCIVS ACTORVS EIVS · PRAECONEM PRAESTARE DEBETO
DAE NOMINE PROPOSVERIT · CONDVCTORI SOCIO ACTORIVE EIVS · X I · D D PVTEORVM QVOS
PTOR CENTESIMAM · D D · QVOD SI IN TRIDVO NON DEDERIT · DVPLVM · D · D CONDVCTORI SOC
QVI MVLOS MVLAS ASINOS ASINAS · CABALLOS · EQVAS SVB PRAECONE VENDIDERIT · IN X · I · X III · D D · C
PRAECONEM SVBIECERIT · ET INTRA DIES · XXX · DE CONDICIONE VENDIDERIT · CONDVCTORI SOCIO
BALINEI · FRVENDI · CONDVCTOR BALINEI SOCIVSVE EIVS OMNIA SVA INPENSA BALINEVM
PR · K · IVL · PRIMAS OMNIBVS DIEBVS · CALFACERE ET PRAESTARE DEBETO · A PRIMA LVCE IN HORAM · SEPTIM
IN HORAM SECVNDAM · NOCTIS VIRIS ARBITRATV PROC QVI METALLIS PRAEERIT AQVAM IN
CAVSTIS · ET · IN LABRVM TAM · MVLIERIBVS · QVAM · VIRIS · PROFLVENTEM · RECTE · PRAESTARE DEBETO
AERIS · SEMISSES ET A MVLIERIBVS SINGVLIS AERIS ASSES EXIGITO · EXCIPIVNTVR · LIBERTI ET SERVI
COMMODA · PERCIPIENT · ITEM · INPVBERES · ET MILITES CONDVCTOR · SOCIVS · ACTORVE · EIVS
EI · ADSIGNATA ERVNT · INTEGRA CONDVCTIONE PERACTA REDDERE DEBETO NISI SIQVA VETVSTATE C
VTETVR · LAVARE TERGERE VNGVEREQVE ADIPE E RECENTI TRICENSIMA QVAQVE DIE · RECTE DEBETO
ERIT · QVO MINVS · LAVARE RECTE POSSIT EIVS TEMPORIS PRO RATA PENSIONEM · CONDVCTOR REPVTARE DEB
ALIVT · EIVSDEM BALINEI EXERCENDI CAVSA · FECERIT · REPVTARE NIHIL · DEBEBIT CONDVCTORI VE
BVS RAMORVM · QVAE OSTILI · IDONEA NON ERVNT NE LICETO · SI ADVERSVS HOC QVID FECERIT · IN SING
SI · ID BALINEVM · RECTE PRAEBITVM NON ERIT · TVM PROC · METALLORVM · MVLTAM CONDVCTORI · QVO
AD HS · CC · DICERE LICETO LIGNVM CONDVCTOR · REPOSITVM · OMNI TEMPORE · HABETO · QVO
SVTRINI · QVI CALCIAMENTORVM QVID LORAMENTORVMVE QVAE SVTORES TRACTARE SC
REM FECERIT · VENDITAVERITVE SIVE QVID ALIVT QVOD SVTORES VENDERE DEBENT · VENDIDE
CONDVCTORI SOCIO ACTORIVE EIVS · DVPLVM · D D · CONDVCTOR · CLAVOM EX LEGE FERRARIAR
ACTORIVE EIVS · PIGNVS CAPERE LICETO REFICERE CALCIAMENTA · NVLLI LICEBIT · NISI CV
VE CONDVCTOR OMNE GENVS · CALCIAMENTORVM · PRAESTARE DEBETO NI ITA FECER
ESTO TONSTRINI CONDVCTOR FRVI DEBETO · ITA NE ALIVS IN V
TERRITORIS · EIVS · TONSTRINVM QVAESTVS CAVSA FACIAT QVI ITA TONSTRINVM FECERIT IN SIN
CONDVCTORI SOCIO ACTORIVE EIVS · D · D · ET EA FERRAMENTA · COMMISSA CONDVCTORI SVNTO
DOMINOS AVT CONSERVOS · SVOS CVRAVERINT CIRCITORIBVS · QVOS CONDVCTOR
DVCTORI SOCIO ACTORIVE EIVS · PIGNORIS CAPTIO ESTO · QVI PIGNVS CAPIENTEM PROHIBVERIT
DEBETO CONDVCTOR · VNVM PLVRESVE ARTIFICES · IDONEOS IN PORTIONEM RECIPITO
TABERNARVM · FVLLONIARVM VESTIMENTA RVDIA VEL RECVRATA NEMINI
CIVS · ACTORVE EIVS LOCAVERIT PERMISERITVE LICETO · QVI CONVICTVS FVERIT · ADVERSVS EA QVI
X III · CONDVCTORI SOCIO ACTORIVS EIVS · D D PIGNVS CONDVCTORI · SOCIO ACTORI
SCRIPTVRAE SCAVRARIORVM ET TESTARIORVM · QVI IN FINIBVS · MET
O AS ARGENTARIAS · AERARIAS PVLVEREMVE · EX SCAVREIS · RVTRAMINA · AD MENSVRAM PONDV
DERE FRANGERE CERNERE · LAVARE VOLET · QVIVE LAPICAEDINIS · OPVS · QVO QVO MODO FACIEN
SERVOS MERCENNARIOSQVE · MITTENT · IN TRIDVO PROXIMO PROFITEANTVR · ET SOLVAN
INTRA PR · K QVASQVE NI ITA FECERINT · DVPLVM · D D QVI EX · ALIS LOCIS VBERTVMBISA
FINES · METALLORVM · INFERET · IN · P · C · R I · CONDVCTORI SOCIO ACTORIVS EIVS · D D · QV
CTORI SOCIO ACTORIVE EIVS DEBEBITVR · NEQVE EA DIE QVA DEBERI COEPTVM ERIT · SOL
CONDVCTORI SOCIO ACTORIVE EIVS · PIGNVS CAPERE LICETO ET QVOD EIVS SCAVRIAE P
I I I

O

II. POSTICA PARS TABVLAE.

MAIO REM · Q N
VR NVMERVM VENDIDERIT CAPITVLARIVM IN SINGVLA CAPIT
SINGVLA · CAPITA · X · III · CONDVCTORI · SOCIO ACTORIVE EIVS
FISCI VENDET · LOCARITVE · IIS · RERVS CONDVCTOR SOCIVS ACTO
VM CVIVSQVE REI VENDVNDAE NOMINE · PROPOSVERIT COND
PROC · METALLORVM VENDIDERIT EMPTOR · CENTESIMAM · D · D ·
CONDVCTORI · SOCIO · ACTORIVE EIVS PIGNVS CAPE LICETO QVI MVLOS · MV
PRAECONE VENDIDERIT IN K · SING X III · D · D · QVI MANCIPIA · ALIAMVE QVAM REM
XRR · DE CONDICIDNE V DERIT · CONDVCTORI SOCIO ACTORIVE EIVS
BALINEI FRVENDI CONDVCTOR BALINEI
RIT · IN PR · RA ALPACIET ET PRAESTARE DEBETO A PR
ET AR NORA OCTAVA IN HORAN SECVNDAM NOCTIS VIRIS ARRITRATV · PROC · QV
RVMMAM RANAM HYPOCAVSTIS ET IN LARRVM TAM MVLIERIRVS QVAM VIRIS PRO
CONDVCTOR · A VIRIS SING AERIS · SEMISSES ET A MVLIERIRVS · SING · AERIS ASSES EXIGIT
IN OFFICIIS ERVNT VEL COMMODA PERCIPIENT · ITEM INPVBERES ET MILITES CONDV
TA OMNIA QVAE EI ADSIGNATA ERVNT INTEGRA CONDVCTIONE PERACTA REDDERE DE
AENA QVIRVS VTETVR LAVARE TERGERE VNGVERE ADIPE E RECENTI TRICENSIMA QVAQVE D
ERIT QVO MINVS · LAVARE RECTE POSSIT · EIVS TEMPORIS PRO RATA PENSIONEM · CONDVC
HAEC · ET SIQVID ALIVT EIVSDEM BALINEI · EXERCENDI CAVSA FECERIT REPVTARE NIHIL
NISI EX RECISAMINIBVS RAMORVM QVAE ORTILI · IDONEA NON ERVNT NE LICETO EI ADV
CENTENOS · R FISCO · D · D · SI ID BALINEVM RECTE PRAERITVM NON ERIT TVNC PROC
ENS RECTE PRAEBITVM NON ERIT VSQVE AD HS CC DICERE LICETO
LIGNVM CONDVCTOR REPOSITVM OMNI TEMPORE HABETO QVOD DIERVS
SVTRINI · QVI CALCIAMENTORVM · QVID LORAMENTORVMVE QVAE SVTORE
GAREM FIRESIT VENDITAVERITVE SIVE QVID ALIVT QVOD SVTORES VENDERE DEBENT VE
CONDVCTORI SOCIO ACTORIVE EIVS DVPLVM · D · D CONDVCTOR CLAVOM ER LEGRE
O ACTORIVE EIVS · PIGNVS CAPERE LICETO · REFICERE CALCIAMENTA NVLLI LICER
RITVE CONDVCTOR OMNE GENVS CALCIAMENTORVM PRAESTARE DEBETO NE
IVS ESTO TONSTRINI CONDVCTOR FRVI DEBETO ITA NE ALIVS INV
RIS EIVS · TONSTRINVM · QVAESTVS CAVSA FACIAT QVI ITA TONSTRINVM · FECERIT · IN S
CONDVCTORI · SOCIO · ACTORIVE EIVS · D · D · ET EA FERRAMENTA COMMISSA CONDVCT
QVI DOMINOS · AVT CONSERVOS SVOS CVRAVERIT CIRCITORIRVS · QVOS · C
TO · CONDVCTORI · SOCIO ACTORIVE EIVS · PIGNORIS CAPTIO ESTO · QVI PIGNVS CAP
RITIONES · R V · D D CONDVCTOR VNVM · PLVRESVE ARTIFICES · IDONEOS IN
TABERNARVM · FVLLONIARVM VESTIMENTA RVDIA VEL RECVRATA N
CIVS ACTORVE EIVS LOCAVERIT PERMISERITVE LICETO QVI CONVICTVS · FVERIT ·
CINIAS · X II CONDVCTORI · SOCIO ACTORIVE EIVS · D D · PIGNVS CONDVCTORI SOC
SCRIPTVRAE · SCAVRARIORVM · ET TESTARIORVM · QVI IN FINIB
RIAE · ARGENTARIAS · AERARIAS PVLVEREMVE · EX SCAVREIS · RVTRAMINA AD MES
RE EXPEDIRE FRANGERE CERNERE LAVARE VOLET · QVIVE · LAPICARDINIS OPVS QV
FACIENDVM SERVOS MERCENNARIOSQVE MITTENT IN TRIDVO PROXIMO PR
QVE MENSE INTRA · PR · KAL · QVASQVE · NI · ITA FECERINT DVPLVM · D D QVI EX AL
TRAMINA IN FINES METALLORVM INFERET IN P · C X I · CONDVCTORI · SOCIO ACTO
LEGIR CONDVCTORI SOCIO ACTORIVE EIVS DEBERITVR · NEQVE · EA DIE · QVA DEBE
D D D CONDVCTORI SOCIO ACTORIVE EIVS PIGNVS CAPERE LICETO ET QVOD EIVS SC
TVM CRETVM LAVATVMQVE ERIT QVIVE LAPIDES LAVSIAE EXPEDITAE IN LAPICAEDI
QVID DEBITVM ERIT CONDVCTORI SOCIO ACTORIVE EIVS · SOLVTVM ERIT ER
FLATORVM ARGENTARIORVM AERARIORVM QVI FLATVRIS DOMINORVM PATRON
LVDI MAGISTRI LVDI MAGISTROS · A PROC · METALLORVM IMMVNES ESS
VSVRPATIONES · PVTEORVM · SIVE · PITTACIARIVM QVI INTRA F
QVE PVTEI IVRIS RETINENDI CAVSA VSVRPARIT OCCVPABITVE E LEGE METALLIS DICTA E
VERIT APVD CONDVCTOREM SOCIVM ACTOREMVE HVIVS · VECTIGALIS PROFITEAT

Centesimae argentariae stipulationis. Conductor earum *stipulationum quae ob auctio-* (28)
nem intra fines metalli Vipascensis fient, exceptis iis, quas proc. metallorum iussu *imp. faciet, centesimam a vendito-* (30)
re accipito. Conductor ex pretio puteorum, quos proc. metallorum vendet, centesimam ne exigito.
Si instituta auctione universaliter omnia addicta fuerint, nihilo minus venditor centesimam *conductori socio acto-* (27)
rive eius praestare debeto. Conductori socio actorive eius, si volet stipulari a v*enditore, is promittito. Conductor* (29)
socius actorve eius [*eius*] quoque summae, quae excepta in auctione erit, centesimam exigito. *Qui merces sub praecone*
habuerit, si eas non addixerit et intra dies decem, quam sub praecone fuerint, de condici*one vendiderit, nihilo minus con-* (27)
ductori socio actorive eius centesimam d. d. Quod ex hoc capite legis conduct*ori socio actorive eius debebitur,* (26)
nisi in triduo proximo quam debere coeptum erit, datum solutum satisve factum erit, du*plum d. d.*

Scripturae praeconii. Qui praeconium conduxerit, praeconem intra fines praeb*eto. Pro mercede ab eo qui venditionem* (31)
[aes II, 1] ✱ L minoremve fecerit, centesimas duas, ab eo qui maiorem ✱ C fecerit, centesimam exig*ito. Qui mancipia sub praecone venum* (30)
dederit, si quinque minoremve numerum vendiderit, capitularium in singula capita ✱ ..., *si maiorem numerum vendi-*
derit, in singula capita ✱ III conductori socio actorive eius dare debeto. Siquas *res proc. metallorum nomine fisci ven-* (31)
det locabitve, iis rebus conductor socius actorve eius praeconem praestare debeto. Q*ui inventarium cuiusque rei vendun-* (30)
dae nomine proposuerit, conductori socio actorive eius ✱ I d. d. Puteorum, quos proc. metallorum vendiderit, em- (28)
ptor centesimam d. d. Quod si in triduo non dederit, duplum d. d. Conductori socio actorive eius pignus cape[*re*] liceto. (32)
Qui mulos mulas asinos asinas caballos equas sub praecone vendiderit in k. ✱ III d. d. Qui mancipia aliamve quam rem *sub* (27)
praeconem subiecerit et intra dies XXX de condicione vendiderit, conductori socio actorive eius *idem d. d.*

Balinei fruendi. Conductor balinei sociusve eius omnia sua inpensa balineum, *quod ita conductum habebit in* (28)
pr. k. Iul. primas, omnibus diebus calfacere et praestare debeto a prima luce in horam septim*am diei mulieribus* et ab hora octava (30)
in horam secundam noctis viris arbitratu proc. qui metallis praeerit. Aquam in *balineum usque ad* summam ranam hypo- (30)
caustis et in labrum tam mulieribus quam viris profluentem recte praestare debeto. Conductor a viris sing.
aeris semisses et a mulieribus singulis aeris asses exigito. Excipiuntur liberti et servi *Caes. qui proc.* in offi[c]is erunt vel (29)
commoda percipient, item inpuberes et milites. Conductor socius actorve eius *instrumentum balinei et* ea omnia quae (32)
ei adsignata erunt integra conductione peracta reddere debeto nisi siqua vetustate c*orrupta erunt.* Aena quibus
utatur lavare tergere ungueraque adipe e recenti tricensima quaque die recte debeto. . . . .
erit, quo minus lavare recte possit, eius temporis pro rata pensionem conductor reputare deb*eto.* *Propter* haec et siquid
aliut eiusdem balinei exercendi causa fecerit reputare nihil debebit. Conductori ve*ndere ligna* nisi ex recisamini- (29)
bus ramorum quae ostili idonea non erunt ne liceto. Si adversus hoc quid fecerit, in singul*as venditiones HS* centenos n. fisco d. d. (32)
Si id balineum recte praebitum non erit, tum proc. metallorum multam conductori quotiens recte praebitum non erit usque (31)
ad HS CC dicere liceto. Lignum conductor repositum omni tempore habeto, quod diebus ...... *satis sit.*

Sutrini. Qui calciamentorum quid loramentorumve, quae sutores tractare so*lent, fecerit clavomve caliga-* (26)
rem fixerit venditaveritve sive quid aliut, quod sutores vendere debent, vendidis*se intra fines convictus erit, is* (27)
conductori socio actorive eius duplum d. d. Conductor clavom ex lege ferrariar*um vendito.* *Conductori socio* (28)
actorive eius pignus capere liceto. Reficere calciamenta nulli licebit nisi cu*m sua domnive quis curaverit refecerit-* (34)
ve. Conductor omne genus calciamentorum praestare debeto: ni ita fecer*it uni cuique ubi volet emendi* ius (29)
esto. **Tonstrini.** Conductor frui debeto ita, ne alius in v*ico metalli Vipascensis inve* (29)
territorio eius tonstrinum quaestus causa faciat. Qui ita tonstrinum fecerit, in sin*gulos ferramentorum usus ✱ ..* (23)
conductori socio actorive eius d. d. et ea ferramenta commissa conductori sunto. *Excipiuntur servi* qui
dominos aut conservos suos curaverint. Circitoribus, quos conductor *non miserit, tondendi ius ne esto.* Con- (30)

1 ea[rum venditionum quae per] *Soromenho Bruns Re* 2 *solve* proc(urator) *et sic deinceps* Lu[sitaniae] *Soromenho contra aes*, iu[ssuve proc(uratoris) quis] *Mommsen olim*, iu[ssu imp.] *Buecheler*, iu[re fisci] *Re* 3 cen[tesimam ab emptore exigito (accipito sed *Soromenho*)] *poteris item supplere (cf. v. 48) idque probant Bruns Flach Berlanga*, [ne exigito] *Caillemer Demelius* 5 a v[enditore liceto. Conductor] *Soromenho*, a v[enditore, et permittito] *Re*, [venditor deleto a] *Mommsen* 6 *alterum* eius *om. aes* *extr.* [qui [quaslibet *add. Flach Re*] res sub praecone] *Bruns Flach* 8 *solve* d(are) d(ebeto) 9 *exspectamus* deberi 12 praeb[eto. Conductor ab eo qui venditionem] *Flach*, [venditionem maiorem] *Re* 11 *solve* ✱ (denarios) L (quinquaginta) *et sic deinceps; scribendum autem hic videtur* ✱ C exig[ito. Qui mancipia vendenda] *Re* 14 q[ui libell]um *Re* 16 cape *aes II* 17 in k. sing *aes II*, *solve* in k(apita) sing(ula) 18 actorive eius [quod supra dictum d. d.] *Flach*, actorive eius [centesimam d. d.] *Re* 19 omnia *aes*; *corrige* omni balineum [praebeto. Qui balineum habe]bit *Re* 20 pr. ka *aes II*; *solve* pr(idie) k(alendas) Iul(ias) calfaciet *aes II* 21 in [alveum usque] *Bruns Flach Re* 22 tan *aes I*, tam *aes II* 23 sing. *aes II* servi [artificum qui] in *Soromenho* officis *aes II* 24 eius [balineum et instrumen]ta omnia *Flach*, [balineum et instrumenta] ea *Re* 25 [erunt. Vasa] aena *Soromenho* 26 unguere adipe *aes II* [Si non per conductorem factum] *Mommsen*, [si per proc. metallorum tum factum] *Buecheler*, [si vis maior damnumve fatale inpedi]erit *Hirschfeld*, [siqua necessaria refectio impedi]erit *Flach*, [si vis maior per aliquod tempus impedi]erit *ego* 27 [Praeter] haec *Bruns Flach Re*, [Ceterum ob] haec *Buecheler* 29 in sing(ulas) ve[nditiones] *Buecheler Re*, singul[as venditiones] *Soromenho*, [vehes] *Mommsen* *in fine solve* HS (sestertium) centenos n(ummos) 30 tunc *aes II* 31 *Post* HCC *fortasse* N *excidit* diebus [opus sit] *Soromenho*, diebus [XXX] *Buecheler* 32 [tractaverit vel clavom] *Soromenho*, [fecerit] *Buecheler* 33 vendidis[se convictus fuerit] *Soromenho*, vendidis[se (vendiderit) convictus erit ni pretium] *Re* 34 ferrariar[um locata] *Soromenho*, ex lege ferraria r[ecte vendito] *Wilmanns*, ferrariar[um vendere debeto] *Buecheler* 35 *Supplevit Mommsen*, cu[i conductor locaverit permiserit] *Soromenho Re*, cu[m sua domnive quis tractaverit curave]rit *Buecheler* 36 fecer[it cuivis ubi] *Soromenho* 37 in v[icis] *Buecheler* 38 sin[gulas tonsiones] *Soromenho*, sin[gula ferramenta] *Re* 40 curaverit *aes II* [non receperit, tondere ne lice]to *Soromenho*, [non miserit, curare ne lice]to *Re* [miserit, tonstrinam facere lice]to *Buecheler*

ductori socio actorive eius pignoris captio esto. Qui pignus capientem prohibuerit, in singulas prohibitiones x v d. (26)
debeto. Conductor unum pluresve artifices idoneos in portionem recipito.

Tabernarum fulloniarum. Vestimenta rudia vel recenta nemini mercede polire nisi cui conductor so- (36)
cius actorve eius locaverit permiseritve liceto. Qui convictus fuerit adversus ea quid fecisse, in singulas lacinias (36)
x III conductori socio actorive eius d. d. Pignus conductori socio actorive eius capere liceto.

Scripturae scaurariorum et testariorum. Qui in finibus metalli Vipascensis . . . . scauri-
ae argentarias aerarias pulveremve ex scaureis rutramina[ve] ad mensuram ponduse purgare . . . . . re expe-
dire frangere cernere lavare volet quive lapicaedinis opus quo quo modo faciendum suscipiet, quos ad id faciendum (29)
servos mercennariosque mittent, in triduo proximo profiteantur et solvant x . . . conductori quoque mense
intra pr. k. quasque: ni ita fecerint, duplum d. d. Qui ex alis locis ubertumbis aeris argentive rutramina in (33)
fines metallorum inferet, in p. C x I conductori socio actorive eius d. d. Quod ex hoc capite legis condu- (23)
ctori socio actorive eius debebitur neque ea die, qua deberi coeptum erit, solutum satisve factum erit d. d. d.
Conductori socio actorive eius pignus capere liceto et quod eius scauriae purgatum . . . . . expeditum frac-
[ee/ll] tum cretum lavatumque erit quive lapides laesiae expeditae in lapicaedinis erunt, commissa ei sunto, nisi quid- (31)
quid debitum erit conductori socio actorive eius solutum erit. Excipiuntur servi et liberti (23)
flatorum argentariorum aerariorum qui flaturis dominorum patronorumque operam dant.

Ludi magistri. Ludi magistros a proc. metallorum immunes esse placet.

[50] Usurpationes puteorum sive pittaciarium. Qui intra fines metalli Vipascensis puteum locum- (32)
que putei iuris retinendi causa usurpabit occupabitve e lege metallis dicta, biduo proximo quod usurpaverit occupa- (32)
verit apud conductorem sociem actoremve huius vectigalis profiteatur . . . . . .

42 init. d pro debeto aes II 43 f]aes; mercede Buecheler 46 X II aes II 46 met[allorum . .] Soromenho, met[allorum permissu proc. scau]rias Wilmanns, [tractando scau]rias Buecheler 47 rutramina aes, probante Buechelero pondu[s vendere sive purga]re Soromenho, pondu[sve emet quive purgare tollere aut tunde]re Buecheler, pondu[sve coempta coque]re Wilmanns, pondu[sve purgare tundere ure]re Flach 48 facien[dum suscipiet, si ad id] Soromenho 49 solvan[t conductori X uno quo]que Soromenho 50 pr. kal. aes II, solve pr[idie] k[alendas] ae[s pulveremve vel ru]tramina Soromenho 51 solve p(ondo) C (centum) 52 d. d. d. solve d(uplum) d(are) d(ebeto) 53 pu[rgandae causa expeditum frac]tum Soromenho, pu[rgatum sublatum expeditum frac]tum Buecheler, ru[tramina coctum expeditum frac]tum Wilmanns, pu[rgatum tunsum ustum expeditum frac]tum Flach, pu[lveris rutraminum expeditum frac]tum amicus quidam meus 54 [et] om. Soromenho 55 [servi et mercennarii] Flach 56 patro[rumve erunt] Soromenho, patron[orumve operam dant] Flach 58 fi[nes metallorum item ambitum-] Soromenho 59 p[uteos quos usurpaverit vel occupa]verit Soromenho 60 profiteatu[r et solvat] Soromenho.

Ectypa chartacea imaginesque photographas misit Soromenius, cui tabulam primus indicaverat Veiga. Inde edidi cum supplementis Mommseni et meis in Ephem. epigr. vol. III (1877) p. 165 ss. cum tabulis heliographis ab eodem Soromenio subministratis. Textum constitui et supplevi adiuvantibus Mommseno, Buechelero, Buechsenschuetzio, Hirschfeldio, Iordane, Kruegero. Exemplum meum a. 1884 comparavi cum archetypo, idem iterum fecit a. 1888 Berlanga. Addidi commentarium plenum, quem hic repetivi omissis minus necessariis, additis vero eis quae e commentariis postea editis accesserunt utilia.

Editionem principem curavit Soromenius in libello *La Table de bronze d'Aljustrel, rapport adressé à Monsieur le Ministre de l'Intérieur par Augusto Soromenho, professeur d'histoire à l'école supérieure de lettres* etc. etc. Olisipone 1877 (16 pp.) 8. cum tabulis sex, secutus textum a Veiga primum descriptum, ut is postea probavit.

Textum ediderunt integrum nostrates duo, duo Francogalli, Italus, Lusitanus, Hispanus:

Carolus Giraud in ephemeride *Journal des Savants* a. 1877 p. 640 ss.

Georgius Bruns in iure consultorum ephemeride *Zeitschrift für Rechtsgeschichte* vol. XIII a. 1878 p. 372 ss., deinde in fontibus suis iuris Romani, ed. quartae, Tubingae a. 1879, p. 141 ss., quintae, a. 1887, p. 247 ss.

Gustavus Wilmanns, auctor voluminis octavi huius corporis, in ephemeride, quae destinata est rei metallicae iurique metallorum illustrandis *Zeitschrift für Bergrecht* vol XIX a. 1878 p. 217 ss., addita versione vernacula.

Iacobus Flach in dissertatione *La Table de bronze d'Aljustrel, étude sur l'administration des mines au 1er siècle de notre ère* ex ephemeride *La Nouvelle Revue historique de droit français et étranger* (anni II 1878) seorsum expressa, Parisiis 1879 (70 pp.) 8. cum tabulis quattuor, addita versione Gallica et commentario amplo. Censuram eius libelli doctam egerunt G. Bloch *Revue archéologique* vol. XXXVIII a. 1879 p. 58 ss., R. Dareste *séances et travaux de l'acad. des sciences mor. et polit.* vol. XI 1879 p. 441 ss., E. Caillemer in ephemeride *Revue critique* a. 1880 I p. 185 ss.

Camillus Re in ephemeride iure consultorum Itala *Archivio giuridico* vol. XXIII a. 1879 p. 327 ss. cum adnotationibus doctis.

S. P. M. Estacio da Veiga, *a Tabula de Bronze de Aljustrel, lida, deduzida e comentada em 1876, memoria presentada à Academia Real das Sciencias de Lisboa*, Olisipone 1880 (71 pp. cum octo tabulis) 8. Textum suum a Soromenio editum esse probavit scriptor, ut supra monui; addidit praeterea observationes utilissimas de locis, ubi tabula reperta est, quamquam societas, quae fodinas exercet, aditum ei negavit neque de rebus ibi inventis quidquam aperuit, ut dixi, deque ratione, qua metalla adhuc in Portugallia exercentur. Rettuli breviter de hoc libello in ephemeride *Deutsche Litteraturzeitung* a. 1881 p. 1117.

Emmanuel Rodriguez de Berlanga, in 'Hispaniae anteromanae syntagmate' suo (Malacae 1881—1884, 8.) p. 625 ss. Textum ephemeridis epigraphicae contulit accurate a. 1879 cum archetypo et minuta quaedam, litteras dimidiatas potissimum, correxit; addidit tabelas lithographas aerum omnium, quae adhuc in Hispaniis prodierunt, optimas, exemplum versuum aliquot modulo archetypi expressum, versionem Hispanam, commentarium amplissimum.

Denique verba legis repetivit J. J. Binder in appendice dissertationis *die Bergwerke im römischen Staatshaushalte* (partes II, Laibach 1880—1881, 61 et 35 pp. 8.; cf. G. A. Saalfeld *Philol. Rundschau* III 1883 p. 981 s.).

Praeterea Franciscus Buecheler observationes novas de lege eiusque verbis proposuit in censura ephemeridis epigraphicae inserta ephemeridi litterariae Ienensi a. 1877 p. 737 ss. et in Woelfflini archivio lexicographiae Latinae vol. II a. 1885 p. 605 ss. Idem a me rogatus commentarium relegit et novas observationes addidit.

Quae ad iuris Romani doctrinam et rei publicae administrationem illustrandam e lege hac disci possent exposuerunt

C. G. Dietrich in libro *Beiträge zur Kenntniss des römischen Staatspächtersystems*, Lipsiae 1877 (VIII 66 pp.) 8.

G. Demelius in dissertatione zur *Erklärung* der lex metalli Vipascensis

in ephemeride *Zeitschrift der Savignystiftung, romanistische Abtheilung* vol. IV a. 1883 p. 33 ss.

Breviter de argumento legis rettulit Lefort in ephemeride Gallica *Revue générale du droit* a. 1877 p. 297 ss., aliquanto accuratius ego in ephemeride Germanica *Deutsche Rundschau* vol. III a. 1877 p. 185 ss. et C. Giraud in opere *séances et travaux de l'académie des sciences morales et politiques* vol. X a. 1878 p. 783 ss.

COMMENTARIVS.

Partis posticae exemplum hiat lacunis compluribus insuntque et vitia nonnulla scribendi. Lacunae sunt in vv. posticae 4 8 10 11 22; praeterea sculpta sunt v. 15 *cape* pro *capere* anticae, v. 20 *pr. ka* pro *pr. k.* errore sane proclivi, v. 23 *offiois* pro *officis*, v. 45 *curaverit* pro *curaverint*. Deinde posticae scriptura in compendiorum usu aliisque quibusdam minutiis ab anticae differt, quae infra adnotabuntur. Apparet igitur quadratarium fortasse provincialem libellum scriptum, quem sculpendo expressurus erat, non ubique intellexisse et propterea inter sculpendum pessum dedisse. Ne vero perderet aes iam laevigatum et in certam formam circumcisum vertit tabulam textusque partem in aversa male insculptam repetivit libello interim melius lecto atque intellecto. Cum quae in postica parte scripta sunt non prorsus respondeant eis quae antica habet, apparet restitutionem per tabulas paginasve plures pertinuisse. Ita igitur accidit ut quae desunt a dextro latere versuum singulorum particulae suppleri possint magna ex parte. Duorum versuum (10. 15) ne una quidem littera periit; aliorum duorum (17. 31) duae tantum tresve. In partibus illis plene servatis insunt litterae viginti sex ad triginta et unam, reliquorum igitur supplendorum eum inde nanciscimur modum, ut intra triginta plus minus litteras supplementa necessario ea continere debeant. Incertum vero est, num ea sola quam dixi scripturae particula in tabulae fractura perierit; poterat enim illa inscripta esse paginis columnisve duabus pluribusve, quod factum videmus in instrumentis ex Hispaniae solo erutis reliquis, in tabulis Malacitana Salpensana Ursonensibus. Itaque is quem ex scriptura partis anticae posticaeque coniuncta nanciscimur textus versuum sexaginta fieri potest ut ne unius quidem tabulae integer sit. Accedit quod in parte antica ima a laeva insculptus est numerus III. Tabulae igitur I et II minimum interierunt; num post tertiam in alia aliisve praeterea scriptura continuata fuerit sciri nequit. Foramina clavibus figendis destinata in marginibus superiore et inferiore, item in sinistro, singula supersunt, ita disposita, ut infra et supra et fortasse a dextra singula periisse cum margine dextro appareat.

Scriptura legis — Litteratura anticae posticaeque aequabilis est et ut dixi perspicua, quamquam non elegans. Forma eius perspicitur ex speciminibus, quae proposui in Exemplis script. epigr. Lat. n. 808, et ex tabula photographa ephemeridi adiecta. Apparet inde litterarum formam eandem fere esse atque in tabulis Hispanis legum municipalium reliquis, scilicet saeculi primi exeuntis. A littera non raro linea transversa caret; A M N apicibus supra angulos eductis scribuntur, L cauda interdum curvata et breviculà, G cauda transversa et infra lineam deducta; I F P potissimum non raro altiores sunt quam reliquae litterae; E T L I facile confunduntur. Puncta ubi ponuntur formam monstrant triangulam sollemnem; sed saepe omittuntur neglegentia puto quadratarii; in fine enuntiatorum vix unquam ponuntur (v. 18 post titulum capitis: cf. posticam v. 24 et 39).

Compendia scripturae non adhibentur nisi communis usus facilisque interpretationis haec

pr(idus) k(alendas) v. 55 *pr(idie) k(alendas) Iul(ias)* 20; *ka* v. 20 in postica; Soromenius *pr(oximas) k(alendas)* solvit exemplo nullo

in k(apite) I v. 17, *in k(apite) sing(ulo)* in postica

proc(urator) v. 2 3 15 21 30 57

HS *sestertium* et N *nummos* 25 31

p(ondo) C *(centum)* v. 81; quod Soromenius hic quoque legit *p(roximas) c(alendas)* ferri omnino nequit, cum nec *p* littera proximas nec *c* kalendas significet

sing(ulis) v. 22 23 in postica, in antica *singulis*.

E iuris civilis formulis consuetis tantum

d(are) d(ebeto) paene constanter (v. 8 15 18 bis 17 20 34 35 45 50 51) per litteras singulares scribitur; bis tantum (v. 13 42 ubi postica tamen litteras singulares videtur habuisse) perscripta est. Perscribitur *debeto* ubicumque cum aliis verbis iungitur (v. 5 14 20 22 25 26 27 36 37). Semel praeterea in postica errore fortasse quadratarii *d. d. d.* scriptum est pro *duplum dare debeto* (v. 52); duplum enim vocabulum per compendium scribi non posse certum est.

Denarii nota ubique adhibetur singularis et a consuetis a vetustiore et recentiore X diversa ita ut a litteram linea transversa mediam tantum, non totam, transgrediatur, sic x. Comparari potest quod in hac quoque lege ut in tabulis Malacitana Salpensana Ursonensi in sestertium nota similiter linea transversa duas tantum numeri hastas, non s litteram transgreditur, sic HS.

Scripta est lex per cola et commata, neque vero ita ut singula enuntiata in fine versuum desinerent, sed ut spatiis vacuis interpositis distinguerentur. Distributa est in capita (ita enim in ipsa lege appellantur v. 8 [51]), quorum inscriptiones sive rubricae litteris maioribus initio plerumque versuum, interdum autem etiam mediis in versibus positae sunt. Numeri rubricaeve litterae singulares (R) adduntur nusquam. Syllabarum distinctio vulgaris est a syllaba nova fere incipiens; sed v. 18 *em|ptor* 52 *condu|ctori* scribitur, 34 *frac|tum* supplemento debetur.

Non desunt omnino, ut solet accidere etiam in publicae auctoritatis instrumentis, errores quadratarii. Vitia in postica ab eo commissa supra indicavi; in antica scripta sunt v. 6 *debere* pro *deberi* (sed *lavare* v. 27 non videtur mutandum esse in *lavari*), 11 I X L pro X C (ut videtur), 22 *tan mulieribus* (in postica *tam* scriptum est); nisi hoc sermonis rusticitati cuidam attribuere mavis. Quod v. 25 *lavare tergere unguereque* scriptum est fortasse et ipsum errori tribuendum; nam quod in postica legitur *lavare tergere unguere* omissa particula copulativa magis respondet consuetudini sermonis et iudicio aurium, ut observavit Buechelerus. Semel vocabulum omissum est, sed errore proclivi, cum idem praecedat (*eius* v. 8); semel fortasse *ve* syllaba excidit v. 47.

Sermo legis — Dicendi scribendique ratio in hac lege observata vetustatem quandam, qualis in iure civili et publico diutius mansit quam in litteratorum hominum usu, temperatam fere exhibet consuetudine per totum saeculum primum observata. Ita, si a vocalium usu incipimus, vetusto more scribuntur *clavom* v. 34, *vendundae* 14; sed *faciendum* 48 bis et *proximo* 15 *tricensimo* 25. Etiam quod *lapicaedinae* scribitur v. 48 54, non *lapicidinae*, forma iusta atque aliunde iam nota (CIL III 75), et *aeno* 25 pro *aheno* optimae aetatis indicia sunt. In *calciamenta* scriptura v. 32 35 38 pro *calceamenta* lex tenetur in brevis vocalis cum *a* littera concursu paene constanter observata a vetustioribus; fortasse etiam *pittaciarium* forma v. 38 huc trahenda pro eo quod esse potuit *pittacearium*. Similiter recte *scauriae* v. 53 scribitur, non *scaureae*; sed tamen *scaureis* v. 47, non *scauriis* nec *scauris*, cum quadam inconstantia, quam etiam in eo observare licet quod bis *iis* scriptum est v. 2 14, item *praeconii* 10, sed contra *alis* pro *aliis* 50, *officis* 23, *territoris* 38. Neque contractum est, ut fere obtinet apud vetustiores, *praeerit* in *praerit* v. 21. Vides igitur non unam aliquam certam observari disciplinae grammaticae normam.

Huc etiam trahendum videtur quod I longa in scribendo adhibetur recte quidem, id est in vocali producta sola, neque vero constanter. Scriptum enim est in antica (posticam omitto) IIS v. 2 14 TERRITORIS 38 ALIS 50, PRAECONII 10 EI 25 ACTORI CONDVCTORI 35 41 43 51 53 SI 38 OMNI 31; praeterea FIENT 2 ADDIXERIT 7 TRIDVO 5 PRIMA 20 TONSTRINVM 38 bis. Sed hoc quoque, cum etiam alias litteras supra lineam extolli videamus, ut dixi, vix certae consuetudini tribuendum. Productae enim *i* litterae multo plures a correptis non distinguuntur. Similis inconstantia in reliquis tabulis Hispanis observatur.

In consonantibus quod *k* littera scripta est ante *a*, ut oportuit, in *k(alendis)* 28 50 et *k(apitibus)* 17 20, cum perscriberentur *capita* et *capitularium* 12 13, tenemus similem inconstantiam. Nota deinde vetustiorum consuetudine dentalis in fine acuitur in *aliut* 28 33, sed *apud* scribitur 60 et cavetur a *quod* et *quot* confundendis. Geminatur consonans in *mercennariis* 49 recte; recte item *quotiens* 30 scribitur et *tricensima* 26, sed *mensura* 17 paene rustice. Non assimilantur consonantes in *adsignata* 25 et *inpensa* 19 *inpuberes* 24; recte contra *commissa* 39 et *immunes* 57 scribuntur. Errore potius quam certa ex lege *tan mulieribus* 22 scriptum esse supra iam dixi. Constanter consonantium concursus vitatur in *balineo* 10 ter 28 30; sed *calfacere* 20 scribitur, non *calefacere*. Scribendo recte coniunguntur *siquam siqua siquid* 13 25 27, seiunguntur *quod si* 15 *quo minus* 27 *quo quo modo* 46.

Sermo in universum planus et castus est atque ea, quam iuris periti exigunt, perspicuitate et ubertate. Ex usu singulorum vocabulorum haec adnotanda videntur, *recurandi* v. 43 verbum Catullianum *reputandique* 27 28 usus e iure civili notus; equae *caballis* 17 oppositae non equis (vocabuli peregrini certe quamquam ab Lucilio et Horatio in sermonibus non spreti origo nescio an Hispana fuerit); adverbia *e recenti* 26 (de similibus Madvigius dixit in Adversariis criticis II 1873 p. 66) et *universaliter* 4; *ni* pro *nisi* 36 50 positum in formula *ni ita fecerit* (alioquin *nisi* 6 25 28 35), *tam* et *tamen* 30 promiscue usurpata (hoc enim postica v. 21, illud antica habet); *tabernae fullonicae* 43, non *fullonicae*, cum utrumque fuerit in usu; *commodo percipere* 24 et *sub praeconem subicere* 18 locutiones fortasse in iure civili sollemnes.

Vocabula praeterea non pauca pro legis ambitu non magno primum ex ea innotescunt, *lausiae ostifa pittaciarium recisamen rutramen scauriae testarius ubertumbus*; ea infra explicare conabor.

Haec omnia eodem ducunt, quo litterarum formam ducere supra dixi, ut conscriptam esse legem credamus ea aetate, qua vetusta dicendi scribendique consuetudo nondum plene exoleverat, nova eandem usque quaque locum obtinuerat; id est sub finem saeculi primi.

Tempus E rebus in ipsa lege memoratis cum certam temporis definitionem capere non liceat, ut infra videbimus (desunt enim praescripta legis neque usquam sive consules sive imperatores sive aliud quidquam profertur, quod temporis notam in se habeat), conveniunt tamen cum temporis definitione ex litteratura et sermone derivata quae in universum e legis verbis edocemur; in primis procurator metallorum saepius nominatus non potest referri nisi ad imperatoriam aetatem eamque non ineuntem, sed iam provectiorem. Certe ultra medium fere saeculum primum in tempore definiendo adscendere vetamur munere illo.

Priusquam ad singula accedam, complectar quae ad verba tituli in universum recte intellegenda sive ex ipso illo sive aliunde adscisci possunt. Atque primum dicam de nomine et condicione metalli Vipascensis.

Metallum Vipascense Loci eius, ad quem hunc titulum pertinuisse ex ipso eo discimus, nomen semel tantum perscriptum est v. 2, ubi *fines metalli Vipascensis* memorantur. Eandem loci designationem cum probabilitate bis praeterea supplere licet v. 46 58. Semel praeterea nominantur *fines metallorum* v. 51, semel v. 10 *intra fines* scriptum est non addito metalli metallorumve vocabulo. Cum finibus componenda sine dubio *territoria eius* v. 38; quod praeterea ibi supplevimus in *v[ico metalli Vipascensis inve]* territoris veri simile, non certum est. Loci nomen hic primum comparet; vicus, si quis fuit, Vipasca fortasse aut Vipascum dictus metallo Vipascensi nomen dedit. Nam a Vipascis Vipascitanus, a Vipascone Vipasconensis potius derivandum erat secundum similium nominum in Hispaniis flexionem. Variari autem videtur inter metalli metallorumque designationem; idemque in huius vocabuli usu tam Graeco quam Latino apud scriptores quoque observatur. Scilicet unum quodque metallum cum fodinas puteosque multos habere soleret, singula metalla plurali numero saepe dicta sunt. Ita in nummis quoque Traiani et Hadriani pluralis numerus iuxta singularem usurpatur discrimine, si fuit, nobis obscuro: *metalli Ulpiani, Pannonici, Dardanici* eis inscriptum est, sed etiam *Aeliano Pincensio, metal(lis) Aurelianis* (Eckhel D. N. VI p. 446 ss.). Metalli metallorumve horum territorium cum intra certos fines collocatum fuisse appareat, quaeritur cuius generis ea res publica fuerit. Cum nulli eius memorentur nec magistratus nec cives incolaeve, attamen de immunitate aliquid caveatur v. 57 quaeque ibi fuisse videmus balneum tonstrinum tabernae fullonicae et reliqua vitam quodam modo municipalem aperte indicent, adsentior Mommseno, cuius ea de re opinionem infra expositam vides in adnotatione eius. Scilicet metallum Vipascense vici pagive fere condicionem habuisse mihi persuadeo summumque eius magistratum fuisse procuratorem metallorum, de quo iam exponam.

Lusitaniam provinciam inde ab origine Caesaris fuisse constat. Procurator metallorum Metalla autem non solum in Caesaris sed etiam in senatus provinciis scimus pleraque aut fisci fuisse aut patrimonii imperatoris ac propterea a procuratoribus Caesaris administrata esse. Vide Marquardtii röm. *Staatsverwaltung* II[2] p. 250 ss. quaeque Hirschfeldius de eis exposuit in libro suo *Untersuchungen auf dem Gebiete der römischen Verwaltungsgeschichte* I (Berol. 1876) p. 72 ss. Ceterum de cura metallorum comparanda sunt quae observavit A. Héron de Villefosse, cum de lapicaedinis Simittensibus (*Chemtou*) in Africa provincia ageret *Revue archéologique* vol. XLIII a. 1882 p. 283 ss. Fisci fuisse metallum Vipascense titulus hic diserte testatur: venditiones locationes a procuratore metallorum nomine *fisci* fiunt v. 13, multa *fisco* solvenda dicitur v. 20. Cum vero nec omnia totius imperii metalla ab uno quodam procuratore summo nec unius cuiusque provinciae a singulis procuratoribus administrata esse probabile sit (cf. Hirschfeldius l. s. c. p. 87), quod in hoc titulo procurator sollemni, ut apparet, muneris designatione saepe dicitur *procurator metallorum* v. 2 3 15 30 67 (unde supplevimus v. 13) aut *procurator qui metallis praeerit* v. 21, id aut ita explicandum erit, ut statuamus eum non Vipascensi tantum metallo sed etiam aliis vicinis puto metallis praefuisse, aut ita simpliciter, ut etiam unius alicuius regionis metalla plurali numero interdum designata esse putemus. Certe quod Soromenius proposuit v. 2 extr. legendum *proc(urator) metallorum Lu[sitaniae]* stare non potest. Cave enim tantum, ut ectypum et imago photographa demonstrant, I illa L litterae similis evasit, cum infra lineola appareat, quae ne recta quidem est, ut esse debuit, sed obliqua.

Ad metallum igitur Vipascense regionemve eam, in qua fines Lex metalli territoriave eius metalli fuerunt, lex haec pertinuit. Legem se esse ter ipsa testatur: *quod ex hoc capite legis . . .* [*debebitur*] v. 8, *qu[od ex hoc capite] legis . . . debebitur* v. 51, *e lege metallis dicta* v. 59. Etiam hoc ultimo loco hanc ipsam legem indicari equidem puto; sed potest ea de re etiam aliter iudicari. Restant reliqua testimonia duo certa, quae non posse spectare nisi ad hanc ipsam legem capitum eius indicatio demonstrat. Leges autem scimus appellatas esse imperatorum constitutiones de iure municipali deque civitate Romana viritim tribuenda, ut Mommsenus exposuit in commentario ad leges Malacitanam et Salpensanam p. 390 ss. itemque in enchir. iuris publici Romani II[2] p. 852 ss. Notus praeterea est communis in lingua Latina usus vocabuli, quod est lex, ad designanda praecepta regulasve quibus collegia sodalicia templa fana et quae sunt similia utebantur. Eius vero generis legem, ubi de vectigali metallorum agitur, ut infra apparebit, deque locatione conductione non posse constitutam esse nisi aut ab imperatore ipso, cuius metalla erant, aut a procuratore metallorum, summo, quod dixi probabile esse, eius magistratu, certum est. Cum quae initio praescripta fuerunt legi interierint, ex eis quae supersunt capitibus qualis illa fuerit generis ratiocinatione certa recuperari nequit. Neque vero huic metallo tantum, sed aliis quoque eisque, quae fisci fuerunt, fortasse omnibus tales fuisse leges inde deduco, quod in hac ipsa lege *lex ferrariorum* memoratur v. 34; eam huic legi similem fuisse probabile est. Wilmannsius legem ferrariam intellegit eam legis partem, qua de rebus ferrariis statutum erat. Ita enim singula legis capita inscripta fuisse putabat; ut infra adnotabitur. Opinionem eius refutavit Flachius.

Universa lex, cuius exigua fortasse tantum superest particula, Capita legis quid continuerit, non magis certa coniectura assequi licet, quam quali ea forma fuerit. Illud autem apparet, in capitibus eius quae supersunt paene omnibus agi de locatione conductione rerum officiorumque diversissimi generis a procuratore metallorum instituenda. Certe eius generis praecepta potuerunt proposita esse lege edictove singulari de conductione locatione. Tamen magis probabile est inserta ea fuisse legi alicui universae metallo illi Vipascensi dictae, qua universa administratio usque eius

tralaticio puto more regebantur. Eam indicari v. 59 supra iam dixi probabile esse. In novem autem legis capitibus, quorum titulos infra composui, negotia et officia enumerantur ea, quae credenda sunt metalli domino, id est imperatori fiscove eius, iure reservata fuisse. Ea procurator metallorum conductoribus locabat ita, ut pensionem illi fisco solverent annuam. Unum caput breve quod est de ludi magistris conductionis locationis praeceptum non continet neque ullam huius negotii exercendi causa pensionem fisco solvendam esse praecipit. Capitibus autem novem servatis, quae brevitatis causa numeris distinguo in ipsa lege, ut dixi, non adscriptis, hi praepositi sunt tituli:

I *centesimae argentariae stipulationis*
II *scripturae praeconii*
III *balinei fruendi*
IV *sutrini*
V *tonstrini*
VI *tabernarum fulloniarum*
VII *scripturae scaurariorum et testariorum*
VIII *ludi magistri*
IX *usurpationes puteorum sive pittaciarium*

Quattuor horum titulorum (III IV V VI) possis putare genetivo casu proferri aut ita explicando, ut intellegatur conductio locatio balinei fruendi, sutrini, tonstrini, tabernarum fulloniarum, aut fortasse suspenso a praescriptionis totius legis tali fere formula: *quae negotia officiave procurator metallorum ex hac lege locaverit, eorum negotiorum officiorumve conductores singuli pensiones fisco solvunto eis condicionibus quae infra scriptae sunt;* videlicet *balinei fruendi* pensio ita solvenda vel similiter. Quod Wilmannsius proposuit a legis vocabulo cogitatione addendo genetivos illos suspensos esse, probabilitate caret. Nam quod legis portoriae Africanae (CIL VIII 4508) capita singula leges dicuntur, diversum est. Tres alii tituli (I II VII) utrum genetivo an nominativo concepti sint ex vocabulorum formis ipsis certo non sequitur. Centesimae enim et scripturae illae etiam plurali numero dictae esse possunt, ita ut intellegantur centesimae pro una quaque stipulatione argentaria solvendae. Scripturas tum dictas esse putaverim, similiter ut vetustam pascuorum scripturam, pensiones praeconibus pro uno quoque praeconio solvendas. Haec incerta esse scio; sed non magis certam puto quam Mommsenus proposuit in adnotatione infra posita explicationem. Magis hic quoque videtur intellegenda esse conductio sive pensio centesimae argentariae stipulationis, scripturae praeconii, scripturae scaurariorum et testariorum. Nam quod in titulis hisce ab altero genetivo alter suspensus est non offendit in sermone legis non ad dicendi artem anxie formato, sed potius inculto quique perspicuitati tantum inserviat. Restant tituli duo nominativis certis concepti VIII *ludi magistri* et IX *usurpationes puteorum sive pittaciarium*. Nam *ludi magistri* verba non pro genetivis habenda esse verba ipsius capitis (*ludi magistros . . . immunes es[se placet]*) suadent; *usurpationes* autem, non *usurpationis*, videtur revera scriptum esse in aere, quamvis eo loco corroso neque prorsus perspicuo. Sed etiamsi *usurpationis* dedisse quadratarium aut certe dare voluisse statuimus, restat *pittaciarium* forma, quae quamquam et ipsa potest genetivus esse a nominativo *pittaciares* aut *pittaciaria* recte formatus, tamen vix probabiliter poterit coniungi cum usurpationis vocabulo, quidquid praeterea de huius tituli significatione sane subobscura indicabis. Itaque in titulorum forma aequabilitatem non magis videmus servatam esse quam in scriptura et in sermone huius legis. Multo etiam minus in titulorum serie certus ordo videtur observatus esse. Licet enim post centesimam argentariae stipulationis recte sequatur scriptura praeconii possintque etiam non inepte iungi balineum sutrinum tonstrinum fullonica, tamen caput breve quod est de ludi magistris interponitur ratione nulla inter scripturam scaurariorum et usurpationes puteorum. Ceterum ne in legibus quidem populi Romani ordinem servari certum et perspicuum lex Iulia municipalis testatur; in lege Ursonensi idem observare licet. De universo igitur legis genere et indole etiam ex titulorum servatorum ordine certi nihil deducitur.

Conductores Notum est negotiatores Romanos peregrinosque qui vectigalia publica conducerent secundum vetustam consuetudinem, quam fortasse ex Poenorum aliorumve barbarorum exemplo licet derivare, in societates saepe coiisse, unde de conductore aliquo singulari paene numquam, sed constanter fere de conductoribus mentio fit; ut Hirschfeldius adnotavit l. s. s. p. 75 collatis quae Marquardtius collegit *röm. Staatsverwaltung* II² p. 264 adn. 8*). In Hispania metalla potissimum multa sociis locata erant (cf. Plinius n. h. XXXIII 118 XXXIV 165) idemque etiam alibi obtinuit. Ex lege Vipascensi discimus negotia officiaque omnia, quae secundum eam locantur, a sociis conduci solita esse. Conductores socios illos servos mancipesque habuisse, quibus pecuniae potissimum exigendae operam mandarent, consentaneum est. Hinc formula sollemni locis plus viginti in hac lege nominari videmus *conductorem socium actoremve eius* (v. 4 5 8 bis 13 14 16 16 18 21 34 38 40 43 46 bis 51 bis 53 55 60). Semel fortasse neglegentia quadam quadratarii *conductor sociusve* ponitur omisso actore (v. 15). Quaeritur autem num certa ex causa *conductor* solus nec actore nec socio adiecto nominetur item non raro, scilicet terdeciens (v. 1 3 22 27 28 30 31 34 36 37 38 48 42). Semel similiter pro conductore scriptum est *qui conduxerit* (v. 10). Credere aliquis possit id ibi fieri ubi non quid conductori praestandum sit ab aliis indicetur, sed quid ipse facere aut praestare debeat; sed illud in v. 1 3 non quadrat. Brevitatis igitur tantum causa formulae sollemnitas videtur interdum neglecta esse.

Quaeritur deinde conductores illi socii, quibus singula negotia officia locantur, utrum iidem fuerint homines, an in singulis rebus diversi. Hoc quamquam consequens est ex verbis legis, tamen re illud fere evenisse olim putabam, scilicet unam fuisse conductorum societatem, quae metalla ipsa omniaque quae metallorum operis praestanda essent conduxisset, conductores scilicet metalli Vipascensis. Sed concedo quae Brunsius (p. 174) contra meam sententiam protulit, gravia esse; itaque nunc iam de conductoribus singulis magis cogitandum censeo. Locationes conductiones huius legis idem Brunsius prorsus similes esse animadvertit eorum institutorum iuris Germanici, quae vocabantur *Bannrechte*.

Procedo nunc ad singulorum capitum explicationem.

Quam frequentes in vita Romana tam publica quam privata auctiones fuerint Mommsenus exposuit, cum tabellas perscriptionum Pompeianas a Iulio de Petra primum editas explicaret (in Hermae vol. XII p. 91 ss.). Ipsae tabellae illae eodem anni 1876 vere repertae, quo tabula Vipascensis prodiit, auctiones quem ad modum institui solitae sint accuratius et plenius quam antea nos edocuerunt. Stipulationem vero argentariam eam dictam esse, quae inter argentarium venditoremque fiebat, ex hac demum lege innotuit. Unde hoc legis caput una cum sequenti Mommsenus primum edidit loco supra indicato, propterea quod inde demum codicillis Pompeianis plena lux affulsit. Contra Brunsius argentariam stipulationem eam esse iudicat, quam argentarius cum emptoribus facit, non eam quam is qui auctionem instituit cum argentario init: unde recepit supplementum a Soromenio propositum, quod etiam Flachius probat, adversante Demelio. Centesima rerum venalium sive auctionum ab Augusto instituta et post aliquot mutationes a Claudio restituta in Italia tantum valebat (cf. Suetonii Gaium c. 16); agi videtur hic de centesima, quam a venditoribus exigebant qui eorum nomine auctiones instituebant, id est argentarii. Inde stipulationis argentariae nomen explicatur. Quae contra hanc opinionem a Mommseno defensam Flachius proposuit (p. 28 s.), agi de centesima illa etiam in provinciis post Gaium Caesarem instituta, in eis non videtur audiendus esse. Quod alibi argentariis, id ex hac lege conductori centesimae soli licet in omnibus eius generis stipulationibus praeter eas, quas summus regionis magistratus procurator metalli iussu imperatoris (ita enim lacuna v. 2 videtur suppleri posse probabiliter) in fisci commodum instituerit. Unde si procurator puteos metalli vendit, quod quid significet infra quaeremus, conductori a venditore centesimam exigere non licuit, licuit fortasse ab emptore; utrumque enim suppleri potest. Alioquin venditor, etiamsi omnia sua in auctione foras dedit (quod inter metallorum operas fortasse non raro accidit), tamen centesimam conductori praestare cogitur, neque liberantur a centesimae solutione eae

I Centesimae argentariae stipulationis v. 1-3

*) Ex Poenorum fortasse consuetudine illud fluxisse conieci, quod publicani in societates coierint, non quod vectigalia Romani omnino locaverint. Quod contra Dietrichium moneo, qui de opinione mea prave rettulit (*Staatspachtersystem* p. 24 s.).

summae, quas venditor in auctione excipere voluit, veluti praedii usum fructum similiaque. Brunsius probante Flachio cogitandum potius existimat de rebus omnibus statim post inceptam auctionem uno pretio addictis (ut in l. 35 § 6 de contr. emt.), ita ut re vera nulla omnino auctio fuerit: tamen ibi centesimam solvendam fuisse, fortasse recte. Exceptam summam idem intellegit partem summae e rebus venditis oriundae, quae propter compensationem vel dationem in solutum ret. excepta sit e solvendo: quod probavit Be. Flachius summam exceptam putat a venditore ante auctionem vel in ea ipsa. Be summam exceptam esse existimat *le spese d'incanto a carico del venditore*; agi igitur ea de re, utrum centesima exigenda sit *del prodotto netto* on *del lordo*. Demelius nec meam nec Brunsii Flachiique opinionem probans collatu Ulpiani l. XXX ad Sabinum l. 13 pr. de praescr. verb. id significari putat, ut res aliquis det auctione vendendas certo pretio excepto sive certa summa excepta. Conductor igitur certo pretio rem suscipit ac deinde auctione venum dat, venditor contra proferre non potest centesimam summae exceptae non sibi solvendam esse, sed conductori. Quod vereor ut e verbis legis elici possit. Interpositum est loco minus apto — in universum enim valet videturque aptius praemitti debuisse — de stipulatione praeceptum, quam conductorem cum venditore fecisse aut certe facere potuisse dixi. Etenim quod Mommsenus proposuit huius sententiae supplementum *is promittito* quamquam non certum, tamen simplicissimum est probaturque etiam a Demelio. Quod sequitur praeceptum ob eadem Mommseno probabiliter suppletum est in eam sententiam, ut etiam quae frustra in auctione vendenda proposita essent et intra dies decem venum iissent ea condicione, quam cum conductore stipulatus erat venditor, a centesimae solutione non liberari iuberentur: id quod in universum valuisse probabile est. Sane in capite quod sequitur de praeconio simile praeceptum redit (v. 17). Brunsius contra de condicione vendere idem significare putavit atque sine condicione, vereor ne contra grammaticam. Flachius de condicione (i. e. auctionis) vendere oppositum esse putat venditioni per praeconem; quod subobscure significatum esset. Tamen etiam Demelio et Buechelero probatur; ille de condicione vendere idem esse putat atque pacto sive conventione inter venditorem et emptorem facta vendere; huic de condicione vendere est sine auctione vel praecone vendere, *nach Verabredung*. In fine capitis demum multa dupli solvendi ei dicitur, qui tridui spatium solvendo hic ut alibi constitutum non servaverit.

II Scripturae praeconii v. 10—18 Auctiones institui non potuisse sine indicio, quod per praecones ad hoc negotium legitime, ut videntur, exercendum destinatos in publico propositum esset, consentaneum est et demonstratur frequenti praeconum in talibus negotiis mentione. Itaque praeconium cum stipulatione argentaria vinculo necessario coniunctam suo loco conductori hic locari videmus. Qui praeconium conduxit, unum minimum intra fines metalli praeconem praebere iubetur. Merces praeconii (illud enim vocabulum hic maxime requiri praeter alia etiam codicilli Pompeiani probant) ex venditionis reditu qui infra denarios centum erit (quinquaginta enim numerus qui traditur videtur errori quadratarii deberi, quoniam de eis quae plus quinquaginta sed minus centum denarios produxissent tum omnino nihil statutum esset) centesimae duae, qui supra, centesima a venditore solvenda est. De mancipiis venum datis pro mercede praeconii capitularium exigitur secundum numerum eorum diversum, de quinque minoreve numero denarii fortasse quini, de maiore numero terni. Similiter de mulis asinis equis utriusque sexus capitularium praeconi solvendum est denariorum singulorum; quod praeceptum loco minus apto infra post alia additur (v. 17). Neque quidquam mutatur, siquis auctione non instituta quae per praeconem vendenda proposuerat intra dies triginta ea condicione vendidit, quam cum praecone stipulatus erat. Simile praeceptum supra habuimus in stipulatione argentaria (v. 6). Siquis sine praecone aliquid vendendum offert inventario publice exhibito, conductor praeconii denarium unum ab eo accipit.

Interpositae sunt praeceptis his, quae ad praeconium in venditionibus privatis pertinent, exceptiones similes earum quas in primo capite habuimus, scilicet spectantes ad venditiones a procuratore metallorum institutas. Puteorum emptor centesimam solvere debet conductori (v. 15) intra triduum sub poena dupli solvendi conductorique pignoris captio in eum conceditur. Haec quoque infra in similibus redit (v. 35 41 45) addita semel (v. 41) alia multa in eum constituta, qui pignoris captionem prohibuerit. Ut ex pretio puteorum quos procurator vendit centesima aut nulla exigitur aut ab emptore, ita reliquarum rerum venditionibus locationibusve ab eo institutis fisci nomine praeco gratis praebendus est; in puteorum venditionibus centesima praeconii ab emptore exigitur.

Quam late balneorum usus patuerit per totam antiquitatem notissimum est. ne operis quidem metallorum pauperibus beneficium hoc salutare deesse voluerunt qui ea regebant. Locatur balnei fructus conductori ita, ut is arbitratu procuratoris metallorum a kalendis Iuliis unius cuiusque anni in pridie kalendas easdem anni sequentis sua impensa balnea recte praestare debeat omnibus diebus certis diei horis viris mulieribusque pretiis certis. Ab hora octava viros Romae lavari consuevisse ex aliis iam testimoniis deducere licuit; mulierum horae certae nondum innotuerunt. Scilicet quamquam consentaneum est diversis locis horas quoque balneorum variasse, in universum tamen credibile, quae Romae in usu erant horae, eas etiam alibi observatas esse (vide Marquardtii enchir. VII² 1886 p. 270). Ita in hoc quoque metallo videtur *more urbico* lavatum esse, ut est in titulis notis duobus Bononiensi et suburbano apud Marinium (Arv. p. 532). De balneorum pretiis non multa adhuc testimonia suppetebant (vide Marquardtium l. s. s. p. 274): quod a viris semisses, non quadrantes, ut Romae in balneis publicis, a mulieribus asses exiguntur, e lucro conductori concesso fortasse explicandum est. Quaecumque praestanda sunt singillatim praescribuntur, nequid desiderent qui balneis utuntur: aqua e recenti profluens tam calida quam frigida (in hypocaustis enim calida et tepida, in labris frigida videtur fuisse), ahena cum cura purgata, lignum ad calefaciendum necessarium. Quod aqua in hypocaustis ad summam ranam praestanda (v. 21) dicitur inde fortasse explicatur, quod in lacu ranis ex aere puto factis et certis spatiis ad parietes affixis aquae altitudo indicabatur. Buechelero videtur credibilius esse ranae vocabulum aliam significationem praeter solitam habuisse eamque in solo balneorum usu servatam. Flachius tuborum ora, e quibus aqua in alveum influebat, ranarum formam habuisse putat. Summam igitur ranam nisi aqua attingebat, parum aquae praestitisse conductor arguebatur. Ceterum aliunde quantum scio simile nihil traditum neque in balneorum reliquiis usquam observatum est.

III Balinei fruendi v. 19—31

Aëna (sive *ahena*, ut grammatici aliquot scribendum docebant) vasa sunt supra hypocausim posita, in quibus aqua balneo destinata calefiebat; docet hoc Vitruvii testimonium aliquod notum et saepe adhibitum V 11, 1 (cf. Marquardt l. s. s. p. 285). Ea igitur conductor iubetur uno quoque mense *lavare tergere unguere[que] adipe e recenti*, id est ex integro, ne sordeant ranceantque, sed recentem polituram habeant; ut observavit Buechelerus. Quae Mommsenus comparavit, aedificia reficienda curari *a solo* vel *a fundamentis*, videntur diversa esse.

Lignum ad calefaciendum necessarium (v. 31, comprehendo enim hic quoque quae quamvis diversis huius capitis locis scripta re ipsa tamen coniungenda sunt) conductor semper paratum habere iubetur; vendere (v. 28) eius ligni nihil ei licet, nisi quod ad calefaciendum usus nullius est. Haec sine dubio *ligna* illa sunt (v. 28) *ex recisaminibus ramorum quae ostili idonea non erunt*. Etenim recisaminis vocabulum aliunde nondum notum facile derivatur a recidendo vel potius recisando; ostile autem, quod in utraque laminae parte clare legitur, difficilius explicatur. Cogitavi ego de *ustilis, ustile* adiectivo ab urendo formato ut ab utendo utilis, a suendo sutilis formantur, probavitque hanc meam coniecturam Buechelerus, qui o illud pro u positum ex more antiquo repetendum putavit, memor scilicet formarum vetustarum quales sunt *nontiare oncia poplicus corare* et similium, quae tamen aliquo modo diversae sunt. Alia certe explicatio non suppetit; nam quam Flachius proposuit, *ustilium*, *outil* Gallorum, intellegendum esse, probabilitate omni caret. Buechelerus *textile et missile* vocabula e textu et missu similiter deflexa comparavit, item *ostiginem* i. e. *ustiginem* agnorum morbum 'veluti ignem sacrum' Columellae (VII 5 extr.).

A pretio pro balneis solvendo excipiuntur liberti (v. 23) et servi Caesaris (si recte hoc supplevimus), qui in officio procuratoris sunt, ut consentaneum est; si suppleremus *quique proc. in officis erunt* servosque

Caesaris ab illis distingueremus, beneficium balnei *gratuiti* nimium videretur extendi. Qui commoda percipiunt ei omnes sunt, quibus salaria honorariave solvuntur a procuratore. Gratis praeterea lavantur impuberes, more item urbico sive potius universali, quem ex Iuvenalis versiculo quodam notissimo iam cognovimus (sat. II 152 *nec pueri credunt nisi qui nondum aere lavantur*), denique milites. Habuit igitur etiam militiam aliquam in metallis ad manus procurator, si certam eum in hac metallorum regione sedem habuisse statuimus. Tamen nullam ibi in castris fuisse legionem cohortem alam constat. Si procurator in haec metallorum regionem, quod aeque licet sumere, ex tempore tantum devertebat, potuit ex colonia aliqua vicina, in qua tendebant milites, numerum eorum secum ducere. In coloniis etiam militiam aliquam municipalem fuisse e lege Ursonensi didicimus; de ea autem hic videtur vix cogitari posse.

Conductori instrumenta balinei (si recte supplevimus v. 24) aliaque adsignantur; ea *conductione peracta* (sollemnis haec videtur esse locutio) integra restituere iubetur exceptis quae vetustate corrupta erunt. Secuntur cautiones variae quibus quid conductor balinei praestare debeat quidve non debeat accuratius definitur. Quaecumque conductor (v. 27) in haec (puto in aëna aliaque instrumenta balinei) impenderit quidve fecerit praeterea balinei exercendi causa, ea omnia de suo praestare neque quidquam pro eis reputare, id est de summa vectigalis detrahere debebit. Verum tamen si non sua culpa (v. 26) conductor per aliquod tempus balineum recte praestare non potuit, pro rata eius temporis certam summam de pensione annua vectigalis reputare, id est detrahere, debet sive potius potest aut permittitur. Neque vero haerendum in debendi vocabulo; nam quod licet alicui facere, id etiam facere debere is dici potest non inepte. Reputandi autem vocabulum ea qua hic notione computando opposita etiam a iuris civilis auctoribus usurpatur (vide Dirkseni manuale Latinitatis fontium iuris civilis Romanorum s. v.). Eam autem fere fuisse sententiam enuntiati mutili manifestum est, de verbis ipsis certo modo recuperandis videtur desperandum esse. Quae proposuerunt Mommsenus (probante Brunsio) Buechelerus Hirschfeldius (qui apte comparare iubet ad supplementum ab ipso propositum locum dig. XVIII 6, 2 § 1 aliosque librorum iuris civilis similes), de quot supplendi modis variis cogitari possit indicant. Vix autem causa prohibitionis in iussu quodam ipsius procuratoris quaeri poterit. Recte enim Mommsenus observavit non facile causam aliquam excogitari posse, quae procuratorem movere potuerit ad balnea incolis interdicenda neque intellegi cur excludantur causae aliae usum balneorum impedientes, quales sunt hostes latronesve, incendium, terrae motus similiave. Requiri igitur necessario cautionem quae complectatur causas omnes quae usum balneorum iis impediant, ut conductor extra culpam sit. Propter *quo minus* particulas quae secuntur ipsum impediendi prohibendive vocabulum usurpatum fuisse probabile est. Lavandi autem vocabulum intransitiva significatione quam dicunt indicare potest ipsius balnei usum neque facile videtur referri posse ad aënorum purgationem, quae proxime praecedit; quamquam grammaticae leges talem explicationem videntur suadere. Id tamen Buechelero eo magis placuit, quod hoc loco non de eorum, qui balneo utuntur, damno quodam, sed de eius, qui balneum conduxit, sermo sit. Contra illud facile intellegitur, si causa quadam fortuita vel externa balnei usus impeditus fuerit, tum eius temporis, quo conductor balneum recte praebere non potuerit, pensionem a totius vectigalis summa detractam esse. Simili ex causa conductori etiam de lignis, quae in usum balnei parata (v. 28) semper habere debet, ut supra vidimus, nihil vendere permittitur quaestus causa praeter recisamina inutilia; si contra fecit, multa ei dicitur fisco solvenda in singulas venditiones (ut infra v. 44 *in singulas prohibitiones*); in singulas lignorum vehes, quod Mommsenus propter multae magnitudinem praetulit secundum exemplum noti tituli urbani, in quo *lignorum vehes decem* memorantur (CIL VI 1585), Buechelerus minus aptum esse recte observavit. Contra si conductoris aliqua culpa (v. 30) balnei usus impeditur, procurator multam conductori dicere potest item pro rata temporis puto, per quod prohibitio durabat, neque vero supra sestertium ducentos nummos.

IV Sutrini v. 33-37 Secuntur de sutrino tonstrino fullonicis praecepta cum balneo aliquo similitudinis vinculo coniuncta. Sutrini conductor quid praestare debeat in universum tantum praescribitur. Non calciamenta tantum (v. 36) omnis generis sed etiam loramenta eum praestare debuisse clavosque caligares (qui saepe memorantur alibi, vide Marquardtii enchir. VII[2] p. 596 adn. 6) fixisse atque venditasse ex lege ferrariarum (v. 34), de qua supra dixi (p. 784), aliaque, quae sutores vendebant, vendidisse ex eis apparet, quae reliqui praeter conductorem facere vetantur. Qui invito conductore eorum aliquid, quae illi praestanda competunt, intra fines metallorum fecerit, ei dupli solvendi multa dicitur. Ne sutores (v. 35) quidem veteramentarii admittuntur; excipiuntur fortasse (ea enim verba perierunt in lacuna) qui sua dominorumve calciamenta refecerint, ut Mommsenus proposuit. Ceterum licebit etiam lacunam explere, ut fecit Soromenius probante Buechelero, ad eorum similitudinem, quae de tabernis fullonis praescribuntur (v. 43). Etenim talia si supplemus, lex non videtur ita concepta esse, ut ei qui clavum caligarem sibi ipse fixerit et ipsi multa solvenda sit.

V Tonstrini v. 37-42 Tonsores tonstrinaeque qualem in vita Romanorum cotidiana inde fere a septimo urbis saeculo exeunte locum occupaverint ex Horatii versiculis notissimis (sat. I 7, 3) discimus. Adde quae de tonsoribus Marquardtius composuit enchir. VII[2] p. 664 s. Quare non mirum est cum balneo tonstrinam quoque in vico Vipascensi exercendam conductori locatam esse. Quod in hoc capite in universum praescribitur, conductorem privilegio suo ita frui debere, nequis alius in vico metallorum intrave fines eius (sive quod idem significare vidimus, in territoriis eius) tonstrinum quaestus causa faciat, id potuit similiter etiam de reliquis locationibus dici, cum ea universa locationis huius lex sit. Qui contra fecit, conductori multam dare iubetur in singulos ferramentorum usus; ita supplevi lacunam propter ferramenta diserte in eis quae secuntur nominata. Ferramenta ipsa, ne denuo ei noceant, conductori commissa esse lex iubet. Excipiuntur qui non quaestus causa, sed in privatis officiis artem tondendi exercent. Circitores vero alii praeter eos, quos conductor misit, ne privatim quidem singulos domi tondendi ius habent, non magis quam ei qui in tonstrinis tondent. Cum tonsoribus circitoribus legis huius comparari possunt, ut Mommsenus monuit, vestiariorum et linteariorum circitores Ulpiani dig. XIV 3, 5, 4 et ἰατροὶ οἱ περιοδευταὶ καλούμενοι Modestini dig. XXVII 1, 6, 1. Hic quoque pignoris captio conceditur conductori in omnes, qui contra legem tondere susceperint, multaque praeterea dicitur ei, qui pignus capientem prohibuerit. Quae prohibitiones num in hoc potissimum negotio frequentes fuerint atque eam ob causam hic tantum diserte memorentur, ignoramus; fortasse mentio earum casu tantum vel neglegentia alibi excidit. Iniungitur autem conductori, ut recte tonstrinum exerceat, unum pluresve artifices idoneos in portionem conductionis recipere; scilicet cum fieri possit ut ipse tondendi artem non calleat. Inter artes, quamvis non liberales, tonstrinum numerari mirum non est, cum omnes fere opifices artem exercere dicantur recte; noveramus praeterea, quod consentaneum est, disciplinam et exercitationem in hoc officio magni semper aestimatas esse; ut docent, quae collegit Marquardtius l. s. s. p. 555.

VI Tabernae fulloniae v. 43-46 De fullonibus omnia nota sunt et exposita plene a Marquardtio enchir. VII[2] p. 527 ss. In vico Vipascensi reliqui negotiatores vestiarii cum non memorentur, omne fere vestimentorum negotium in tabernis fullonis videtur fuisse. Eae quoque locantur ita, ut nemini praeterea quaestus causa (i. e. mercede, ut Buechelerus recte restituit) vestimenta rudia, a mulieribus puto texta, recuratave tractare liceat. Multa eis qui contra fecerint in singulas lacinias dicitur. Pignoris captio hic quoque conductori datur.

VII Scripturae scaurariorum et testariorum v. 46-55 Quod sequitur caput una cum ultimo de ipsis eis opificiis est quae ad metallorum tractationem pertinent. De arte autem metalla tractandi cum praeter ea, quae apud Polybium (XXXIV 6), Agatharchidem (apud Diodorum III 12—14), Plinium potissimum (in naturalis historiae libris XXXIII et XXXIV), Strabonem extant (III 2, 8 p. 145 Cas., quae e Posidonio petita sunt maximam partem), non multa nobis tradita sint, difficile est quae his capitibus continentur verba certa ratione explicare et supplere. Frustra certe evolves quos ego evolvi libros tam eos, qui de universa re metallica veterum sunt, quam qui sunt de Phoenicum Hispanorumque metallis. Atque illorum quidem eis, qui accuratius in rem inquirere volent, hi memorandi sunt: Blasii

Caryophili itali de antiquis auri argenti aeris ferri plumbique fodinis opusculum (Vindobonae 1757 4.), Reitemeieri *Geschichte des Bergbaus und Hüttenwesens bei den alten Völkern* (Gottingae 1785 8.), I. et L. Sabatier fratrum *production de l'or, de l'argent et du cuivre chez les anciens et hotels monétaires des empires romain et byzantin* (Petropoli 1850 8.), quibus usus est Marquardtius *röm. Staatsverwaltung* II² p. 253 ss. Omnium minime et docte et accurate scriptor nuperrimus officio functus est A. Leger Francogallus in libro *les travaux publics, les mines et la métallurgie des Romains, la tradition romaine jusqu'à nos jours* (Parisiis 1875 8 mai. cum tabulis multis), quamquam ab homine qui artem intellegit nova edoceri iure expectaveris. His denique accessit H. Bluemneri *Technologie und Terminologie der Gewerbe und Künste bei Griechen und Römern* Vol. IV (Leipzig 1888) p. 7 ss. De Phoenicum vero metallis quaecumque traduntur doctissime et solet composuit Moversius *die Phönizier* II 3 (Berolini 1856 8.) p. 27 ss.; de Hispanorum videntur Bethii commentatio de antiquae Hispaniae re metallica (Gottingae 1808 4.), Ukerti *Geographie der Griechen und Römer* II 1 (Wimariae 1821 8.) p. 327 ss., Roesingeri dissertatio *über den Gold- und Silberreichthum des alten Spaniens* (Svidnitiae 1858 4.).

De ratione vero, qua hodie metalla illa Lusitana exerceantur, scito non indigne continet libellus post editam legem mihi olim missus a Soromenio, editus ille a societate negotiatorum, quae metalla Vipascensia colenda suscepit, de statu negotii deque modis metallorum tractandorum eorumque reditibus, et ita inscriptus *Companhia de Mineração Transtagana, sociedade anonyma — responsabilidade limitada —, gerencia de 1876* (Olisipone 1877, 31 pp., 8.). Quae de loco, ubi tabula inventa sit, ibi exponuntur (p. X), supra iam apposui. Additur praeterea (p. 38) aes secundum analysim chemicam a docto quodam homine institutam provenisse ex ipsis metallis *dos Algares* dictis; fusam igitur esse laminam Vipascae ibique etiam titulum esse incisum probabiliter statuitur. Ex rebus praeterea relatis haec scitu digna sunt. Duo hodie metalla diversa foduntur *dos Algares* dicta et *de S. João do Deserto*; praeterea etiam *Sobral* dicta tractantur. Aes ut antiquitus ita hodie quoque triplici via paratur (p. 48 ss.): lavando (*tratamento por via humeda*), flando (*ustulação*), purgando (*cementação*); praeterea etiam franguntur materiae (*trituração*). Effoditur autem in puteis (*poços*) et fodinis (*galerias*). Materiae inter partes centum, silicis potissimum et sulphuris, tres aeris continere solent. Quae deinde accuratius ibi exposita sunt de materiae metallique natura atque forma omitto. Argentum quoque inesse, praesertim in puteo dicto *poço Gabriel*, additur diserte. Similia Veiga in libello supra indicato et multo plenius et accuratius Berlanga exposuerunt, is usus libro inprimis utili ad cognoscendas res illas, quem ad modum inde a vetusta aetate in Hispania potissimum administrentur, scripto ab homine earum admodum gnaro Friderico de Botella y de Hornos, *descripcion geológica-minera de las provincias de Murcia y Albacete*, Matriti 1868 fol. Scaurarii testariive Romani rudi artificio repraesentantur in anaglypho reperto in parietinis *Palazuelo* dictis prope Castulonem, cuius imaginem proposuerunt A. Daubrée mineralogus in ephemeride *Revue archéologique* vol. XLIII a. 1882 p. 193 ss. (cum tab.) et melius Berlanga in syntagmate suo p. 388. Conferri etiam potest Octavii Guedes dissertatio inscripta *apontamentos sobre a producção d'ouro e prata em Portugal*, inserta ephemeridi *Boletim da Sociedade de geographia de Lisboa* n. 2 (Porto 1877) p. 138 ss. Aetatis mediae in metallis tractandis usum ex Agricolae opere de re metallica (Basileae 1557 fol.) Flachius cum consuetudine in hac lege exposita comparavit.

Atque primum ipsa capitis inscriptio quid significet videndum. Scaurarios apparet eos esse qui scaurias tractant in ipso capite plus semel nominatas similiterque qui testas tractant testarios. Omnis igitur explicatio inde pendet, quid de harum vocum significatione et usu statuatur. Quod ut recte fiat etiam reliqua huius capitis vocabula nova ex parte quid significent et quo modo usurpentur disputandum est.

Scauriae vocabuli adhuc rusticam tantum novimus formam *scoria*, quam servaverunt linguae neolatinae Itala Francogallica Hispana Portugallica; Graecis σκωρία dicitur. Illi utrum e Latino sermone sumpserint an vocabuli peregrini sonum eum per ω expresserint, qui Romanis *au* erat, ignoramus. Scoriam igitur Plinius testatur (XXXIII § 69) eam *quae e camino iactatur spurcitiam in omni metallo* vocitari eandemque ex auro argento aere gigni idem aliis locis testis est (XXXIII § 88 105 XXXIV 107). Buechelerus et Wilmannsius hic quoque de veris scauriis agi existimant. Haec vocabuli significatio si unica est quam statuere licet quid opus scaurariorum fuerit difficile est explicatu. Videndum igitur an recte Mommsenus cogitandum esse proposuerit non de scauriis quae e metallo olim purgato gignuntur denuo purgandis, sed de materia lapidea ipsa quae ex puteis scrobibusve effodiebatur; nam ad hanc quoque purgandi vocabulum, quod infra videbimus de scauriis usurpari, recte pervenit.

Testas non vasa lateresque tantum e terra cocta eorumque particulas fractas, sed etiam lapidum fragmina dici ab eodem Plinio discimus, qui de tofo narrans lapideque albo in Umbria et Venetia dentata serra secari solito dicit lapidem eum *aspergine et gelu pruinisque rumpi in testas* (XXXVI § 168). Inde opus testariorum, qui item primum hic nominantur, eorum fuisse colligo, qui lapidum fragmina aeris inde eruendi causa tractant. Cum v. 38 *flatores argentarii aerarii* tantum memorentur, non aurarii aliorumve metallorum, ex metallo Vipascensi, ex quo hodie quoque praeter aes etiam argentum gigni audivimus, aes argentumque sola effossa esse consentaneum est.

Cum scauriis autem argentariis aerariisque, quas v. 46/7 supplere licet probabiliter, coniunguntur praeterea pulvis ex scauriis et rutramina (v. 47). Pulveris igitur vocabulum non arenam videtur significare, ex qua aurum potissimum lavando scimus extractum esse, sed eum pulverem, qui scauriis testisque fractis relinquitur. Rutramen autem vocabulum et ipsum alibi nondum quantum scio lectum a rutrandi verbo recte derivatur, velut a flando flamen, a vocando vocamen aliaque similia non pauca. Rutrandi autem verbum a rutro ductum vel si mavis ab eadem ruendi radice tam rutrum nomen quam rutrare verbum. Rutrum ligoni asciaeve simile esse instrumentum lexica docent; scilicet eius generis malleus videtur fuisse, quo lapides e puteis prolati tundebantur, ut quidquid in eis metalli superesset inde erueretur. Minus probabiliter, nisi fallor, Buechsenschuetzius cum rutraminibus retrimenti vocabulum componere voluit, quod, ut lexica docent, etiam de metallis usurpabatur; ut Celsus plumbi retrimentum Graecis σκωρίαν μολύβδου esse diceret. Significatio sat similis, origo aperte diversa, cum retarando scilicet cohaereus ut eum deterendo detrimentum. Berlanga usum novicium secutus, qualem descripsit Botella, rutrum idem fere instrumentum esse existimat, quod hodie Hispanis *rastro* est, scilicet quo adhibito materia lapidea expeditur cernitur frangitur lavatur. Eadem fere etiam Buecheleri opinio est. Cum infra v. 53 coniungi videantur, si modo recte supplevimus, *ae[ris argentive ru]tramina*, probavit mihi Mommsenus eo vocabulo etiam scaurias pulveremque aliquatenus comprehendi potuisse, cum ea quoque rutro pararentur. Wilmannsio rutramina testae sunt rutris in parvas particulas divisae. Flachius contra rutrum palam sive batillum esse existimat, rutramina igitur eas metalli particulas, quae batillis excipiuntur. Eidem Flachio testarii ii sunt, qui lapides lausias tractant; Buechelero scaurarii et testarii quicumque scaurias et testas tractant. Praeter scaurariorum testariorumque opus, quod bis in hoc capite quale fuerit indicatur (v. 47 48 et 53 54), ut mox videbimus, utroque loco additur lapicaedinarum mentio. Inde testariorum opus, quod in capitis inscriptione diserte iuxta scaurariorum nominatur, proclive est ad lapicidinas referre. Tamen cum v. 54 *lapides lausiae* e lapicidinis provenire dicantur, non testae, hic quoque minus accurate lex videtur concepta esse lapicidinaeque quasi extra ordinem adiectae ad metallorum opus. In iure quoque ut apud reliquos scriptores lapicidinas inter metalla referri Mommsenus ex codice Theodosiano X 19, 8 indicavit. Quae iuxta lapides item primum in hac lege nominantur lausiae, eas apparet arto quodam vinculo iunctas fuisse cum lapidibus. Pronum quidem est de lavandi lavendive radice cogitare, a qua lausiae potuerunt derivari similiter ut ab induendo indusium. Sed lavando aurum ex fluviorum arena extractum esse novimus; deinde etiam pulverem ex scauriis lavari solitum esse consentaneum est. Quid in lapicidinis lavari potuerit difficile assequaris. Comparavit Buechelerus lausias cum lautumiis et cum Doriensium voce λεύς pro λᾶς putatque ex *lautiis* ortas esse ut *noxiam* a *noctia*. Diversum sane *lautumiae* vocabulum Graecanicum est ex Graeco λατομία sive λατομία aut λατομεῖον inflexum ut ex Λαοδίκεια *Laudicea* et si-

milia; id quod Usenerus olim plane exposuit in ann. philol. a. 1865 p. 227 ss. Lausiae igitur lapidum quasi folia sunt, veluti lapidis scissilis, certumque lapidum genus significant. Comparavit Buechelerus praeterea *minutiae* et *nuptias*, item *nauteam* et *nauseam*. Extat in lingua Hispanica vocabulum *losa*, in Portugallica *lousa* sive *louza*, significans tabulam lapideam; hoc saeculo quarto decimo Latine *lausa* scribi docet Ducangii glossarium. Etiam in Gallica Alpium provincia *lause* vocabulum extare significans *une pierre plate* adnotavit Caillemer. Scio ad Arabicam originem haec referri solere; sed num iure hoc fiat dubito. De lausiae vocabulo Soromenius mecum sentit, qui *pedras de lousa* Portugallensium cum Francogallorum *tables d'ardoise* composuit. Nam lapidem scissilem reperiri frequenter in lapicidinis prope *Aljustrel* adnotat.

Haec sunt quae de singulorum vocabulorum huius capitis significatione praemittenda duxi. Opus autem scaurariorum testariorumque, quos iam coniungere tuto licebit ut in capitis inscriptione coniuncti sunt, quale fuerit ex illis verbis licebit colligere, quibus duobus illud huius capitis locis describitur,

v. 47 48 . . . . *re expe*|*dire frangere cernere lavare*

v. 53 54 . . . . *pu* . . . . |*tum cretum lavatumque*

In lacuna utraque unum alterumve praeterea verbum potest intercidisse (v. 47 litterae circiter viginti exciderunt, v. 53 circiter triginta): quale illud illave fuerint certa coniectura statui non posse patet praeter purgandi vocem, quae summa cum probabilitate restituitur. Collatis Plinii verbis (XXXIII § 69) tundendi urendi molendi verba locum hic habere potuerunt. Deinde cum expediendi etiam tollendi notio facile coniungitur; denique ne flandi quidem opus absonum videtur, ut demonstrant quae v. 56 secuntur.

Scauriae igitur argentariae aerariae, pulvis ex eisdem scauris, rutramina (cui vocabulo *ve* particulam a quadratario casu omissam addidi propter *pulveremve* quod praecedit) purgando frangendo cernendo lavando parabantur; nam verba illa quamquam non posita eodem quo nomina ordine tamen referenda esse frangendi verbum ad rutramina, cernendi ad scaurias, lavandi ad pulverem manifestum est. Quae praecedebant verba (v. 47) *ad mensuram pondu*[*sve* . . . . (exciderunt litterae circiter viginti)]*re expe*|*dire* vix certo modo licebit supplere. Quod tollendi fortasse expediendique verba praecedunt reliqua, quae secundum ipsius operis naturam debebant antecedere, non offendit in sermonis illa neglegentia, quam per legem universam videmus obtinere. — De his Mommsenus haec mecum communicavit: 'Ubi agitur de purgatione, mensura pondusve recte interponi potuit ita, ut singulis operis singulis diebus non permitteretur ex metallis scaurias testasve extrahere ultra certam mensuram certumve pondus: qua de re cum in lege de metallis generali cautum esset, hoc loco brevis indicatio sufficiebat. Quapropter cave, ne emptionem huic loco interponas a tota capitis sententia plane abhorrentem. Expediuntur autem non tantum ea quae foras mittuntur, sed ea quoque quae manu tractantur et perficiuntur: pariter ut v. 54 agitur de *lapidibus lausis expeditis*. Itaque expediendi vocabulum non significat hoc loco nisi id ipsum quod paullo diversa ratione significatur iuxta positis purgandi et frangendi et ceteris'.

Cum scaurariorum opere coniungitur deinde *opus lapicaedinis quo quo modo faciendum* (v. 48), quod non ad testarios referendum sed a scaurariorum testariorumque opere diversum propter externam tantum aliquam lapicidinarum cum metallis similitudinem hoc capite comprehendi supra dixi. Scilicet praeter ipsum opus lapidariorum, qui lapides quadratos ad aedificandum destinatos caedebant aut veluti sectores serrarii Italicenses illi (n. 1131 1132) secabant, lapides vel minutim vel in truncos non laevigatos caesi ad vias sternendas pavimentaque facienda usurpati indicantur.

Qui scaurias tractare volent quive ad ea opera facienda servos mercennariosque (id est operas ingenuos) mittent, ut lex loquitur v. 49, ii intra triduum apud conductorem metalli se hoc facturos esse profiteri conductorique pro operariis singulis pensionem menstruam aliquot denariorum (summa haec in lacuna interiit) solvere debent. Comparari fortasse potest dedicatio alicubi in Lusitania reperta et supra edita (p. LI) hominis alicuius privati *ob repe*[*rta a*]*uri p*[*ondo*] *CXX;* nisi ibi de thesauro invento agitur. Vide de his Hirschfeldium l. s. s. p. 74 *).

Hac igitur opera Mommsenus putabat contineri ipsum opus metallorum effodiendorum. Scilicet licuisse unicuique servos mercennariosque mittere ad puteum instituendum scauriarum extrahendarum causa lapidumve caesuram, modo conductori numerum hominum recte ederet, mercedem, de qua ibi cautum est, solveret, omnino quae hac lege perscripta sunt recte observaret. Fieri potuisse, ut conductor partem operis ipse perficeret, scilicet puteum primarium institueret, quo casu mercede operarum nomine solvenda non tantum pro conductionis summa, sed etiam pro impensis illis ei satisfaciendum erat. Nec sane prohibitum fuisse conductorem, quo minus ipse quoque per operarios suos scaurias extraheret lapidesve caederet; quo facto mercedem nullam ei solvendam fuisse. Sed neutrum ut sumatur ipsa re requiri; immo magis officia ita partita fuisse videri, ut conductor soli tantum usum praeberet, metallarius autem per servos mercennariosque puteos effodiendos et scaurias extrahendas purgandasque curaret.

Observandus hic et in capite IX coniunctivi usus (*profiteantur et solvant*) pro imperativo, quem potius expectamus (*profiteri debento*; quamquam ne debendi quidem vocabulum severioribus linguae legibus satisfacit). Vix autem coniunctivus ille excusabitur eo quod sequitur *ni ita fecerint*. Neque enim credendum est voluisse ita procuratorem metallorum quasi exhortari alios praeter conductorem ut eius modi opera susciperent.

Adduntur deinde cautiones aliae. Qui aliunde *ae*[*ris argentive* ru]*tramina* (v. 50) in fines metallorum (non metalli Vipascensis, ut expectaveris) intulerit, puta ut purgationem scauriarum vicino aliquo loco effossarum commodius perficeret in metallo Vipascensi, is in pondo centum denarium unum conductori solvere iubetur. Quod Soromenius (v. 50) supplendum proposuit *ae*[*s pulveremve vel ru*]*tramina* propterea probabile non est, quia aes non purgatur, sed prodit ex purgatione. Non multum igitur aeris ex scauriarum pondere satis grandi videtur extractum esse; atque exiguam tantum summam conductori solutam esse inde quoque explicare licet, ut Mommsenus monuit, quod conductor tum nihil fere praebebat praeter usum soli. Qui infra v. 56 appellantur *flatores argentarii aerarii* Mommsenus putavit non diversos esse ab eis, qui scaurias pulverem rutramina purgare . . . expedire frangere cernere lavare susciperent; hic enim de opere, illo loco de opera agitur. Buechelero contra videntur ab illis prorsus diversi esse. Loci autem illi alii, unde metalla proveniunt, videntur *ubertumbi* appellari; ita enim *ex aliis locis ubertumbis* v. 50 clare legitur in aere. Hoc vocabulum certa ratione nondum explicatum est; neque vero negandum etiam omisso supplemento eo quod supra proposuimus *ubertumbisae* .... litteras alio modo posse coniungi, ut unum duove alia inde vocabula nanciscamur. Aperte ita designantur loci vicini, neque vero ad fisci metalla pertinentes, ubi metalla ne effodiantur, quae ea importentur hoc legis capite cavetur; unde ad ubertatis notionem facile ducimur. Atque *ubertare* et *ubertuosus* vocabula latinitatis recentioris Ducangii glossarium indicat; *ubertus* adiectivum ex Gellio Solino Eumenio Hauptius (opusc. III p. 461) resuscitavit. Ad *tumbus* vero sive *umbus* suffixum, ut videtur, explicandum nec amicis nec mihi adhuc contigit monstrare rationem probabilem. Buechelerus suffixum inesse nullum ratus compositum illud putat ex *uber* et *tumbus* vocabulis eadem ratione atque *misericors* aliaque eius modi composita. *Tumbus* autem ut τύμβος tumulum esse materiae terrenae effossae; inde tumbam Hispanis, quod Prudentius doceat, sepulcrum fuisse et ipsum tumbus vocabulum in linguis Romanicis natere. Ceterum non pauca vocabula aut certo peregrina (Hispana potissimum et Dalmatica) aut peregrini soni in auri argentique metallis obtinuisse e Plinio discere licet: *apitascus arrugia balux* (sive *balluca* codicis Theodosiani X 19, 12 aliorumque) *corrugi palagas* sive *palacurnas segutilum talutium tasconium urium, crudaria galena*; ad

*) [Non absimili ratione constitutione Valentiniani et Valentis (cod. Theodos. 10, 19, 3 = cod. Iust. 11, 7, 1) invitantur qui volent ad aurum ubivis legendum ita ut *qui sponte confluxerint octonos scripulos* auri non purgati singuli singulis annis fisco pendant (cf. cod. Theod. 10, 19, 12 = cod. Iust. 11, 7, 5) Th. M.].

metalla Hispana pleraque pertinere et a Cornelio Boccho scriptore Hispano tradita esse probabile puto.

Qui denarios in pondo centum singulos hoc legis capite statutos (certa enim huius enuntiati supplementa sunt) statuta die, id est ea die qua dio deberi coeptum est, non solverit *duplum dare debetu*; ita enim sine dubio tria D, quae clare leguntur in aere (v. 52 = v. 48 posticae) explicanda esse supra monui. Pignoris captio hic quoque conductori datur. Commissa conductori deinde ea sunto, nisi solutum erit quidquid conductori debitum erit, quae contra conductoris privilegium ab aliis e scauriis pulvere rutraminibus (nam quamquam brevitatis causa lex de scauriis solis loquitur, pulvis etiam et rutramina sine dubio intellegenda sunt) et ex lapicidinis extracta erunt: (v. 53) *quod eius scauriae pu[rgatum ..... frac]tum cretum lavatumque erit quive lapides lou a iu s expeditae in lapicaedi[nis erunt]*; ita enim satis probabiliter lacunae explentur.

Restat exceptio similiter ut supra in tonstrino (v. 39) facta eorum gratia (v. 53), qui in privatis officiis agunt. Flatores enim illos argentarios aerariosque privatos eos homines supra dixi videri intellegendos, qui per servos mercennariosque scaurias metalli Vipascensis tractare aut scaurias alienas ibi purgare suscipiebant. Suppleri igitur possunt aut cum Sorornenio servi libertique, qui flatoris dominorum patronorumve opte conveniunt, aut iidem qui supra nominantur servi mercennariique; utrumque enim supplementum spatio convenit. Etiam mercennarios qui mittant patronos dici potuisse consentaneum est. Quod in fine posui supplementum magis exempli causa *qui flaturis* ... [*operam dant*] incertum esse vix est quod moneam. Illi igitur operarii ita excipiuntur, ut eos pignoris loco conductor capere nequeat, ne domini patronive nimium damnum accipiant.

VIII Ludi magistri v. 57 Quod ludi magistri capite hoc loco satis incommode, ut supra dixi, de conductione locatione operum metallicorum praeceptis interposito a procuratore metallorum dicuntur immunes esse, id recte sine dubio a Mommseno in adnotatione infra posita comparatum est cum nota grammaticorum a muneribus publicis in municipiis liberiate. Fischius collata L. 2 § 8 de vacat. 50,5 monuit inde ab Antonino Caracalla ludi magistris immunitatem illam a civilibus muneribus non fuisse, '*sed ne cui eorum id quod supra vires sit indicatur, ad praesidis religionem pertinet, sive in civitatibus sive in vicis primas litteras magistri doceant*' (cf. L. 11 § 4 de muner. 50,4). Grammatici igitur sive artificio sive opificio nulla munera onerave publica metalli Vipascensis imponuntur. Itaque nulla, ut supra dixi, huius capitis praecepto cum reliquorum praeceptis similitudo est.

IX Usurpationes puteorum sive pittaciarium v. 58-60 Puteos metalli Vipascensis procuratorem metalli vendidisse supra iam vidimus (v. 3 16). Puteos, quae Graecis φρέατα sunt, ad omnia metalla effodienda factos esse novimus Plinio (XXXIII 65 ubi de *puteorum scrobibus* loquitur et XXXIV 2) et Strabone testibus. Strabonis verba haec sunt l. a. a. p. 146 C ὁ χρυσὸς.. σύρεται καὶ πλύνεται . . ., ἡ ὀρύττεται φρέαρ, ἡ δὲ ἀνενεχθεῖσα γῆ πλύνεται· τὰς δὲ τοῦ ἀργύρου καμίνους ποιοῦσιν ὑψηλάς . . . .· τῶν δὲ χαλκουργείων τινὰ καλεῖται χρυσεῖα, ἐξ ὧν τεκμαίρονται χρυσὸν ἐξ αὐτῶν ὀρύττεσθαι πρότερον. Mirratur Plinius (sive potius is quem sequitur auctor, puto Cornelius Bocchus) *adhuc per Hispanias ab Hannibale incohatos durare puteos* (XXXIII 88). Itaque in puteis effodiendis aeque atque in scauriis purgandis pulvere lavando testis rutrandis lapidibus caedendis operam ipsorum metallorum primariam constitisse probabile est. Sed eadem conductione metalli etiam ius continebatur putei effodiendi; id quod ex ultimo huius legis capite, quod quidem servatum est, discimus. Videtur autem res similiter atque in scauriis tractandis ita fuisse instituta, ut conductores huius vectigalis, quamquam et ipsi sine dubio puteorum effodiendorum ius habuerunt proque eo iure pensionem procuratori metallorum solvebant, tamen plerumque non ipsi eo iure uterentur, sed a *lege metallis dicta* (v. 58) aliis quoque puteos effodiendi ius esset certis condicionibus. Lex illa metallis dicta utrum haec ipsa metallo Vipascensi dicta sit an alia quaedam universalis, quae ad metalla omnia pertinebat, dubitari potest; Mommseno hoc, mihi illud magis probatur. Metallum enim hoc Vipascense etiam plurali numero metalla dici potuisse supra vidimus. Ex hac autem lege quolicumque unicuique licebat intra fines huius metalli [*puteum locum*]*que putei* (ita supplevi, neque vero satis confidenter; expectaveris saltem *locumve*) usurpare occupareve iuris retinendi causa, dum modo intra certum temporis spatium (bidui fortasse, cum e littera in aere servata vix aliud supplementum patiatur) apud conductorem huius vectigalis servos mercennariosque, quos ad puteum effodiendum miserit, profiteatur conductorique pro operariis puto singulis pensionem menstruam solvat. Hoc est quod supra vidimus dici puteos a procuratore emere, scilicet tractandos effodiendosque emere. Quaeritur usurpationes illae emptionesve puteorum cur in ipsa capitis inscriptione dicantur pittaciarium. Pittacium, quod vocabulum num a Graeco πύκτις recte derivetur dubito, cum pice autem aliquanto probabilius videtur componi posse, pittacium igitur schedulam inscriptam plerumque significare, quales quidem vini amphoris affigi solebant, deinde etiam epistulas breves libellosque a Petronio Lampridio codice Theodosiano aliis lexica adnotant. Pittacia igitur haec aliqua ratione credendum est figi potuisse ab empturientibus eis locis, ubi puteum aliquem effodiendum suscipiebant, fortasse nominibus ipsorum inscripta. Hoc autem necessarium videtur fuisse, ne diversorum dominorum patronorumve operae in puteis incohandis alter alteri officerent. Pittacia autem illa putandum est aliqua ratione conductori indicata ab eoque certa pensione accepta aut pro puteis aut pro operariis singulis in codicem relata esse, ut qui professi essent solvissentque eo modo ius putei effodiendi retinerent. Ita vectigal illud pittaciarium dici potuit. Neque vero sine dubitatione haec Mommseno potissimum auctore propono; probabilia tamen puto, quamquam, cum aeris scriptura hic ad finem perveniat, coniecturis ultro indulgere sane temeritatis esse videatur. Wilmannsius puteos pittaciares eos dici putabat, quorum fodiendorum ius tantum a procuratore metallorum emptum, qui vero nondum effodi coepti erant; ut honores codicillares ei honores sunt, quorum codicilli tantum dati, ipsi nondum gesti sunt. Putei igitur illi pittaciares siqui fuerunt non differunt a locis puteorum in lege ipsa indicatis. Propter hoc ipsum Wilmannsii opinio probabilitate caret. Rossius pittacia apte comparavit cum titulis in lapicidinis Romanis observatis, qui *officinas*, i. e. fodinas ipsas indicant (v. eius *Bullettino di Archeol. crist.* a. 1868 p. 24); ipsos illos titulos in tabellis saepe ansatis scriptos pittacia imitari (v. *Bullett. di Archeol. crist.* a. 1879 p. 55 ss.).

Haec fere sunt, quae de singulis legis capitibus adnotanda habui. Siquis quae inde discimus nova non pauca in universum consideraverit, nova in primis sunt quae de metallorum condicione et administratione universa docent. Ad exemplum a regni Aegyptiaci administratione petitum non pauca eius generis instituta esse observavit Hirschfeldius (*Untersuchungen* cet. I p. 284 adn. 1). Deinde mirabimur in metallorum illorum administratione iam Romanos similia fere secutos esse, quae multa post saecula hac demum aetate vidimus reviviscere. Ut a metallis fisco imperatorive reditus, quos per duo priora aerae nostrae saecula ingentes fuisse certum est, quam maximi essent Hispaniaque potissimum maneret qualem iam praedicaverat Posidonius ταμιεῖον ἡγεμονίας ἀνέκλειπτον (Strabo III 2, 9), operarum in locis desertis et incultis degentium vita et victus sublevandus ipsique a negotiatorum opificumque iniuriis quam maxime vindicandi visi sunt. Propterea ne a privatis negotiatoribus quae ad victum desiderantur emere cogerentur qualia illi praestare voluissent quibusque pretiis, conductoribus ea praestanda locabantur, ut fisco inde lucrum redundaret homines que necessaria recta acciperent pretiisque moderatis. Propterea summa cum nequis alius negotia conductoribus reservata sibi sumeret cavebatur io eosque qui adversus ea facerent magna cum severitate animadvertebatur. Ipsa autem metalla pro fisco a procuratore metallorum administrabantur.

Ratione admodum simili qui in Britannia potissimum et in confoederationis Americanae civitatibus per loca inculta vias ferreas ducendas aliaque opera publicae utilitatis perficienda aut etiam metalla exercenda susceperunt, operis ad eos labores tolerandos conductis et a longinquo saepe arcessitis mercedem noluerunt pecunia solvere, qua ad victum necessaria a negotiatoribus privatis maximo cum incommodo damnoque ipsi operarii sibi pararent, sed victum ipsum reliquaque necessaria

praebuerunt pro certis pretiis sibi solvendis sive de mercede laboris deducendis; quam mutui rationem dicunt sive *the truck system* Anglice. Notum est quot quantaque detrimenta accipiant a cuiusvis generis venditoribus qui in aurifodinis Californicis Australicisque ob auri sacram famem famem sitimque et siqua sunt peiora tolerant. Eis si procurator aliquis metallorum conductionis locationis legem talem dicere posset, qualem dictam fuisse videmus ante saecula fere duodeviginti metallo Vipascensi in Lusitania, de ipsis melius ageretur atque, qui rerum publicarum curam agunt, etiam fisco publico reditum inde pararent non spernendum.

ADNOTATIONES TH. MOMMSENI.

Ad v. 8. Legem se esse ipsa tabula enuntiat; qualis vero lex sit, quaeritur. *Lex metallis dicta* quae significatur v. 59, ab hac si quid video diversa est: primum quod uno loco excepto (v. 51) fodinae eae, de quibus hac lege agitur, non metalla dicuntur, sed metallum; deinde quod ita ibi de puteis metalli Vipascensis cavetur, ut remittamur ad legem metallis omnibus (fisci scilicet) communiter dictam metallaque se universa opponantur *huic vectigali*, id est metallo Vipascensi. Procurator sane ubi nominatur dicitur *qui metallis praeerit* (v. 31) vel *metallorum* (v. 2 3 30 57); sed nihil impedit, quominus is praefuerit metallis pluribus, puta iis quae in Lusitania essent vel in Hispania universa. Neque autem lex haec proficiscitur a procuratore metallorum, cum immunitatem ludi magistris det a procuratore eo (v. 57) itaque is ipse ea teneatur. Est igitur lex fiscalis ab ipso imperatore utpote metalli Vipascensis domino ei metallo dicta, simillima ei quae nuper reperta est in urbe Roma inscripta *lex horreorum*, edita a me in ed. 5 fontium iuris Brunsii (p. 278 cf. p. 422), privati iuris et ipsa, ut ibi exposui, quamquam pertinet ad horrea Augusti. Subit autem ea quodammodo in locum legum earum, quibus constituuntur coloniae municipiaque. Neque enim agitur in lege de sola re metallaria, quamquam primarium in lege locum ab ea obtineri consentaneum est, sed territorium ibi ordinatur certis finibus comprehensum (*intra fines* v. 8 18 38 *in finibus* 5. *in fines* v. 45 51; *in v(ico metalli Vipascensis inve) territorio eius* v. 37) itaque omnino positum extra fines coloniarum municipiorumque; quod territorium cum rem publicam non habeat, nihilo minus quodammodo pro re publica est. Id praesertim intellegitur ex eo quod legitur v. 57: *ludi magistros a proc(uratore) metallorum immunes es[se placet]* *). Ubi enim immunitas tribuitur, ibi munera fuerint necesse est et qui re municipes essent, licet vocabulo eo non utentes. Imitatur omnino hoc ludi magistrorum privilegium immunitatem in re publica grammaticis concessam, qua de re satis nota conferri possunt constitutio Pii (Dig. 27, 1, 6, 2) quaeque exposuit Kuhnius (*städt. Verf.* 1, 83 seq.). Itaque exempli causa viarum faciendarum et reficiendarum munus iis qui intra fines metalli Vipascensis habitabant similiter indictum est atque indicebatur civibus rei publicae qualiscumque; indicebatur autem ut his a magistratibus suis, ita illis a procuratore metallorum his territoriis pro magistratu.

Neque eiusmodi ordinatio ad metalla sola pertinuit. Simili iure fuerint necesse est territoria legionibus attributa, quae innotuerunt ex terminis Hispanis collocatis ad dividenda prata legionis IIII et agrum Iuliobrigensem (huius vol. II n. 2916), item ex titulo nuper reperto Aquinci (Eph. vol. 8 p. 382 n. 898) balnei a solo facti *territorio legionis II adiutricis*. Nam illa praedia constat, haec probabile est fuisse extra territoria rerum publicarum. Eodem ducit quod scribit Frontinus de contr. agr. p. 46 Lachm.: *inter res publicas non mediocriter eius modi* (scilicet de modo) *controversia solet exerceri, quam frequenter coloniae habent cum colonis aut municipiis aut saltibus Caesaris aut privatis.* In universum praedia fiscalia procuratores esse habentia, qualia sunt *saltus Carminianenses* in *Calabria* (Not. Dign. Occ. 12, 18 Seeck), *praedia saltuum Hipponensis et Thevestini* in Africa (vol. VIII 5351), alia diligenter nuper composita ab Hirschfeldio nostro (*Staatsverwaltung* p. 84 seq.), probabile est fuisse extra territoria civitatibus attributa neque magistratus ullos habuisse, sed locum magistratuum obtinuisse procuratores. Ne privatorum quidem possessiones similiter ordinatas esse potuisse negaverim; certe latifundia sex illorum dominorum quos imperante Nerone semissem Africae possedisse Plinius ait, vix credibile est finibus civitatium eius provinciae comprehensa fuisse.

Eodem refero quas saeculo quinto et deinceps inveniuntur res publicas magistratibus destitutas et constitutas sub solo defensore *). Crediderim autem universam hanc ordinationem ab institutis Romanis abhorrentem ex Aegypto adscitam esse, quam rei fiscali aetatis imperatoriae quodammodo normam imposuisse satis probabile est. Quod si ita est, minus mirabimur eiusmodi territorium carere nomine iusto Latino: certe vicus pars est coloniae municipiive nec nisi abusu ad eiusmodi territorium refertur. Magis crediderim his praediis proprium esse saltus vocabulum. Sed universa haec quaestio ut late patet ei digna est subtili indagatione, ita hoc loco nullo modo absolvi potest, sufficitque eam proposuisse.

Itaque tenemus legem metallo Vipascensi dictam ab imperatore eodemque domino, qua lege tam res metallaria quam in universum quidquid ad regionem ordinandam pertinebat similiter ordinabatur, ut res publicae ordinantur legibus coloniarum municipiorumque.

Ad p. 798. Capitum inscriptiones siquid video scriptae sunt nominativo; nam *ludi magistri* c. VIII et *usurpationes puteorum sive pittaciarium* c. IX aliam explicationem non recipiunt. Ad capita septem prima quod attinet, nominativus a quo genetivi hi reguntur periit cum principio legis; potest fuisse, ut coniecit Huebnerus, (*locatio conductio*) *centesimae argentariae stipulationis* et sic deinceps. Sane quae leguntur c. II *scripturae praeconii* et c. VII *scripturae scaurariorum et testariorum*, possunt haberi item pro nominativis pluralis; sed hoc posito vix aptam sententiam expediemus. Scriptura autem scaurariorum et testariorum mihi est professio v. 49 commemorata, quam in scriptum redactam esse consentaneum est. Scriptura autem praeconii quid significet nescio; nam secundum ea, quae in ipsa lege perscripta sunt, ad praeconium non admittebantur qui vellent professione facta, sed locabatur ut tonstrinum et reliqua. Quare videndum est, ne intellegatur scriptura et praeconium; neque enim absurde statuemus praeconem item in litteras rettulisse quae perscribenda sunt in auctione facienda.

*) Si servatum esset verbum quo haec reguntur, fortasse genus legis paulo certius inde definiretur. Potest cogitari de supplemento tali *es(se volo)*, ut loquatur imperator. Similiter v. 2 26, ubi *imp.* et *Caes.* supplevimus, potuerunt item suppleri adhibito vocabulo *mei*. Sed quamquam dubium non est ab imperatore legem dictam esse, praetulerim id quod posuimus.

*) Honorius et Theodosius Cod. Theod. 9, 19, 8 a. 415: *in provinciis apud provinciarum rectores vel, si praesto non fuerint, apud magistratus municipales vel, si civitas vel oppidum . . . non habeat magistratus, apud defensorem plebis.* Eadem redeunt in lege Leonis Cod. Iust. 8, 53 (54), 30, 1.

ADNOTATIONES FRANCISCI BVECHELERI.

Ad p. 795 de titulis capitum. *Centesimae* et *scripturae* vocabula in titulis capitum I II VII pro nominativis habenda esse plane suadet sermonis perspicuitas neque quemquam Latine loquentem nisi pro nominativis cepisse contendo; item III—VI *scripturae balinei* (*fruendi* adpositum quia non negotium significatur ipso isto vocabulo quale est praeconium et tonstrinum), *scripturae tabernarum fulloniarum*.

Ad p. 798 (v. 81) de ranis. Rana βάτραχος antiquis signum erat inflatorum ideoque cavatorum per suspensuram: inde βάτραχος nomen concavo spatio est quod ungula equina complectitur (Geopon. XVI 1, 7), inde rana vitioso incremento linguae bubulae facto per devexa et exulcerationem aut pustulationem (Colum. VI 8, 1). Indidem ranam hypocausti dictam puto pro caverna, summam ranam pro summa parte concavorum ab hypocausi ad pavimentum balinei sive marginem piscinae pertinentium.

Ad p. 789 de scauriis. Σκωρία Graecum est origine: nam σκώρ

stercus, inde σκωρία stercus vel spurcitia metalli. Latini Graecum vocabulum fortasse suis (*scaurus*) aptantes verterunt in *scauriam*, ut ὀρείχαλκον male in *aurichalcum*, ὄστρεον in *austrum*; cf. *aureae oreae* frena, *austia ostia* al.

Ad p. 800 usurpationes puteorum sive pittaciarium. Ad usurpationem putei opus erat professione: profitenti datur, scribitur certe per conductorem πιττάκιον 'breve', quod imitatur veterem 'scripturam' pastoricii vectigalis; et hinc scripturarius ager et publicanus et cummus, ita istic pittaciarium negotium universum circa usurpationes puteorum quod versatur.

IV. MEROBRIGA, municipium Flavium? (*Santiago de Caçém*) p. 5.

n. 31—34.

Cum Ptolemaeus (II 5, 3) in regione Celticorum, qui Lusitaniam incolunt, oppida duo exhibeat Μιρόβριγα et Μερίβριγα, ego olim Plinii (IV 118) *Mirobrigenses qui Celtici cognominantur*, quos ille in stipendiariorum Lusitaniae indice alphabetico enumerat, desumpto illo ex Augusti breviario, diversos esse putavi ab eiusdem (IV 116) oppido *Merobriga* (*Merobrica* codices optimi, sed hic et in similibus formas *g* littera scriptas restituendas esse existimo) in ora maritima sito, quod eum reliquis eius modi e Varrone sumpsisse putandus est; Meribrigam autem Ptolemaei putavi componendam esse cum Plinii (IV 118) *Medubrigensibus qui Plumbarii*. Prorsus enim diversae debent esse Mirobriga Oretanorum apud Ptolemaeum (II 6, 58) memorata, siquidem omnino fuit, et *Mirobriga V.* . . . . . cognominata in confiniis Lusitaniae et Tarraconensis sita (infra cap. XXVIII). Sed Mirobriga Baeturiae adscripta a Plinio (III 14), Turdetanis a Ptolemaeo (II 4, 10), quam ab Oretana eiusdem non diversam esse existimat Car. Müllerus, cum Celticorum oppido cognomini componi omnino non potest. In hac nominum eorundem vel similium confusione primum illud e textus Pliniani originibus videtur consequens esse, Mirobrigam eius Celticam et Merobrigam maritimam unum idemque esse oppidum. Quaeritur num Ptolemaei Meribriga ab eiusdem scriptoris Mirobriga diversa fuerit; si fuit, cogitari etiam potest de *Mirobriga V.*, quam modo memoravi. Unum certe statuo Celticorum oppidum fuisse maritimum sive Mirobrigam sive Merobrigam dictum (haec enim scriptura propter reliquas Mirobrigas fortasse praeferenda est), situm illud prope *Santiago de Caçém*. Tituli novi ea hac regione non innotuerunt; unde iudicium de nomine oppidi, quod in titulo uno (n. 35) non pleno scriptum extat, adhuc incertum est. A titulis tantum aut casu repertis aut per effossiones e solo erutis quaestionis solutio expectanda est.

Merobriga a promunturio sacro versus septentriones navigantibus portum in sinu non admodum tuto praebebat primum, si minora quaedam fluminum ostia omittimus, veluti id quod *a ria de Aljezur* appellatur. Itaque in sinu, cui *Santiago de Caçém* adiacet, antiquitus oppidum fuisse summam in se habet probabilitatem. Cuius ut situs a doctis Lusitanis exploretur accuratius vehementer desideramus.

V. SALACIA, municipium Imperatorium (*Alcacer do Sal*) p. 7.

n. 38. Servatur nunc Eborae in museo n. 28. 33—37. 38. 33. Servantur nunc Eborae in museo n. 33 a. 37.

A Merobriga ulterius versus septentriones navigantibus magnum se obtulit *Sadão* fluvii aestuarium. Scriptores veteres nomen eius non servaverunt; nam quae apud Ptolemaeum ibi fere collocantur Καλλίποδος (vel Καλείποδος) ποταμοῦ ἐκβολαί (II 5, 2), nomen fluvii certe antiquum corruptum exhibent fortasse ex prava Collipponis memoria (infra c. XV); *Sado* nomen hodiernum e vetusto potest derivatum esse. Erroris origo, fortasse ad Artemidorum referenda, iam apud Strabonem quaerenda videtur. In eius enim loco corruptissimo (III 3, 1), quem editores omnes tractaverunt, recte primum ita scriptum est de Tagi ostiis, ἀφ' ἧς εὐθυπλοΐᾳ στάδιοι ,α (scilicet a promunturio Barbario, quod est hodiernum *Cap Espichel*)· εἰσὶ δὲ καὶ ἐνταῦθα ἀναχύσεις (re vera aestuaria illa complura arenis inter se divisa sunt), ὧν μία ἐπὶ πλείους ἢ τετρακοσίους σταδίους ἀπὸ τοῦ λεχθέντος [ἀκρω]τηρίου (pro quo vocabulo πύργου traditur), καθ' ἣν πορθμεύονται ἐπὶ Σαλάκειαν (ὑδρεύονται σιπον λακεια codices). Ita Müllerus in editione sua Strabonis; in Ptolemaei proposuit καθ' ἣν ἵδρυνται (cum Xylandro) (Καλλ)είπων [καὶ Σα]λάκεια, maiore cum probabilitate. Sed quod Ptolemaei errorem ex confusione duorum oppidorum sive cognominum sive similiter appellatorum Callipodis et Collipponis ortum esse existimat vir doctus, non assentior. Videtur potius Artemidorus vel siquis alius Strabonis auctor fuit Graecus unius Collipponis nomen in simile Graece sonans Callipodis transformavisse et de situ oppidi eius male rettulisse. Salaciae vero nomen recta sine dubio editores Straboni restituerunt. Vetustum in illa regione oppidum fuisse (de quo dixi olim in actis acad. Berol. minoribus a. 1861 p. 743 ss.) nummi docent bilingues (asses, semisses, sextantes) inscripti nomine urbis peregrino neque aliunde noto. Nummis illis peregrinis prorsus similes sunt asses et semisses inscripti Latine IMP · SAL et IMP · SALAC (Eckhel D. N. I 13; Delgado *nueva metodo* II p. 375); unde peregrini a Zobelio (*estudio histórico* II p. 168, cf. *Rev. archéol.* VIII 1863 p. 368 ss. tab. 10) magna cum probabilitate ei attributi sunt, cum Berlanga de Varna urbe Phoenicia cogitaverit. Extant praeterea nummi Sex. Pompei, Cn. Magni filii, inscripti *Sex(tus) Mag(nus) Pius imp(erator)* cum capite Cn. Pompei patris, infra quod scriptum est *Sal* (Eckhel D. N. VI p. 27 Mommsen *röm. Münzw.* p. 387, ed. Blacas vol. II 1873 p. 536). Inscriptionem illam *Sal* ad Salaciam deam Neptuni sponsam rettulit Vaillantius apud Eckhelium, memor testimonii, quod apud Appianum legitur (bell. civ. V 100). Ibi enim de Sex. Pompeio traditur: ἔθυε θαλάσσῃ καὶ Ποσειδῶνι καὶ υἱὸς αὐτῶν ὑφίστατο καλεῖσθαι. Inde Salaciam ab Sex. Pompeio conditam vel Salaciam certe appellatam esse cognomenque urbis imperatoriae ab eo accepisse magna cum probabilitate coniecit qui nummophylacio regio Berolinensi praeest Alfredus de Sallet (apud Nic. R. af Ursin de Lusitania prov. p. 77). Apud Plinium (IV 116) *Salacia cognominata urbs imperatoria*, apud Melam (III 1, 8) in proximo sinu inter promunturia magnum et sacrum *Salacia* simpliciter memoratur; item in itinerario (p. 417, 4. 418, 3. 423, 4; diversa sane est quae p. 422, 3 in via Bracara Asturicam ponitur Salacia) et apud Ravennatem (p. 306, 14). Salinae vetustae in aestuario ibi fuerunt; sed nomen urbis, ut vidimus, non tam ad salinas, quam ad deam Salaciam videtur referendum esse, cum nomen hodiernum utrumque fortasse coniungat, salinarum et Salaciae memoriam; lanam, *quam Salacia scutulato textu commendat in Lusitania*, Plinius memorat (VIII 191). Haec omnia vetustatem urbis et Phoenicum commercia demonstrant. *Alcacer*, cuius muros in fundamentis Romanis extructos esse Alexander Herculano historicus olim mihi testatus est, quamquam hodie urbs est mediterranea, antiquitus tamen paene usque eo pertinuisse potest aestuarium; recte igitur Strabo et Ptolemaeus inter oppida maritima Salaciam collocant.

Tituli aut in ipso oppido hodierno extantes (n. 33—36), aut in sacello quod magis versus occidentem situm est S. Margaritae do Sado sive *Sadão* (n. 32 37—32) de loco oppidi antiqui nihil definiunt; qui videtur nondum detectus esse. Certe aliquo loco in imo aestuarii angulo orientali situm erat. Affirmat quidem Veiga (*a tabula de Aljustrel* p. 33) Iohannem Carolum de Almeida Carvalho, antiquarium doctum, totam regionem Sado fluminis accuratissime exploravisse; sed schedae eius ineditae latent.

Accesserunt titulis adhuc notis cura Antonii Figueiredo unus Augusti

(n. 5182), sepulcralis alter (n. 5183); alios latere amici mihi affirmaverunt.

Anno 1874 prope *Alcacer* detecta est necropolis integra continens sepulcra multa satis vetusta et recentiora, in quibus nummi Claudii imperatoris reperti sunt. In sepulcris vetustioribus inter supellectilem fictilem reperta sunt vascula picta Italo-graeca (v. *Archaeol. Zeitung* a. 1877 p. 81) et persona faciem muliebrem repraesentans ex terra argillacea affabre facta. De necropoli illa relatum est in *Boletim architectonico* I 1874—76 p. 81 tab. 10; personam publici iuris fecit O. Benndorf in dissertatione inscripta *antike Gesichtshelme und Sepulcralmasken* et edita in *Denkschriften der philos. hist. Cl. der Wiener Akademie* vol. XXVIII a. 1878 p. 181 tab. 13 (cf. quae de ea ipse dixi in annalibus Bonnensibus vol. LXVI a. 1878 p. 84 s.). Probant sepulcra haec Salaciam urbem iam ante aetatem imperatoriam commercio Graeco et Italico floruisse.

Tituli municipium *Salaciense* (n. 38) magistratus solitos, duumviros et flamines (n. 38 34), habuisse tribuique Galeriae (n. 34) adscriptum fuisse docent. Statuam ibi habuit homo primarius fortasse inde oriundus Cornelius Bocchus scriptor (n. 35, v. infra n. 5184). Praeterea ibi natus erat *C. Melanius C. f. Gal(eria) Rufinus Salacia miles coh(ortis) VIII pr(aetoriae)* tituli urbani (VI 2688); cuius nomen originem peregrinam probat.

Vestigia viae Romanae Ebora Salaciam observata sunt nonnulla; et Veiga dixit (*a tabula de Aljustrel* p. 81 ss.).

5182 Rep. *em Alcacer do Sal*, lapis graniteus altus m. 0.44, latus 0.81, crassus 0.33; servatur Olisipone in academia artium; litteris pulchris et profundis vid.

IMP · CAESARI · DIVI · F · AVGVSTO
PONTIFICI · MAXVMO · COS · XII
TRIB · POTESTATE · XVIII a. u. 749 p. C. 10
VICANVS · BOVTI · F
SACRVM

Figueiredo *Revista archeologica* II 1888 p. 88.
V. 3 pro XII exigitur XIII.

5183 Rep. et servata cum praecedente; tabula marmorea alta m. 1.85, lata 0.80, crassa 0.30, litteris pulchris et profundis saec. I sive II vid.

IVNIA · CORINTHIA
AN · XVII · H · S · E ·
S · T · T · L ·
SATVLLA · FILIAE

Figueiredo *Revista archeologica* II 1888 p. 70.

VI. CAETOBRIGA (*Setubal*) p. 8.

n. 40—44.

In eodem quo Salacia aestuario, sed in angulo eius altero septentrionali oppidum antiquum situm erat, quod inter Graecos scriptores a Ptolemaeo et Marciano solis, inter Latinos a solis itinerariis memoratur eis locis, quos iam indicavimus (supra p. 8), et forma vario modo corrupta nominis, quod Caetobrigam fuisse perquam probabile est. Heres oppidi eius antiqui sine dubio hodierna *Setúbal* est, cuius adeo nomen fortasse ex antiquo deflexum videtur retinere. Sed parietinae in ora aestuarii iuxta aediculam S. Mariae de *Troya* sitae, quas Resendius oppidi esse putabat eiusque auctoritatem secuti homines Setubalenses fontem thesaurorum antiquitatis innumerabilium futurum esse sibi persuaserunt, tam exiguae sunt, ut potius ad villam aliquam maritimam aut ad stationem salinarum et piscinae atque cetarii pertinuisse videantur. Exposuit hoc luculenter homo regionis illius gnarus Francogallus Eugenius de Fontainica in libello inscripto *Question Cetóbriga, recherches archéologiques sur la ville de Troia* (Bordeaux 1875, 14 pp., 4.). Neque dissentit rerum Portugallensium aestimator intellegens et candidus in universum iudex Oswaldus Crawfurd Anglus (antea pseudonymo Latouche usus), Britannorum in Porto Portugallensi aliquamdiu temporis consul. In libro suo de Portugallia vetere et nova (*Portugal, Old and New*, Londinii 1880, 8.) muros illos Troiae piscinas et ταριχείας propterea putat non fuisse, quia domibus vel villis elegantibus adiacerent nauseamque necessario praebere debuissent habitantibus propter odorem malum. Quod argumentum minus validum videtur esse, si consideraverimus in Europa meridionali ne hodie quidem talia evitari. Itaque etiamsi ipse ab eo ponderosus vocor (*the weighty Hübner*), tamen propter argumenta invalida ab eo prolata non video aliter iudicandum esse de parietinis illis atque olim feci. Sane qui narrationibus indigenarum freti thesauros inde artis antiquae atque auri argentique pondus prodituros speraverant pecuniamque ad ea effodienda contulerant, egregie falsi sunt. Supervenit tamen titulus in Troyae parietinis, ut aiunt, repertus Cornelii Bocchi (infra n. 5184), quem Salaciae quoque statua honoratum esse vidimus (n. 35). Itaque fieri potest ut aut villa ibi steterit maritima ipsius Bocchi aut eo pervenerit titulus eius ex vicina Setúbal. Oppidum hoc cum castello in rupe collocato urbi veteri respondere facile crediderim. Hanc quoque quaestionem et solvendam sibi proponant commendamus Antonii Figueiredo et Veigae curae aliorumque virorum doctorum in vicina Olisipone degentium.

5184 (= Eph. I 881) Caetobrigae (i. e. in situ parietinarum quae *Troya* dicuntur prope hodiernam *Setúbal*) reperta sunt m. Decembri a. 1871 fragmenta tabulae lapideae magnae quattuor, quae componi potuerunt nullo negotio; partes reliquae, quamquam quaesitae studiose, nondum prodierunt. Litterae dicuntur esse optimae.

*L. c*ORNELIO · L · F
*b*OCCHO
*flamin*I · PROVINC
tr. MIL · LEG · III · AVG

[*L. C*]*ornelio* [*C.*] *f*(*ilio*) [*B*]*occho*, [*flami*]*ni provinc*(*iae*), [*tr*(*ibuno*)] *mil*(*itum*) *leg*(*ionis*) *III Aug*(*ustae*) . . .

Augustus Soromenho descripsit, qui lectionem affirmat omnino certam esse excepta sola littera versus primi paenultima, quam etiam C esse posse putabat.

Referendus est titulus summa cum probabilitate ad Cornelium Bocchum historicum, cuius chronica Solinus excerpsit (cf. Mommseni ad Solinum praefatio p. XVII), postquam eius de admirandis fortasse Hispaniae libro librisve iam Plinius ipse usus est frequenter (v. c. XXXVII § 24. 97. 127 et in indicibus librorum XVI. XXXIII. XXXIV. XXXVII), cuiusque iam notus erat titulus inter Salacienses a me positus n. 35.

Si revera Lucii praenomen, non Gai, in titulo Caetobrigensi est, vir hoc titulo honoratus potest etiam filius fuisse eius, quem Salaciae videtur honorasse colonia Scallabis (hodie *Santarém* ad Tagum sita ab Olisipone versus septentriones); nisi forte Cornide erravit atque in illo quoque L · F scriptum erat. Puto hominem indicari in utroque titulo eundem, cum dignitates prorsus conveniant. Nam quod in titulo prius iam noto legionis numerus et cognomen omissa sunt, id factum est ex saeculi primi consuetudine notissima. Itaque Caetobriga aut oriundus esse aut praedia ibi habuisse putandus erit Bocchus rerum scriptor ibique etiam statua honoratus esse a variis oppidis Lusitanis. Quod in legione tertia Africana tribunatum obtinuit non obstat origini eius Lusitanae. Bocchi cognomen similiaque originis fortasse Africanae etiam in Lusitania non rara sunt; *Boccus* in titulis Visaeensi (n. 410) et Cauriensi (n. 762) reperitur.

VII. PAX IVLIA (*Beja* cum vicinia) p. 8.

n. 46. 46 (v. infra n. 5185). 47—58. 59 (v. infra n. 5186). 60—137.

'Colonia Pacensis' Plinii (n. h. IV § 117), iuris Italici, secundum testimonium Pauli 'libro secundo de censibus' (Dig. L 15, 8, 1), conventus Pacensis caput, fortasse iam a Caesare condita, Iuliae cognomen habuit. Similiter inter quinque Lusitaniae colonias una praeterea Scallabis Praesidium Iulium vocabatur, e municipiis civium Romanorum Olisipo Felicitas Iulia, ex oppidis veteris Latii Ebora Liberalitas Iulia, fortasse etiam Myrtilis Iulia (supra caput III) dicta sunt; ut in huius provinciae finibus comparatio consistat. Sola Emerita ab Augusto deducta Augusta dicta est; praeter Augustobrigenses nullum praeterea Lusitaniae oppidum ab Augusto conditum esse vel beneficia ab eo se accepisse ipso nomine testatur. Nummi omnes, ad aetatem liberae rei publicae referendus unus musei Berolinensis ineditus, caput fortasse Caesaris exhibens (Zobel *estudio histórico* II p. 158), reliquique aetatis Augustae, unum Pacis Iuliae nomen habent (cf. Delgado *nuevo metodo* II p. 265). Pacem Iuliam dictam esse testantur tituli saeculi secundi (n. 47 48 53); nota fortasse vetustior est manubrii argentei (n. 51). Pacem Iuliam praeterea nominant Ptolemaeus (II 5, 4) et itineraria (Antonini p. 427, 5. 431, 7; Ravennas p. 306, 7). Apud Strabonem solum inter urbes, in quas ea aetate iam coloni Romani deducti sunt (αἵ τε νῦν συνῳκισμέναι πόλεις) iuxta Augustam Emeritam et Caesaraugustam nominatur ἡ ἐν τοῖς Κελτικοῖς Παξαυγοῦστα (III 2, 15). Inde Pacem Iuliam a Pace Augusta distinguentes scriptores Hispani nonnulli cum Pacem Iuliam Lusitanis relinquere cogerentur, Pacem Augustam Celticorum hodiernam *Badajoz* esse voluerunt, cuius adeo nomen hodiernum inde derivatum esse censuerunt. Sed *Badajoz* scriptoribus Arabum *Bathaliós* est (secundum testimonia quae Gayangos composuit *Mohammedan dynasties in Spain* I p. 389); Iohannes de Barros, qui a. MDXLIX scripsit, oppidum brevi antea adhuc *Vadalhouce* appellatum esse testatur; fortasse a flumine quodam. De antiquitate *Badajoz* oppidi dicetur suo loco. Coloniam civium Romanorum praeter Pacem Iuliam in Lusitania nullam fuisse certum est. Incertum autem est utrum inde fortasse ab Augusto pleniore appellatione dicta fuerit Pax Iulia Augusta, ut coloniae Iuliae in Italia non paucae item Augustae dictae sunt, cum post Caesarem etiam ab Augusto veteranis ibi agri adsignati essent, an erraverit Strabo. Hoc fortasse maiore cum probabilitate statuitur; nam quamquam Strabonis verba supra scripta illud videntur indicare, ab Augusto denuo fortasse ibi agros adsignatos esse veteranis, tamen Augustae cognomen, quod nummi omnino ignorant, postea prorsus delituisse probabile non est. Strabonem interdum Artemidorum fortasse secutum prave rettulisse de Lusitaniae urbibus (ut de Ossonoba, supra cap. I) aliunde constat; in Pacis nomine ipse memoria falsus Caesarem filium pro Caesare patre videtur substituisse. Itaque umbra illa Pacis Augustae urbis ut tandem aliquando prorsus evanescat optandum est. Qui Pace orti sunt, Pacenses ubique simpliciter appellantur (n. 81 516 517).

Pacem cum iterum adire vellem a. 1881, affirmaverunt amici Olisiponenses ne ea quidem ibi superesse monumenta pauca, quae a. 1860 viderem. Nam quae ibi adhuc servabantur musei Cenaculani reliquiae, eae omnes a. 1888 Eboram translatae sunt, ubi vide. Unde ab itinere infructuoso destiti neque postea resciscere potui ab amicis quidquam ibi novi repertum esse praeter titulum unicum sepulcralem, quem hic propono (n. 5187), in vicinia quidem oppidi servatum, sed ut ipse docet ad homines Eborenses pertinentem. Alter postea accessit (n. 5188).

5185 ad n. 46. Denuo comparuit a. 1887; *pedra de forma irregular, que parece ter tido applicação diversa da que teve na primitiva*; titulus legitur intra marginem latum c. m. 1.50. Figueiredo *Revista de archeologia* I 1887 p. 185 ex ectypo, in quo legit v. 1 STEPHNA.

5186 ad n. 59. Ectypum misit A. C. Borges de Figueiredo, quod lectionem meam omni ex parte comprobat, nisi quod v. 13 (textus) non FAC · : IPOTIVS in eo est (quod dedi errore typothetae), sed FAC · IPOTIVS. Deinde in eodem versu extremo NAN videtur certum esse. Versus igitur carminis duo ultimi, quos Hauptius restituere nequivit, a me rogatus Buechelerus iam mihi rescripsit a se in schedis suppletos esse. Unde carmen integrum hic repetere visum est.

Quisq(ue) praet[eries] sitam viato[r],
[si, cum] termine legeris [peremptam]
me aetatis vicesim[o quinto], dolebis,
et si seneus er[it] meae quietis,
qu[a]e lasso tibi dulcius precabor,
vivas pluribus et diu [se]nescas,
qua mi non [l]icu[it] fruare vita.
[si t]e flere iu(v)at, quita[i] inge[mi]scis?
Nise annor(um) XXV
Ann(ii) Inachus haec ma[terq(ue)] Io fac(iebant);
I potius, propera, [i]am [quod] legis, ipse legeris

Vocabula duo lineis superpositis compendiose scripta esse indicentur.

V. 9. Numerus in fine ita clare legitur XXV. V igitur illud, quod cum v. 5 carminis pugnat, fortasse linea tantum est a quadratario male adiecta. Cum in medio v. 3 plus una littera videatur excidisse, ibi quoque fortasse contra metrum supplendum vicesim[o quinto]. Ita etiam v. 10 *Ann(ii)*, quod magis puto supplendum esse quam *Ann(ius)*, extra metrum adiectum est. V. 8 [o]am (*qui*) *legis* Mommsenus. Ceterum erravi, cum dicerem litteras esse malas et aevi recentis; sunt satis bonae (altae m. 0.03, in fine 0.08) et saeculi primi exeuntis secundive ineuntis.

5187 (= Eph. II n. 302) A Cuba chiliometris duobus rep., in via Ebora Pacem, n'uma *herdade do Visconde da Esperança denominada Mezão Frio.*

IVLIA · Q · F · QVIN
TILLA · EBORENSIS
ANNORVM XXXXIII
H · S · E · S · T · T · L
Q · P · MAtER · MATR

Exemplum misit Soromenius. T ubique ita r scribitur (cf. Exempla script. epigr. p. LXVI, ubi huius exempli oblitus eram). V. 5 MAtER traditur. Solvendum *Q. P(ompeius?) Macer.*

5188 Paco, *na soleira d'uma porta do paço episcopal que dá para uma cerca*, cippus altus c. m. 1, *e de largura correspondente.*

D · M · S
N E L A G R I A
N V S A N N
O R V M X I I
HS · E · S · T · T · L

Figueiredo *Revista archeologica* I 1887 p. 188 cui misit Ioh. Tavares Lanço Pacensis.

VIII. EBORA (*Evora* cum vicinia) p. 13. XXXVIII.

n. 108—112.

114 Eborae, *si vede hora nella casa del Capitano di cavalli D. Diego di Castro* (quem alibi ita designat, '*huomo principale di questa città, luogotenente generale del Re nelle cose di guerra*') Venturinus l. 107 v. (inde Ephem. IV p. 8) textum ex Resendii libro adscripsit, sed videtur ipse vidisse. Tamen fortasse in lapide fictum esse titulum iam adnotavi.

119 Titulum falsum esse dudum intellexi, i. e. a Resendio confictum fortasse ad exemplum tituli vol. V 4385. Damnavit eum Mommsenus Eph. epigr. IV 1881 p. 838 adn. 8.

116—120.

121 Excidit casu mentio Gruteri, apud quem legitur e Vasconcello desumpta p. 751, 10.

192 (v. infra n. 5188). 123—199. 9098.

A Plinio cum Myrtili ac Salacia inter Lusitaniae oppida veteris Latii nominatur *Ebora, quod item Liberalitas Iulia* (IV § 117). Extant nummi vetusti *Aipora* vel potius *Aibora* inscripti (Zobel *estudio* II p. 199), qui probabiliter ei urbi attribuuntur; adduntur in exemplaribus quibusdam litterae postea impressae *d(ecreto) d(ecurionum)* et *b*(...?). Oppida eiusdem nominis vel similium ex eadem radice derivatorum non pauca fuerunt in Hispaniis; unde apparet nomen esse originis Ibericae, non Phoeniciae. In nummis deinde Romanis, cusis intra annos u. c. 749 et 799 *permissu Caesaris Augusti p(ontificis) m(aximi)*, inscriptum est *Liberalitas Iulia Ebora* (Eckhel D. N. I 14; Delgado *nuevo metodo* I p. 137 s.). Oppidum memoratur praeterea in itinerario (p. 418, 1. 498, 8) recteque ibi quantum distet a Salacia indicatur. A Ptolemaeo vero loco plane alieno inter Ammaiam (cap. XI) et Norbam (cap. XXIV) collocatur Ἔβουρα (II 5, 8); ita ut aut plane erravisse putandus sit aut dubitandum, utrum ea vera Ebora ea indicetur, quae hodie *Evora* est, an altera urbs cognominis vel similiter appellata. Quod in itinerarii codice Florentino (R) semel *Ebura* est pro Ebora (p. 420, 5), ad rem non multum facit; saepe enim sive auus ipse sive librarii in talibus vacillant, ut in Onuba et Onoba (supra cap. I) et similibus. In titulo uno memoratur *municipium Eborense* (n. 114; cf. n. 5199). Haec si oppida duo fuerunt diversa, tertia quaedam praeterea memoratur Ebora in ora Baeticae circa Baetis ostium sita, a Stephano Byz. (p. 259, 4) Ἔβορα (var. Ἔβυρα) πόλις παρωκεανῖτις μετὰ τὰ Γάδειρα, Mela (III 1, 4) *in proximo sinu portus est, quem Gaditanum, et lucus, quem Oleastrum appellant, tum castellum Ebora in litore et procul a litore Asta colonia*, Strabone (III 1, 9) ἐντεῦθεν ὁ τοῦ Βαίτιος ἀνάπλους ἐστὶ καὶ πόλις Ἐβοῦρα καὶ τὸ τῆς φωσφόρου ἱερόν, ἣν καλοῦσι λοῦκεμ δουβίαν. Tamen quaeri potest num testimonia illa, quae ad Artemidorum et Varronem videntur redire, intellegenda sint de Ebora Lusitana, quam ulterioris Hispaniae neque ita procul ab oceano sitam esse aliquo modo dici potuit. Similiter vidimus supra erratum esse in Ossonoba duplici (cap. I): aut Artemidorus ipse sive quis auctor fuit memoriae eius falsa audire potuit de situ oppidi, quod ipse non adiit, aut Strabo verba eius fortasse artificiose prolata non recte intellexisse. Sed certo diversa est Plinii *Ebura quae Cerealis*, quam inter Baetim et oceani oram in mediterraneo ponit (III 10): cum ea autem etiam componi potest Ptolemaei Ebura, quam supra memoravi. Eo magis vero incertum redditur de oppidis hisce iudicium, quod praeterea etiam *Bora* quaedam fuit a solis nummorum testimoniis nota (Zobel *estudio* II p. 187) et *Epora* in Baeticae conventu Cordubensi sita (supra p. 301). Eborae autem Lusitanae, quod videtur inter oppida illa omnia celeberrimum fuisse, nulla praeterea extant testimonia; Resendii enim aliorumque fraudes dudum explosae sunt (n. 18*—31*), quamquam constanter repetuntur non a scriptoribus Lusitanis Hispanisve solis.

Monumenta Eborensia postquam diu iacuerunt prorsus neglecta, anno demum 1888 museum olim ibi conditum a Cenaculo (ut exposui p. 8) instauratum est et collocatum intra parietes templi Romani adhuc ibi servati. Templum enim olim in ecclesiam conversum, operis illud Corinthii elegantis, quod Dianae sacrum fuisse a multis adhuc creditur ratione prorsus nulla (nam quod Q. Sertorius id condidisse fertur, a scriptoribus Eborensibus fictum est), aedificatum autem videtur esse secundum artificii formam saeculo p. Chr. altero fere medio, ante hos viginti annos ruinae proximum esse credebatur. Instaurari iam coeptum erat aliquantisper a. 1840 per Ioachimum Heliodorum da Cunha Rivara bibliothecarium Eborensem. Sed a. demum 1870 incitante Augusto Philippo Simões, professore postea Conimbrigensi, iam defuncto, qui tum ibi bibliothecarii munere fungebatur, penitus refectum est adiuvante Antonio Francisco Barata, qui de illo opere rettulit in libello *miscellanea historica-romantica* (Barcellos 1878, pp. 249, 19.; vide quae de eo dixi in ephemeride litteraria Ienensi a. 1879 p. 388). Praeterea exposuerunt de templo eiusque forma tectonica Simões in ephemeride *as Artes e Letras* (Olisipone 1872 p. 158 ss.), qui docuit simillimum esse templis Antonini et Faustinae urbano et incertae originis Nemausensi, quae domus quadrata dicitur — saeculo igitur et ipsum tribuendum esse secundo —, et Gabriel Pereira *Boletim de archit.* IV 1883 p. 33 ss. et in studiis Eborensibus infra indicandis. Cui deo olim sacrum fuerit prorsus incertum est. Prodierunt autem in instauratione illa e parietinis aedificii novicii, quod intra templi muros extructum erat, praeter fragmenta operis tectonici vetusta etiam frustula quaedam inscripta, quorum unum tantum servatum est (n. 5200). Translata eo sunt quae ex museo quondam Cenaculano Pacensi supererant (v. praef. cap. VII) atque aliunde quoque opera artis statuariae, fragmenta tectonica, vasa aliaque eiusmodi reliquiae eo delatae sunt consilio perquam laudabili. Musei instaurationem enarravit Simões in libello inscripto *Relatorio acerca da renovação do Museu Cenaculano, dirigido ao Ex[mo] Sr. Visconde da Esperança, Presidente da Camara municipal de Evora* (Eborae 1880, 38 pp., 8.). Postea de eodem egit Gabriel Pereira *Boletim de archit.* IV 1884 p. 78. Servantur iam in museo Eborensi tituli Eborenses sex antea noti (n. 112. 119. 117. 119. 120. 123), novi undecim (n. 5180—5200), ex aliis locis eo delati undecim (n. 8. 32. 38. 88. 89. 102. 103. 108. 205. 210. 341) cum christianis tribus (Inscr. Hisp. christ. n. 8. 11. 18). In platea vero publica oppidi et in aedibus quondam Resendii falsi omnes adhuc extant. Iuvat igitur merita laude commemorare, quod museo hoc epigraphico in Portugallia primo et diu unico tandem restituto iam initium factum est ad monumenta Eborensia et regionis eius, antiquitatum omnis generis perquam fertilis, et colligenda et apte servanda.

Ad iudicium de fraudibus Resendii olim expositum addendum est, etiam titulum n. 119 falsum esse, ut supra adnotavi.

Ebora occidentem et septentriones versus leugas quinque situm est *Montemór-o-novo* oppidum, ubi extat titulus n. 5188. Castellum eius oppidi, dictum hodie quoque '*o palacio*' (non *o paço* neque *a alcaçova*, quod dignum est memoratu), Romanae originis esse Gabriel Pereira exposuit (*Revista archeologica* I 1877 p. 188 ss.) aliudque castellum item Romanum extare narravit prope villam *de Montoito*. Ego loca illa in transcursu tantum vidi; maxime autem exoptandum est, ut aedificia vetusta regionis eius imaginibus photographis exhibeantur sive potius ut accurata delineentur atque hoc saltem modo conserventur. Prope *Montemór-o-novo* in praedio dicto *Amoreira do Torre* idem Pereira testis est servari statuas Romanas duas, viri togati et mulieris, altas m. 2 plus minus, carentes capitibus et manibus, quas fama est eo, allatas esse ex oppido Myrtili; *o marques* et *a marqueza* a vulgo appellantur et dicuntur operis esse admodum elegantis.

Templum sive aedificium Romanum praeterea superest prope *Arraiolos* vicum ad *Divor* flumen situm, unde facta est aedicula Sanctae Annae *do Campo* (v. n. 108. 126). Disseruit de eo Heliodorus da Cunha Rivara in ephemeride *o Panorama* a. 1833 p. 130 ss., quam dissertationem mecum communicavit Gabriel Pereira Eborensis. Aedicula longa est circiter m. 20, lata 10; constat e lapidibus quadratis, qui pilas efficiunt; columnae repertae sunt nullae.

Idem Pereira edere coepit ephemeridem menstruam *estudos Eborenses, Evora romana 1ª parte, o templo romano, as inscripções lapidares* (Eborae 1885 ss.); inde novi accesserunt tituli octo (n. 5181—5199. 5188. 5198) tam Eborenses quam ex vicinia eo delati; quos hic composui secutus exempla et ectypa a Pereira nuper submissa.

5189 ad n. 122. Tabula adhuc extat in *Montemór-o-novo* loco antiquo (*num muro fronteiro a câmara municipal*); divisa est marginibus in partes tres, quarum duae exteriores anaglypha exhibent ad artem scalpendi referenda (dixi de eius generis anaglyphis in Ex. script. epigr. p. XXX). Praeterea in partibus illis lateralibus insculptae sunt litterae saeculo quinto sextove hae:

a sinistra:

in H☉MI℞E D̄N̄I *n*

fam V̄L̄I X̄R̄I

si SÊNAIOTS

a dextra:

et IÊSA OILLE

*f*ÊCEKVNT

id est: [*in*] *nomine d*(*omi*)*ni* | [*fam*]*uli Christi* | [*Si*]*smandus* | [*et I*]*esabille* | [*f*]*ecerunt*.

Litterae vero tituli partis mediae, accurate sculptae saeculo fere secundo medio, altae sunt v. 2—5 m. 0.04, v. ultimo m. 0.038, atque tam clarae et perspicuae, ut de nulla omnino dubitari possit.

scalprum et malleus?

D M S
MEMORIAE · G · F · CALCHISIAE · FLAM
PROV · LVSIT · IT · FIL · PISSIM · ET · MAE · L · F
SIDONIAE · NEPT · DVLO · ET · APON · LV
PIANO · MAE · MEREN · FAGRIC · QVA · MISER · MA
TER · IVN · LEONICA · KARIS · SVIS · ET · SIBI

tabella cum perpendiculo

Gabriel Pereira a. 1878 misit accurate delineatam; a. 1887, cum ipse a. 1881 videre non potuissem, ectypum subministravit Antonii C. Borges de Figueiredo officiosa diligentia, quo lectio antiquiorum, de qua nemo dubitare non potuerat, paene omni ex parte confirmatur. Inde edidi *Revista archeol.* I 1897 p. 143 ss. Levy n. 999.

V. 1 in ectypo non comparet, sed lectus est ab antiquioribus omnibus et a Pereira. V. 2 C · F Per., sed G perspicua est et certa; neque cogitari potest de) *c*(*larissima*) *f*(*emina*). Putabam olim in *memoriae* vocabulo latere nomen defunctae gentilicium, fortasse Mariae. Sed lectio est certissima; unde iam statuendum erit excidisse gentilicium incuria lapicidae. Etiam *Calchisiae* cognomen singulare est admodum et dubitationi obnoxium. V. 3 LVSIT · IT · FIL clare legitur in ectypo; LVSIT · II · FIL Varella, LVSIT · I · E · FIL Pereira, reliqui IT omiserunt. Quod sane potest ortum esse ex mala iteratione syllabae eius quae praecedit. *It*(*erum*) proposuit Hirschfeld. V. 4 SIDONIAE nomen item rarum clare legitur; item DVLC, S minore intra C collocata, quod Pereira recte delineavit, compendio sane insolito. V. 5 FABRIC · QVA vocabula quid significent non statim apparet; *q*(*uae*) *v*(*ixit*) *a*(*nnos*), quod olim Mommsenus proposuerat, hoc tituli loco sensu caret. Cogitavi de *fabric*(*a*) *qua*(*m*), ea significatione, qua vocabulum de aedificiis usurpatum est a Palladio (I 9), ut sit monumentum sepulcrale. V. 8 IVNITONICA Pereira; verum viderant antiquiores. Etiam *Leonica* nomen rarum est. In fine cogitatione supplendum videtur *fecit* vel *faciendum curavit*. Nulla omnino dubitatio est quin titulus genuinus sit et vetustus; restant compendia scripturae reliqua singularia, nomen mariti in fine positum omissa flamonii dignitate, quam flaminicae maritum habuisse certum videtur, nomina rara paene omnia. Legendus igitur titulus ita fere: *D*(*is*) *M*(*anibus*) *s*(*acrum*), | *memoriae* | . . . .) *G*(*ai*) *f*(*iliae*) *Calchisiae* *flam*(*inicae*) | *prov*(*inciae*) *Lusit*(*aniae*) [*it*(*em*)?] *fil*(*iae*) *pissim*(*ae*) *et Mar*(*iae*) *L*(*uci*) *f*(*iliae*) | *Sidoniae nept*(*i*) *dulc*(*i*)*s*(*simae*) *et Apon*(*io*) *Lu*|*piano mar*(*ito*) *merent*(*i*) *fabric*(*a*), *qua*(*m*) *miser*(*a*) *ma*|*ter Iun*(*ia*) *Leonica karis suis et sibi* [*fecit*].

5190 Eborae, rep. a. 1863 *na muralha septentrional do largo de Diana*; servatur in museo (n. 22).

D · M · S
L · CAE · SIVS · CAE · SI · A *nus*
A · LX · CAE · SI · A · VERNACLA
LI · BER · TA · F · C ·
5 H · S · S · S · T · L

Simões *relatorio* p. 14; Pereira p. 18, 28. V. 4 om. Sim. 3 VERNACIA Per. 5 H·S·EST·T·L Per.

De Aeminio Conimbrigaque testimonia veterum haec habemus. Strabo post Tagum fluvios Lusitanos notum enumerat, γνωριμώτατοι δὲ τῶν ποταμῶν ἐφεξῆς τῷ Τάγῳ Μούνδας (III 3, 4 Μουλιάδας codd., mutavit Casaubonus). Similiter Varronem secuti Mela *Munda in medium fere ultimi promunturii* (Magni) *latus effluens et radices eius adluens Durius* et infra *totam* (Durii ripam) *Celtici colunt . . . fluuntque per eos Ava . . . . Minius et cui oblivionis cognomen est Limia* (III 3, 8. 9) et Plinius *ab Minio, quem supra diximus* (§ 112 *Minius amnis . . . flumen Limia, Durius amnis*), *CC m. pass., ut auctor est Varro, abest Aeminius, quem alibi quidam intellegunt et Limaeam vocant, oblivionis antiquis dictus multumque fabulosus, ab Durio Tagus CC m. pass. interveniente Munda* (IV 115) et antea *oppidum et flumen Aeminium, oppida Conimbrica Collippo Eburobrittium* (113), denique infra in civitatium recensione *aemienses* et *emienses* codicum mutati sunt ab editoribus recentibus in *Aeminienses*, cum Silligius fortasse rectius *Ammienses* scripserit pro Ammaiensibus (cap. XI), quas alioquin prorsus abesse ab opere Pliniano iure mireris. Apud Ptolemaeum inter Tagi et Durii ponuntur Μόνδα ποταμοῦ ἐκβολαί (II 5, 3), deinde post Durii ostia Λιμίου et Μινίου ποταμοῦ ἐκβολαί (II 5, 4) et inter Lusitanorum oppida post Ἀρίτιον (supra cap. XII) Σέλιον Ἀραδούκκα Οὐερούριον Οὐαλλοδί; (quae omnia ignota sunt aliunde) Αἰμίνιον (II 5, 6). In itinerario denique sese excipiunt *Sellium Conimbriga Aeminium* (p. 421, 3—5); apud Ravennatem haec omnia omittuntur. Postremo homines Aeminio oriundi nominantur in titulis Emeritensi (n. 508) et phari antiqui apud *la Coruña* siti (n. 2559), praeterea homo, cuius patria erat πόλις Κονιμβριγησία apud Phlegontem de longaevis (c. 1 p. 87, 28 Kell.), alius deinde *Conimbriga natus* in titulo ex *Condeixa* procedente (n. 391), di deaeque *Conimbric(enses)*, ut videntur, in titulo aliquo ex *Tras os Montes* (n. 432). Postremo *L. Iunius Latro Conimbricensis flamen provinciae Lusitaniae* memoratur in titulo Emeritensi novo (infra in hoc supplemento n. 5264). Ex his testimoniis inter se collatis et cum natura rerum comparatis illud manifestum est, Conimbrigam et Aeminium oppida omnino vicina fuisse, hoc autem longius afuisse a Scalabi, illud propius. Itaque cum itinerarium numeris mutatis ad Conimbrigae situm ducere videatur ibique inventus sit titulus unus saltem hominis Conimbriga nati (n. 391), probabile quidem est, ut vidimus, ibi fuisse Conimbrigam. Sed quominus Aeminium ibi collocemus ubi hodie *Coimbra* est, illud videtur impedire, quod ad Aeminium oppidum Plinius eiusdem nominis flumen nominat, cum qui ad Coimbram fluit fluvius *Mondego* hodie dictus fere non possit diversus esse a Munda fluvio sive qua alia nominis forma fuit, quam Varronis et Strabonis auctor Graecus (Artemidorus?) solus videtur servavisse. Itaque in confusione illa nominum Limiae et Minii (qui Straboni Posidonium secuto Βαῖνις est, III 3, 4), potest Aeminius fluvius ille ex mero Plinii errore originem duxisse. Quod si ita est, nihil obstat quo minus Aeminium Coimbrae hodiernae situm occupasse statuamus. Aliter Car. Müllerus indicavit, qui ex Araducca Ptolemaei, quae apud eum redit inter Bracarum oppida (II 6, 38), Traductam effecit, ratus id alterum fuisse Conimbrigae nomen ex vetere situ ut putat aliquando remotae ita, ut Tingentera Iulia Traducta nominabatur, scilicet ex Africa trans mare in Hispaniam mota. Idem praeterea Velladis Ptolemaei cum Aeminio locum mutare iussit, ut illud loco *Avelhaes* oppidi hodierni collocari posset. Sed neque locus novicius ab Abellanis nucibus dictus cum vetere Velladis statione componi neque Araduccae nomen in Traductam mutari potest. Itaque Conimbrigam a Ptolemaeo abesse et Araduccam eius fortasse errore loco illo repetitam esse tolerabimus nihilque in textu eius mutabimus.

De situ Aeminii et Conimbrigae quaestionem diu tractatam retractaverunt post scriptionem exigui momenti A. F. Barata (*breve memoria acerca da velha Coimbra arrayada por Ataces e Remismundo* cet., Conimbrigae 1881, pp. 29, 8.) viri docti Lusitani duo, Augustus Philippus Mendes Simões de Castro, professor olim Conimbrigensis alter (in *boletim architectonico* I 1875 p. 105 ss. 117 ss., cf. Eph. IV p. 12, et in ephemeride *Portugal pittoresco* in dissertatione inscripta *alguns passos num labyrinto, se Coimbra foi povoação romana e que nome teve* I—III 1878 p. 12 ss. 32 ss. 43 ss.), alter Antonius Cardoso Borges de Figueiredo Olisiponensis, doctrinae epigraphicae nunc inter Portugallenses sospitator, in dissertatione Oppida restituta, *as cidades mortas de Portugal, Eminio-Coimbra*, in *boletim da Sociedade de Geographia de Lisboa* Ser. V 1884 n. 2, et *Conimbriga-Condeixa-a-velha* ibid. Ser. V 1885 n. 10. Recte primum Borges de Figueiredo eorum opinionem refutavit, qui Aeminium in *Agueda* collocare voluerunt; rationes enim eius collocationis omnino nullae sunt. Consentiunt autem illi viri duo in ea opinione, quam ego quoque defendi, scilicet Aeminium collocatum fuisse eo loco, ubi hodie *Coimbra* est, Conimbrigam autem in *Condeixa-a-velha*. Eo enim ducere itinerarii (p. 421, 4. 5) numeros, si modo emendentur; mutationem vero nominis inde explicandam esse, quod, cum Conimbriga, a Suevis a. 464 et 468 occupata, saeculo octavo ineunte a Mauris capta et a christianis deseri coepta esset, episcopus Conimbrigensis Aeminii sedem collocasset, unde illud saeculo nono exeunte (inter annos 873 et 883) nomen etiam Conimbrigae accepisset. Aeminii Romani testes esse praeter arcum Romanum, qui ibi in castello stetit usque ad a. 1778, ubi destructus est, titulos ex urbis hodiernae moenibus fundamentisque extractos (n. 368. 374. 378. 384) una cum eis, quos in hoc supplemento proponimus (n. 5241. 5242. 5244); reliquos vero pertinere ad Conimbrigam. Neque nego rem ita se habere posse. Sed cum fieri potuerit, quod alibi saepe observatum est, ut etiam inter lapides e muris aedificiisque hodiernae urbis aliquot sint ex urbis paene dirutae *Condeixa-a-velha* parietibus Conimbrigam asportati (n. 378 sane a vere Conimbrigensibus vix distinguitur), hanc finium regundorum inter duo oppida quaestionem, quatenus ad titulos pertinet, propterea satius visum est intactam relinquere, quia de maiore parte titulorum utrum a *Condeixa* provenerint an a *Coimbra* certo diiudicari nequit. Unus certe titulus ibidem repertus miliarius est, olim m. pass. IV ab urbe collocatus (n. 4639).

Haec diu scripta et prelis iam tradita erant, cum ecce casus fortuitus rei epigraphicae ut saepe fautor quaestionem de situ Aeminii ita absolvit, ut recte statuisse iam appareat eos, qui Aeminium in ipsa Conimbriga hodierna quaesivimus. Prodiit enim ibi m. Aprili a. 1888 titulus infra editus n. 5239, in quo nomen oppidi primum apparet saeculo quarto ineunte adhuc servatum. Itaque medio demum quod dicunt aevo locum nomen suum mutavisse iam constat, Mulleri vero coniectura plane corruit. *Civitas* igitur *Aeminiensis*, ut in titulo illo appellatur, re vera Coimbrae hodiernae locum occupavit neque iam cogitabitur de titulis e *Condeixa-a-velha* huc transportatis.

Titulos Conimbrigenses praeter scriptores supra scriptos, Augustum Simões et Antonium Figueiredo, exhibent Anonymus Taurinensis, de quo supra dictum est (p. XI sq.), et catalogus musei Conimbrigensis.

Museum, quod cura Augusti Simões potissimum institutum est inde ab a. 1873 in universitate Conimbrigensi, vidi a. 1881 titulosque paucos, quos servat, contuli. Vidi ibi caput non magnum statuae iuvenis repertum Bobadellae (infra cap. XVII) et partem statuae muliebris repertam in *Arrayolos* oppido prope Eboram sito (supra cap. VIII); non spernendae artis utrumque. De rebus variis, quae praeterea ibi asservantur, rettulit scriptor catalogi, Ioh. Correia Ayres de Campos, eius conservator (*catalogo dos objetos existentes no museo de archeologia do Instituto de Coimbra, a cargo da secção de archeologia do mesmo Instituto* [1873—1877], Conimbrigae 1877, pp. 78, 8).

E vicinia Conimbrigae novi nihil accessit; egit de ea A. M. Simões in libello *guia historico do viajante em Coimbra e arredores*, ed. I Conimbrigae 1867, ed. II ibid. 1880 8. Falsum unum ex *Verride* addidit Secco (n. 494*).

5239 Rep. d. 5 m. Aprilis a. 1888 *Coimbra, n'um predio que se ande demolindo junto ao arco do collegio novo, ao fundo da rua denominada Couraça dos Apostolos*; basis e lapide calcario, qualis ibi prope invenitur, alta m. 0.91, lata 0.44; litteris altis m. 0.04.

i n h o n o r e m
*e*T A V G M E N T V *m*
rei · PVB · NATO DI
*r*ECTOQVE PRIN*ci*
PI · DN FLAVIO
*iu*L · CONSTANTIO
PIO·FELICI·INVICTO AV
GVSTO · PONT · MAX
*tr*IB·POT·P·P·PROC*o*N· p. C. 337—361
*ci*v*i*TAS AEMINIENS

E. Mendes Simões de Castro misit editam a se in ephemerida o *Commercio do Porto* d. 6 m. Apr. a. 1888 (indidem etiam Ioachim de Vasconcellos amicus suppeditavit) recteque in universum supplevit, A. C. Borges de Figueiredo *Revista archeol.* II 1888 p. 66 ss. ex ectypo; quem sequor. V. 6 in. Figueiredo . . AL in ectypo se legisse diserte testatur. Quod si ita est, cogitandum de Constantio priore (p. C. 292—306). Sed cum tituli nomini praepositi magis conveniant in iuniorem, puto aut erravisse vel eum, qui inscriptionem concepit, vel eum, qui incidit, aut litteras illas aliter legi posse.

5240 *Condeixa a velha*, rep. ante a. 1874, quo anno A. M. Simões museo dono dedit, servatur in museo Conimbrigensi; fragmentum tabulae lapideae (Catal. n. 8).

VS·SILVANV*s*
*ol*ISIPONENSIS
*sa*TVRNINO·F·
·M III

Descripsi a. 1881. A. C. Borges de Figueiredo *Condeixa-a-velha* p. 6, *Rev. archeol.* II 1888 p. 116.

5241 In museo Conimbrigensi; rep. a. 1878 in demoliendis moenibus urbis ao *arco do traição*. Cippus ex lapide calcario.

stili *sudeculli* C A D I O
C A R I A N O
A N N · X X I
A L L E I C E A
AVITA · MATER *sudeculli*
FILIO · F · C ·
HIC OSSA QVI·TRANSIS·DIC·TIBI
TERRA · LEVIS

Descripsi a. 1881; A. F. Simões *Portugal pintoresco* I 1879 p. 16; A. C. Borges de Figueiredo *Eminio* p. 16.

5242 In museo Conimbrigensi, rep. a. 1878 *ao arco de traição*; area ex lapide calcario.

IVNIAE · PECVLIARI
ANN · XXII ·
L · IVNIVS · RVFVS
MATRI · F · C

Descripsi a. 1881; A. F. Simões *Portugal pintoresco* I 1879 p. 16; A. C. Borges de Figueiredo *Eminio* p. 16.

5243 *Condeixa a velha*, rep. a. 1880; fragmentum tabulae lapideae litteris optimis; servatur in instituto Conimbrigensi.

M
.I · FRON
AN · P

Descripsi a. 1881. A. C. Borges de Figueiredo *Condeixa-a-velha* p. 9, *Rev. archeol.* II 1888 p. 116.

5244 Fragmentum rep. a. 1773 una cum titulis n. 368. 374. 364, quod interiit.

ALA . . .
O V I F . . . .
I·S·S . . .

Catalogo do Museo p. 6 (inde A. C. Borges de Figueiredo *Eminio* p. 14).

XVII. *BOBADELLA* p. 44.

n. 366. 367—366 Sarmento *relat.* tab. III 3—5. 406—402.

Qualis Bobadellae sita fuerit urbs vetus adhuc ignoratur. Locus ille avius post Cornidis amicum Hispanum Cortes, qui secretarius fuit legationis Germanicae nescio cuius (puto Olisipone circa a. 1788), visitatus e perpaucis, accurate exploratus est a nemine. Socii societatis geographicae Olisiponensis in itinere in montes *de Estrella* suscepto a. 1882 historiam potissimum naturalem regionis eius ignotae explorandam sibi proposuerunt, antiquitates vero titulosque inscriptos paucos observaverunt (*expedição scientifica á Serra de Estrella* in *Boletim da Sociedade de geographia de Lisboa* IV 1883 p. 249—256). Rettulit de eis Franciscus M. Sarmento in dissertatione *secção de archeologia, relatorio*, Olisipone 1883, 26 pp., tabb. IX, 4.), in qua praeter inscriptiones et circum (tab. VI 13) oppida quaedam vetusta Citaniae similia *Castro de S. Romão, Cabeço do Castro, Tintinolho* accurate, summatim alia eiusdem generis multa, monumenta praeterea megalithica, inter res antiquas minores non paucae ex auro argentoque factae, etiam massa auri p. librarum LX (reperta *na fonte de Pena Lisa*, ut affirmaverunt scriptori) describuntur. Fodinas auri ibi fuisse non traditur. Inscriptiones ibi servatas (n. 397—396) videntur refectae esse omnes saeculo proximo. Novum accessit fragmentum unicum per se pretii paene nullius, quod infra exhibeo (n. 5245).

5245 *Bobadella*, fragmentum rep. ante a. 1881 extat in culina domus prope ecclesiam sitae.

VIC
ÆT

Sarmento *relat.* tab. III 6. qui descripsit.

XVIII. VISAEVM (*Vizeu* cum vicis adiacentibus) p. 45. 695.

n. 403—418. 418 Titulus repetitus est in *Revue archéologique* vol. XVII 1868 p. 391. 417—427. 5027.

Tituli huius et sequentis capitis sermone barbaro scripti (n. 416. 430) multorum quidem curiositatem excitaverunt, sed explicati adhuc sunt a nullo. Hoc mihi affirmaverunt Celticarum linguarum periti, nihil in titulis illis ad illarum similitudinem accedere. Gentis igitur alicuius Lusitanae linguam in iis servatam esse probabile est.

5246 *Vizeu*, cippus ex lapide granito, rep. m. Martio a. 1887, in pariete domus Iosephi Barbosa de Carvalho, *rua de S. Luis*. Cippus altus est m. 0.90, latus 0.46, crassus circiter 0.30. Litterae sunt non malae saeculi primi.

imago
mulieris
stantis,
cui caput
deest

Reb|ESAR · VIRIATIS
an|NORVM · XRR
|ONCINVS · REG
urris |MATRI · F · C

Descripsi ex imagine Figueiredi et supplevi. Edidit primus Tóro in ephemeride o *Commercio de Vizeu* 1887 n. 80 m. Aprili; deinde A. C. Borges de Figueiredo *Revista archeologica* I 1887 p. 81 ss. cum tabula lithographa (n. XII).

Figueiredo legerat [*Ca*]*esae Viriati s*(*ervae*) e. q. s. *Lobesus Lobesa* sive *Lovesus* nomina Lusitana habemus n. 79. 168. 348. 381. 387. 2467. 2810. *Viriatis* est genetivus peregrine formatus, ut *Modestis* n. 455. Inde etiam *Reb*[*urris*] supplevi. Nisi [*L*]*on*[*g*]*inus* legendum, cum B a G vix differt, fortasse supplendum est [*T*]*oncinus*.

5247 *Castro Daire, distrito de Vizeu*, prope pontem *Paiva* fluvii c. 1877 reperta est arula alta 0.30, lata 0.12. Servatur Olisipone in museo archaeologico do *Carmo*. Anaglypha sunt perquam rudia.

in latere sinistro:	*in facie:*	*in latere dextro:*
A	VOTV	*homo*
P S	*aper*	*stans*
A ᴱ T	ASDL	*dextra*
	AB	*hastam*
		tenens
		(*Mars?*)

Sá Villela *Boletim architectonico* II (1877/8) n. 4; Anonymus in o *Liberal da Vizeu* 1883 Oct. 8; A. C. Borges de Figueiredo *Revista archeologica* I 1887 p. 52 ss. cum tabula.

VOTO reliqui; VOTV Figueiredo. Utrum *Arol*... an *Ardl*... legendum sit, non satis apparet. Victorinus da Silva Araujo ita legit *vot*(*um*) [*v*]*o*(*vit*) *Ardu*.. *a s*(*e*) *apr*(*o*) *att*(*acto*); alii aliter etiam minore cum probabilitate. Figueiredo ita: *votu*(*m*) *Arol*..., *o*(*ra*) *s*(*alutis*); lateris textum non intellexit. Ego ludens proposui: *aparet votu*(*m*), *Aro l*(*ibens*) *a*(*nimo*) *s*(*olvit*); sive *votu*(*m*) *Aro l. a. s. apras T.*, scilicet si *apra* vocabulum iuxta aprum extitit. Sed tum T illa manet sine explicatione.

XVIIIa. *LAMEGO* cum vicinia.

Quod ex oppidi hodierni situ et collocatione licuit suspicari, vetustum iam ibi fuisse oppidum eodem fortasse nomine Lamecum vel similiter appellatum, id probarunt tituli hi infra positi in ipso eius situ reperti, qui una cum aliquot e vicinia eo delatis iam extant in museo archaeologico a magistratibus nuper condito. Acceptos eos refero tum Francisco Martins Sarmento quam Antonio C. Borges de Figueiredo, qui eos acceperat a Cassiano P. P. das Neves Lamecensi.

Accesserunt nuperrime huic capiti tituli aliquot reperti in *Carqueres* vico ad Durii ripam meridionalem sito, qui cum sero innotuerint infra dabuntur cum Bracarensibus.

5248 *Lamego*, in museo, litteris perspicuis.

CADVS · LA
RONI · F · AM
OENÆ · CÆ
..MTRI · S · AN
LX · ET TON
GETÆ · ALV
QVI · F · VXO
RI · S · AN · L · ET
CASELEÆ · CÆ
...F · S · AN · VII
ET · SIBI · F C

Sarmento descripsit ex ectypo, quod amici miserunt. Idem putat cognomen matris Cadi eius et filiae *Caesiae* fuisse, probabiliter. Unde legendum

Cadus Laronis f(*ilius*) *Amoenae Cae*[*siae*] *matri s*(*uae*) *an*(*norum*) *LX et Tongetae Aluqui f*(*iliae*) *uxori s*(*uae*) *an*(*norum*) *L et Caseleae* (?) *Cae*[*siae*] *f*(*iliae*) *s*(*uae*) *an*(*norum*) *VII et sibi f*(*aciendum*) *c*(*uravit*).

5249 *Lamego*, rep. in muro oppidi, lapis altus m. 0.36, latus 0.70, litteris altis m. 0.070; in museo.

CAMALA · FECIT SIBI
ET
RVFINO ET VEGETO FILIIS

Figueiredo *Rev. archeol.* II 1888 p. 171.

5250 *Lamego*, rep. in muro castelli, lapis altus m. 0.47, latus 0.33, litteris non bonis altis m. 0.05.

CATVRO
ET VIRIVS
COPORI
CEL · F · ET BO
VTIA MAID
N · EX T · F · C

Figueiredo *Rev. archeol.* II 1888 p. 178.

V. 4 *Cel*(*titanus?*) Fig., malim *Celenus*. 5 *Meid*(*uniensis*) Fig. collato n. 5520; nomen gentis incertum.

5251 (= Eph. IV. n. 14). *Lamego, na parede da egreja de Almacave.*

IVLIAI · MARCI · F
MARCELLAI
Q · SCAIVIVS
VICIIVS · VXORI

Ex exemplo a Soromenio misso.

Lego *Iuliae Marci f*(*iliae*) | *Marcellae* | *Q. Scaevius* | *Vegetus uxori*.

5252 *Lamego*, rep. in muro castelli; lapis altus m. 0.33, latus 0.43; litteris non bonis altis m. 0.07; in museo.

rosa

*P*ISIRIA · NAV
AN · XX VII
*A*VTIA · CILI
MATER · AN · F
A S · S · S · V · T L
... NOT ...

Figueiredo *Rev. archeol.* II 1888 p. 171 qui supplevit.

V. 1 *Nav*(*a*) cognomen esse coniecit Fig., neque enim legi posse *Pisiriana v*(*ixit*).

5253 *Lamego*, in museo; litteris bonis et perspicuis.

PRONVT
AN·E·N·S

Sarmento descripsit ex ectypo, quod amici ei miserant, et adnotat, solam N litteram minus bene formatam esse neque quidquam deesse v. 1 extremo. Itaque *Promut*.... nomen videtur esse barbarum.

5254 *Lamego*, rep. in muro castelli, lapis altus m. 0.32, latus 0.30; litteris malis, altis m. 0.080 ad 0.045; in museo.

d | N S
ob h | ONOREM
et pie | TATEM
... | AE · AVITAS
5 ... | A · AVITA · FEC

Descripsi ex ectypo, quod Sarmento misit; Figueiredo *Rev. archeol.* II 1888 p. 171.

5255 *Quintella de Penudo*, chiliom. 7 a *Lamego*, versus meridiem et occidentem, *servindo de padieira n'um casebre do propio individuo, que a achara muito próximo d'alli*, cippus altus m. 1.32, latus 0.15, fastigatus, litteris bonis, altis m. 0.05 ad 0.06 saeculi, ut videntur, primi.



Descripsi ex ectypo, quod misit Sarmento, qui a musei Lamecensis praefecto acceperat delineatam; Figueiredo *Rev. archeol.* II 1888 p. 172.

Lectio est certa omnino; fortasse significat *dibus M(anibus)*; *f(ecerunt) par(entes) p(io) f(ilio) Ton(getamo?) a(nnorum) XVI*.

V. 2 *F(lavii) Par(ati) f(ilii) Ton(getami)* Fig. minus probabiliter.

5256 (= Eph. IV n. 15). *Balsemão, a uma legoa de Lamego*, versus meridiem.

CATVO
NEPOS · EX
CAML · AN
N·S S·S·V·T·L

Exemplum Soromenius misit.

Legendum fortasse *Catur[us et]* | *nepos ex* | *Camal(o) an[ni I]* | *h(ic) s(iti) s(unt); s(it) v(obis) t(erra) l(evis)*.

5257 (= Eph. IV n. 16). *Balsemão, a uma legoa de Lamego.*

CELTIVS N
AELONIVS
NIC OITVO
EST

Exemplum Soromenius misit.

Puto male descriptum esse et potius in lapide fuisse CELTIVS | MAELONI · F | cet.

XIX. CIVITAS ARAVORVM p. 48. 696.

n. 428. 428.

430 Inde *Revue archéol.* XVII 1868 p. 392. 431—434. 5828.

XX. CIVITAS IGAEDITANORVM cum vicinia p. 49.

n. 436—468.

CONVENTVS EMERITENSIS.

XXI. AVGVSTA EMERITA (*Mérida*) p. 52. 696. XL.

n. 461—464.

465 Contuli. I. Amador de los Rios *monumentos arquitectónicos de España* fasc. 63 ita exhibet: CONCORDI'·F | AVGVSTI

466. 467. 468 Contuli. I. Amador de los Rios *monumentos arquitectónicos de España* fasc. 66 recte. 469—510.

511 Denuo comparuit a. 1876 et servatur nunc Matriti in museo archaeologico; est cippus altus m. 0.67, latus 0.32. Contuli. I. de Dios de la Rada y Delgado *museo español de antigüedades* VIII 1878 p. 274 ut reliqui. Lege 4 AGNIENSIS·, 5 L'V.

512 Quod olim conieci Italicenses duabus fortasse adscriptos fuisse tribubus, Sergiae, quam Italicensium fuisse constat, et Papiriae, cui hi Italicenses adscripti fuerunt, minus probabiliter statui. Nam possunt fratres illi in rem publicam et tribum Emeritensium recepti esse; ut observavit Kubitschek de Romanorum tribuum origine et propagatione p. 144.

V. 2 in TER (TEB Alsinat legit) potius [*Em*]*er*(*itensis*) aut [*In*]*ter*(*amniensis*) latere Hirschfeldius Kubitschekio indicabat (l. s. s.). Patriam ibi indicatam fuisse per se probabile est. Sed Interamniensis vocabulum non solet ita breviari; Emeritensis autem patriae indicatio Emeritae, quamquam non prorsus insolita, tamen non erat necessaria. Nec favent TER et TEB, quae traduntur, lectioni ĦER. Cum nec Mommseni lectio [*pa*]*ter*, nec mea [*IIvir*] *ter* dubitatione careant, fatendum est certum supplementum nondum inventum esse.

513—526. 527 (v. infra n. 5256). 528—536.

537 Servat nunc Franciscus Caballero Infante, olim Valentinus nunc Hispalensis. Contuli. 538—550.

551 (=Eph. IV p. 12). Emeritae. V. 5. 6 ita PIA·TA MEVS ET ANIMA OPTIMA ·, PINTA·MEVS et PINTAMENS reliqui. Requiritur formula velut *pia tua mens et anima optima*. Additur adnotatio haec plena iudicii '*advertat lector non usque adeo vetustis marmoribus credendum, cum nec purus omnino nec congruus ubique sermo sit*' a Venturino f. 240 v. ex libro ducis Theodosii.

552—558. 559 (v. n. 5259). 560—604. 5101 (p. XL).

Emeritam iterum adii a. 1881; sed quem olim ibi regnare conquestus sum antiquitatis Romanae contemptum, eum post hos viginti annos eden crevisse inveni. Pons Anae quidam interea refectus est; theatri et amphitheatri reliquiae in dies magis collabuntur. Nemo post Iohannis Fernandez obitum ibi antiquarii localis munus suscepit. Quae olim vidi monumenta aut interierunt aut latent exceptis paucis (ut n. 465. 468); duo denuo comparuerunt (n. 511. 550). Qui novi accesserunt tituli, eorum unus debetur Anonymo Taurinensi (n. 6101), duo (n. 6284. 5266) in aedibus privatis latent, sed optime descripti et editi sunt a Guerra et Fita; quinque Matritum asportatos ibi vidi (n. 5266. 5281. 6283. 5271. 6272) una cum iam notis (n. 511. 527 = 5258. 650 = 5256 ubi vide); unum servat Hispali Franciscus Caballero Infante (n. 5270), sex ibidem Gago (n. 6262. 5285. 5287—5289. 6273).

Vincentius Barrantes quae in aparato *bibliografico para la historia de Extremadura* (3 voll., Matriti 1875—1877, 8.) de antiquitatibus regionis illius Romanis congessit, sumpta sunt ex libris scriptis editisve mihi iam notis plerisque. Quod idem in dissertatione *barros Emeritenses, estudio sobre los restos de ceramica romana que suelen hallarse en las ruinas de Mérida* (primum edita est in *museo español de antigüedades* vol. VII 1876 p. 549 ss.; inde seorsum expressa eodem anno; tertium prodiit Matriti 1877, 42 pp., 8., aucta, ut ait scriptor, et melius disposita) conqueritur, quod ego inter instrumenti domestici titulos in Lusitania repertos aliquot omiserim, non recte iudicavit. Unum eorum edidi suo loco (n. 492). Alterum relegavi, ut par erat, inter novicios aut suspectos (n. 473*). Quod tertio loco me omisisse indicat est ex sigillis ex lapide steatite factis unum, qualia in multis Hispaniae et Galliae collectionibus extant quaeque a peritis ad unum omnia pro falsis habentur.

Quae extant Emeritae monumenta artis Romanae delineata sunt accurate in opere magno *monumentos arquitectonicos de España* et descripta a Roderico Amador de los Rios y Villalta. Idem theatri imaginem proposuit in *museo español de antigüedades* vol. X 1880 p. 487 ss., pavimenti tesselati in eodem opere vol. IX 1878 p. 561 ss.

Sermo erat conditum esse Emeritae aut mox condendum museum archaeologicum. Sane Iosephus Moreno y Baylen a. 1870 academiae Matritensi imaginem photographam misit statuae marmoreae eleganter sculptae (altae 0.87 m., latae 0.36), quae Genium exhibet cornu copiae gerentem, integram excepto brachio dextro. Hanc statuam scribit ille museo destinatam esse, quod viri ad monumenta provinciae servanda delegati condendum sibi proposuerint. Num interim existere coeperit museum illud ignoro; ego certe nihil eius videre potui.

Signum parvum marmoreum Augusti togati, habitu sacerdotis, affabre factum et Emeritae, ut aiunt, repertum servat Hispali Franciscus Caballero Infante, apud quem vidi a. 1888.

De nummis Emeritensibus dixit Delgado (*nuevo metodo* II p. 5 ss.) titulorumque interdum mentionem fecit.

Emeritam Papiriae tribui adscriptam fuisse, ut tituli multi docent (vetustiores eorum sunt n. 528. 559. 571. 862), inde explicare studuit Kubitschek (*de orig. trib. Rom.* p. 168), quod deducta fuerit in agro Metellinensi, quem iam antea in Papiria fuisse suspicatur. Similia idem de Hispali et Italica protulit; nescio quo iure.

Tres tituli christiani novi praeterea Emeritae reperti sunt, quos suo loco proponemus.

Vicinia Emeritae, longe illa diversa ab Olisiponensi, numquam videtur multum habitata fuisse. Tituli inde prodierunt nulli; quod ad recte iudicandum de indole coloniae eius alicuius momenti est.

5258 ad n. 527. Extat Matriti in museo archaeologico.

D · M · S
ALPIDIA · ATHENAIS
ANN·XXV·M·8·E H·T·T·L
ALFIDI·ATHENODORVS ET
HELPIS·FIL·PIENTISSIM·E(
...

Unde emendatur exemplum malum Moreni et quae conieci confirmantur. Fita et Guerra *viaje á Santiago* (1880) p. 98.

5259 ad n. 588. Denuo comparuit: est tabula marmorea inserta muro aedium *calle l'orgas*, litteris elegantibus saeculi primi.

M · HELVIÓ · M · F · PAP · FRATRI a
ET·Q·HELVIÓ·M·F·PAP MODESTÓ a
FRATRI a

Descripsi a. 1884. Apices omiserant antiquiores.

5260 (= Eph. III n. 2). Emeritae rep. a. 1874; extat Matriti in museo archaeologico, litteris elegantibus saeculi secundi exeuntis, pictis similibus, altis v. 1 m. 0.040, vv. reliquis 0.035.

M · D · S ·
VAL e AVITA
ARAM · TAVRIBOL
IVI · NATALICI · RED
DITI · D · D · SACERDD
TR · DOCYRICO VALE
RIANO · ARCIGALLO
PVBLICIO MYRTICO

Descripsi ex exemplo Guerrae ab amicis misso et ex ectypo optimo subministrato a Iosepho Raimundo Melida (nam ipsum lapidem casu videre non potui); Barrantes *barros Emeritenses*[2] p. 23; Guerra *museo español de antigüedades* IV 1875 p. 838; Fita et Guerra *viaje á Santiago* 1880 p. 98.

V. 7 ARCIGALLO puta in lapide fuisse.

Valeris quaedam Avita tituli item Lusitani n. 149 ab hac omnino diversa est; videtur enim titulus ille hoc plus saeculo vetustior esse.

Aram tauriboli natalici sui redditi ego putavi intellegendam esse de ara posita propter taurobolium deae redditum die natali Avitae, quod breviter dici potuit taurobolium natalicium. Mommsenus, cum notum esset taurobolium eodem die iterari, aram intellexit, qua dedicata redditur natalicium tauroboli ante annum vel, si magis placet, ante viginti annos ab Avita suscepti. Utrum significari voluerit qui titulum concepit non satis dilucide expressit.

5261 (= Eph. III n. 3). Emeritae rep. a. 1870, servatur Matriti in museo archaeologico. Ex basi marmorea magna saeculi primi exeuntis ineuntisve secundi factum est saeculo fortasse tertio caput columnae ordinis Corinthii ad templi theatrive vel similis aedificii splendidi instaurationem destinatum. Opus enim tectonicum non satis accuratum est nec pulchrum, sed eiusdem generis atque eius capitis columnae item Corinthiae, quod columnam sanctae Eulaliae coronat (v. n. 468). Litterae duobus versibus prioribus eradi coeptae sunt a quadratario antiquo; potest initio deesse versus unus. Sunt autem litterae elegantissimae aetatis fere Traianae, altae v. 1 m. 0.09, v. 2 0.07, v. 3 0.08, reliquis 0.045.

...... · AVG
SACRVM
I N H O N O R E M
M · ARRI · RVFVRRI
LANC · TRANSC ·
FILII · OPTIMI
M·ARRIVS·LAVRVS·ET
PACCIA · FLACCILLA
POSVERVNT

Descripsi et ectypum sumpsi; Guerra exemplum misit.

Ios. Amador de los Rios *monumentos arquitectónicos de España* fasc. 88 p. 21.

V. 1 om. Rios. Quattuor vel ad summum quinque litterarum erasarum vestigia dispiciuntur non amplius. Salutis deae nomen, de quo olim cogitavi, non quadrat; potest fuisse *Isidi*, vix *Paci*. Nisi fortasse deest supra versus integer; tum etiam cogitari potest de APOL|LINI·AVG.

Dedicationes certis deis deabusve factae in honorem defunctorum non rarae sunt potissimum in Hispania; vide n. 8. 22. 23. 46. 351. 3388. 4080 al.

5 Lancienses Transcudani ubi in Lusitania oppidum habuerint ignoratur, memorantur autem inter municipia quae ad opus pontis Alcantarensis contulerant (n. 760).

7 TAVRVS, 8 PACCANALACCILIA Rios male.

5262 Emeritae rep. esse putat qui servat Hispali asco. Arula parva marmorea, cui sigillum impositum erat, ut docent foramina pedibus recipiendis destinata.

FORTVNAE
SACRVM

Descripsit Ioh. Ficker a. 1888.

5263 Emeritae nescio quando et ubi reperta; leo sedens parvus marmoreus, servatur Matriti in museo archaeologico. Plinthus est latus m. 0.28, altus 0.08. In plintho inscriptum est litteris altis v. 1 m. 0.02, v. 2 m. 0.018:

IVSSVS · ANIM
L · SALVIVS · EVT

Descripsi et ectypum accepi a Raimundo Melida, qui ex actis musei ruit enotavit Emerita lapidem provenire. V. 2 inferior pars L litterae interiit; sed certa est.

Supplendum fere *iussus anim*[o *l(ibens) p(osuit)*]| *L. Salvius Eut*[*ychus*]. Fuit fortasse donarium Magnae Matri positum. Cf. n. 484.

5264 Emeritae, tabula sive basis marmorea, alta m. 0.316, lata 0.190, crassa 0.110. Matriti habuit Guerra beneficio D. Fernandi *de la Vera é Isla*, qui servat.

A latere postico foramen est, quo ad parietem figebatur; supra alterum foramen, in quo protome fortasse imperatoris aurea inserta erat.

T · CAESARI · AVG · F
VESPASIANO · PONTIF
sic IMP · XII · TRIB · POTE · VII
· COS · VI p. C. 77
PROVINCIA · LVSITANIA
C · ARRVNTIO · CATELLIO
CELERE · LEG · AVG · PRO · PR
L · IVNIO · LATRONE
CONIMBRICESE · FLAMINE
PROVINCIAE · LVSITANIAE
EX · AVRI · P · V

Aurelianus Guerra *memoria de Santa Librada* in Fita et Guerra *viaje á Santiago* (Matriti 1880 8.) p. 112 ss. et in *Boletin de la Acad. de la hist.* II 1882/3 p. 52 ss. ligno incisam accurate.

L. Pompeius Vopiscus C. Arruntius Catellius Celer frater Arvalis annis 78 80 81 88 81, consul cum M. Arruntio Aquila memoratus in Vespasiani epistula ad Vanacinos (CIL X 8038 = Orell. 4031) fasces existimatur gessisse circa a. 72. Sed si a. 77 Lusitaniam rexit, consulatus eius potius a. 78 vel 79 collocandus erit.

Catellium hunc Aurelianus Guerra putat non diversum esse a Catelio rege in Balcagia urbe ignota Hispaniae degente, cuius a Calsia uxore novem filiae martyres fuerunt; praecipua earum Liberata nomine celebratur in breviario vetusto Segontino (Acta SS. [Boll.] Iul. t. V p. 50 ss. Florez *Esp. sagr.* XIV p. 127 ss.), scripto saeculo undecimo. Balcagia sive quo nomine vere fuit postea Estucia in dioecesi Conimbrigensi dicitur sita fuisse.

De sancta Liberata comparari iubet qui harum rerum inprimis gnarus est Hermannus Usener Bonnensis praeter Floresium Acta sanctorum l. s. idem in libello de Pelagia p. XXIII de origine narrationis dixit, quam e cultu Veneris barbatae derivavit. Itaque siquidem Catellii nomen cum Liberatae coniunctum invenitur in memoriis ecclesiasticis, deberi hoc sine dubio inventionibus aetatis recentioris.

5265 Astigi rep. esse dixit qui servet Hispali GAGO, sed cum tituli militares nulli unquam ibi prodierint, hic prodierint simillimi, ut n. 6256, memoriam Gagi ut saepius incertam sequi nolui, sed Emeritae tribui, unde titulos ille collegit complures. Est tabula marmorea.

L · AELIVS · L · F.
GAL · CELER ·
CLVN · MIL
LEG · VII G · F CL (sic)
AVDI · A · MAR... (sic)
LIS · ANN · XXX
AERORVM
XIII · H · E · CS (sic)

Descripsit Ioh. Ficker a. 1668.

Vv. 4 et 6 supplevi; puto MASTINLIS legendum esse. V. 6 vitae anni possunt pleni esse. V. 7 aerorum rustice pro aerum stipendiorumve. V. 8 *h(ic) e(itus) e(orus) s(uis)*?.

5266 Emeritae, rep. ab oppido orientem versus in loco dicto *Caminillas*, qui est Bartholomaei Romero Leal; is tabellam, cum qua reperta sunt fragmenta operis musivi, in domum suam Emeritensem (*calle de Mirabeles*) transtulit. Alta est tabella m. 0.20, lata 0.20; litterae creduntur esse saeculi secundi, recte; altae sunt m. 6.620—6.016.

P · VALERIVS FLAVS
MILES LEG VII · G · F
Ɔ IVLI · GERMANI · ANN
XXX M E S E T T L
C MARIVS ANTEROS
ET MARCIA RESTITVTA
AMICO · F · C

Descripsi es ectypo, quod misit Fita, qui edidit *Boletin de la Acad.* XI 1887 p. 464.

Fita comparat n. 2887, in quo eiusdem legionis centuria quaedam Iuli Germani memoretur.

Puncta in ectypo desunt pleraque.

5267 Emeritae nuper (a. 1887) repertus cippus marmoreus fastigatus, altus m. 0.66, latus 0.54; servat Hispali Gago.

fastigium
mutilum
D M S
ANTON · FLACCILLAE · AN · XL
VXSOR · CORN · PLACIDI
CORN · SATVRNINVS
COGNATAE · KARISSIMAE

Descripsit Ioh. Ficker a. 1888. Franciscus Matthaeus Gago misit Academiae historicae Matritensi *Boletin de la Academia* X 1887 p. 346.

V. 6 KARISSIME Ficker.

5268 Emeritae rep., tabella marmorea litteris magnis; Hispali servat GAGO.

(sic) D · CORNELIVS · VIRGVLEI
EVTYCHI · F VE R VS RESTITVIT

Descripsit Ioh. Ficker a. 1888.

Pertinebat fortasse ad sacellum aliquod. *D(ecimus) Cornelius Verus* filius *Virgulei Eutychi* fortasse adoptivus fuit. Nota *Virgulei* scripturam pro *Vergulei*, quam exspectaveris.

5269 Emeritae rep., cippus marmoreus; Hispali servat GAGO.

puer nudus stans,
d. sertum tenens, s.
ad pectus levans
FAVSTINVS · VER
NA · ANN · III · H · S EST (sic)
L · SEMPRONIVS · FAVSTVS
D S F

Descripsit Ioh. Ficker a. 1888.

5270 Emeritae dicitur reperta esse; est tabella marmorea parva, quam servat Franciscus Caballero Infante olim Valentinus nunc Hispalensis.

D · M · S
GELLIAE · PATRICIAE
EMERIT · ANN · XXX
MATER · FECIT
H · S · E · S · T · T · L ·

Descripsi Valentiae a. 1866.

5271 Emeritae, nunc Matriti in museo archaeologico; litteris saeculi primi.

MVMMIA
PROSPERA
ANN · L

Descripsi. Fita et Guerra *viaje á Santiago* p. 66 ex ectypo ab amicis dato.

5272 Emeritae, nunc Matriti in museo archaeologico; litteris saeculi secundi.

D · M · S
FACCIO · FORTVNATO
ANN · LXV · FACCIA · GLY
CERA · LIB · PATRONO · BENE
MERENTI · F · C · H · S · E · S · T · T · L ·

Descripsi. Fita et Guerra *viaje á Santiago* p. 98 ex ectypo ab amicis dato.

5273 Emeritae, basis marmorea parva ornata; Hispali servat GAGO.

· D · M ·
VAL · APHRODISIAE
VXORI
VAL · EPAGATHVS · B ·
M · F · C

Descripsit Ioh. Ficker a. 1888.

XXII. METELLINVM (*Medellin*) p. 72. 696.

n. 600—607. 608 (p. 666). De Porciis Catonibus aetatis Augustae, ex quibus unus legatus videtur fuisse provinciae Lusitaniae, dixi ad titulum Resendianum suspectum a. 25*. 609—617.

Metellini squalorem et solitudinem ne in altero quidem itinere Hispano adire sustinui propterea quod nihil omnino ibi monumentorum antiquitatis prodiit inde ab aetate Iosephi Velazquez (a. 1700).

XXIII. TVRGALIVM (*Trujillo* cum vicinia, *Montanches, Madrigalejo*) p. 74. 696.

n. 618.

619 Ita interpolatum MARTIS AC | VENERIS RVF | LVTOR | SLA exhibet Rodriguez *la Vettonia* p. 149, qui dicit extare lapidem vel extitisse *en un huerto que está bajando del arco de las Palomitas en direccion á la plaza, entre las murallas y los corrales del Marqués de Santa Marta, hoy propiedad de D. Galo Seros, en la esquina de la pared de la casa de Santa Marta, en la parte que da al exterior del huerto dicho, como á una vara del suelo.* 620. 621.

622 Initio fortasse non recte Constanzii interpolatoris lectionem secutus sum. Lege *pro me* | *Cornelia* | *v(otum) p(osui) a(nimo) l(ibens) m(erito)*; ut nihil desit. 623. 624. 626 (v. infra n. 6274). 626—629.

630 *En un torreón del muro que va desde el arco de las Palomitas al baluarte de la Virgen de la Victoria.* Rodriguez *la Vettonia* p. 164 interpolatam. 631.

632 *En el torreón que está en la calle que va desde el hospital al Campo Santo, antiguamente llamada calle de la Miera y próxima al baño romano.* MILO | ARQVI | E · A · XXII | HSES | TTL Rodriguez *la Vettonia* p. 162. 633. 634.

635 E Masdeu novit Rodriguez *la Vettonia* p. 164, qui dicit extare *en el atrio de la antigua parroquial de San Andrés que mira al arco ó puerta del Paso, en la parte que da frente al convento de los Descalzos (hoy hospital), en el suelo, en una piedra berroqueña blanca, como á media vara por tercia de ancho, con todas las señales de ser resto de otra mayor.* 636—636. 636 (v. n. 6275). 640—661.

662 Papiriam tribum militis huius ad originem eius Emeritensem rettulit Kubitschek (*de orig. trib. Rom.* p. 168); titulum vetustum esse probat quod cognomine caret. 663—676. 677 Rodrigues *la Vettonia* p. 166 e Masdeu. 678—691. 6029. 6030.

Turgalium, cuius nominis novum testimonium accessit titulus in *Sierra de Fuentes* vico repertus (infra n. 6387), non adii iterum. Sed tamen novi accesserunt huic oppido tribuendi tituli praeter unum a me casu omissum (n. 5088) e schedis Venturini tres (n. 5288. 5284. 5280). Accesserunt praeterea tituli aliquot novi Turgalienses per Ioachimum Rodriguez fratrem Franciscanum, qui quae de monumentis urbis et regionis patriae congesserat protulit societati geographicae Matritensi in dissertatione verbosa *la Vettonia, monumentos é inscripciones romanas en la antigua* Castra Iulia (*boletin de la Sociedad geográfica de Madrid* V 1878 p. 6 ss. 145 ss. 322 ss. VII 1879 p. 127 ss.). Volumen meum non novit; unde titulos longe plurimos ibi editos neglexit. Novit e Masdeu et Viu editos eisque addidit e se ipso a. 1846 descriptos decem (n. 5276—5281. 5283. 5288. 5287. 6988). Neque videtur dubitari posse, quin tituli isti aliquando extiterint; multis enim verbis ubi extiterint exposuit, additis etiam interdum mensuris lapidum. Sed quae in lapidibus legisse sibi visus est, certum est magna ex parte ipsum aut finxisse omnino (ut n. 5278) aut libere mutavisse atque interpolavisse. Nam nomen Turgalio Castra Iulia fuisse putet cum antiquioribus et argumentis studet demonstrare ineptissimis; id ipsum ubi in titulis legit procul dubio interpolavit (n. 5278. 5277). Quamquam igitur vix meritus est de patriis antiquitatibus, tamen titulos ab eo editos hic proponendos putavi, non ablegandos inter spurios vel suspectos, si fortasse contigerit denuo eos investigare. Cum Turgalium iterum adire non potuissem, quaesivi per amicos, num lapides isti adhuc superstites essent, quos a. 1881 ibi non vidi; neque vero certi quidquam de eis potui resciscere. Quem idem Rodriguez edidit titulum litteris, ut putabat, ignotis scriptum (*boletin* VII 1872 p. 212), is certe aut Latinus est simpliciter et lectus pessime, aut novicius; versus eius ultimus paene videtur annum indicare 1783 sic numeris Arabicis scriptum.

Ad iam notos pauca addenda inveni; exemplum maius (n. 5278) optimum acceptum refertur Philippo Guerrae Cauriensi, de quo dicetur infra. Quam Vincentius Barrantes *aparato* III p. 82 memorat scriptionem ineditam Gonzali Cabello alicuius *memoria sobre la fundacion y antigüedad de la torre Iuliana de Trujillo*, ea utilitatis nullius videtur esse secundum ea, quae idem scriptor publici iuris facit in ephemeride *el Eco de Extremadura* a. 1685 d. 15 m. Maii.

Ad viciniam pertinent tituli in situ quodam fani fortasse antiqui reperti prope *Montanches* oppidum adhuc tantum propter pernas suillas clarum quattuor Iovis solutorii (n. 5289—92), unusque indidem sepulcralis (n. 6293), prope *Madrigalejo* tres (n. 5294—96). Qui omnes debentur amicorum Guerrae et Fitae officio ac diligentiae.

De *Madrigalejo* vico *del partido de Logrosán, provincia de Cáceres*, P. Matias Pazos parochus loci nuper P. Fideli Fitae rettulit (*boletin de la Acad. de la Hist.* X 1887 p. 186 s.). In loco dicto *Tesoro*, $1^1/_2$ chiliom. a *Madrigalejo* occidentem versus, in deserto dicto *Torrecilla de Abajo*, quod olim erat monasterii de Guadalupe, nunc est Firmini Garcia Fortuna, villae rusticae parietinae detectae sunt mense Februario a. 1888 cum pavimentis tessellatis, in quibus cancer marinus pisces draco equi marini, item sol et luna cum ornamentis variis, deinde sirenae quattuor, status Dianae cum cane, repraesentatae sunt; accedunt nummi Vespasiani, Gordiani, Constantini, alia vitae Romanae testimonia. Tituli inscripti nondum videntur inde relati esse.

5274 ad n. 825 et Eph. IV p. 13. Turgalii, *nella faccia del pozzo in una pietra portavi non ha pur gran tempo.*

BOVDENNA CASAI F ·
H · S · F

Venturinus f. 165.

BOVDINNA reliqui, fortasse rectius. CAM sive CA.... reliquorum et CARAI hoc videntur significare CAMLI, ut olim coniecl.

E Masdeu novit Rodriguez *la Vettonia* p. 154 '*en el brocal de un pozo del castillo, en bastante mal estado*'.

5275 ad n. 639. *En el sitio de los Villares, cerca de Garrovillas.*

A N I O
C A T V R O
NIS · F · TR
I T E V E

Phil. L. Guerra *notas al Viu* p. 20, cui dedit D. Geronimo Sande presbyter Garrovillensis. Est exemplum sine dubio optimum. Ad *Trileus*, quod fortasse gentis nomen est, cf. n. 866. 674. 767.

5276 Turgalii, rep. a. 1818 *en la calle que va á la puerta del Espolón, frente á las traseras de la porteria de la Coria, poco mas arriba que la anterior* (n. 6976).

B A R A E C O
NOBE · AC
IVNIVS ÆD
IIVIS C · L ·
PRO SALVTE

Rodriguez *la Vettonia* p. 148.

Titulum loco indicato extitisse non nego, textum vero totum fictum esse apparet. *Baraecus* sive potius *Reuveanabaraecus* deus memoratur in titulo prope Turgalium reperto n. 866.

5277 Turgalii, cippus rep. a. 1845 *en el castillo, en el sitio llamado el Espolón*, servatus hodie apud Gonzalum Cabello, altus c. m. 1, latus pedem unum *y una media caña en su base y capitel como de media vara cuadrado*, cum titulo hoc

p. 12

SELLONA EVITLVS
EC · JVLIV A R A M

p. 161

B E L O N A
E · C · JVL ·
I V S V I T
L V S A R

Rodriguez *la Vettonia* p. 12 et 161, qui Caesarem victorem Lusitanorum hic memorari credidit. Fieri potest ut legendum sit simpliciter *Bel*[l]*onae C. Iulius Vit*[u]*lus ar*(*am*) [*posuit*] (vel *n. l. p.*), sed ab interpolatione manifesta cavendum.

5278 Turgalii, *en una callejuela que va siguiendo la huerta de la Coria al Espolón, y se forma entre unas casas derruidas que dan al cemeterio y el muro de la huerta del convento.*

NETONI DEO
C A B L I V S
V S L M

Rodriguez *la Vettonia* p. 147.

Aut ficta omnino aut ita interpolata, ut quid subsit intellegi nequeat. De Netone ex Macrobio noto dixi ad n. 3388; cf. *Netus* Conimbrigensis n. 385.

5279 Turgalii, *en la pared de la cerca que está frente al arco del Triunfo, en la parte que mira al osario del Campo Santo; es de piedra berroqueña y romo de una vara en cuadro.*

SALAM
AC
N A E I
ILVCIVS
V E L A

Rodriguez *la Vettonia* p. 148. Textus aperte interpolatus restitui nequit.

5280 Turgalii, *en la calle de la Parra, esquina á la de Romanos, á donde fue trasladada desde la calleja de las Tenerias, por D. Francisco Nogales.*

M
C A E N O
BOEBM OR
F PRISE
E T T L F
S C

Rodriguez *la Vettonia* p. 156.

Cave textui confidas.

5281 Turgalii, *en la calle de la Parra*, una cum n. 5280.

SCATVRO
BALASS
F HISEST
T L
EP F
CMIRA

Rodriguez *la Vettonia* p. 166.

Caturo Balaesi f. et *Camira* nomina agnoscuntur.

5282 (= Eph. IV n. 17). Turgalii, *in una pietra posta in terra in un ortoccio.*

L · AVCTAS
FABIVS · NIGER
DE · SVO
F · C

Venturinus f. 164 v.

Lege *L(iciniae) Auctae* vel similiter.

5283 Turgalii, *en la calle de la Parra*, una cum n. 5280.

MONIN..CI
IIV SE STTL
HERCINIVS
FRATRI ET
HERCINIA
AFRATVA
PATRI FM

Rodriguez *la Vettonia* p. 159 cum interpretatione prava.

Montanus, Tertinius, Tertina Afra videntur esse nomina defunctorum.

5284 (= Eph. IV n. 18). Turgalii, *in una pietra già trovata nel campo mezza lega sotto la fortezza.*

Q · ORFIVS
ASIATICVS
ANN · VI · ET
RRR
H · S · E
S · T · T · L

Venturinus f. 165 vv. non divisis.

V. 1 QVINTVS, 3 AN · SVS · ET, 5. 6 HOC SIBI SEPVLCRVM FOBVIT traduntur.

Orfius nomen vetustum est ex Ciceronis epistulis et ex titulis aliquot Italiae inferioris notum.

5285 Turgalii, *en la calle de Parra*, una com n. 5280.

SAGEANAT
IPI CXIV...
N E ...H..
.......S...

Rodriguez *la Vettonia* p. 158.

Fortasse non diversa a n. 648.

5286 (= Eph. IV n. 12). Turgalii, *dentro della fortezza in una pietra nel muro a primo entrata si leggevano queste sole lettere, essendo le altre corrose dal tempo.*

M . L · CATVL

Venturinus f. 184 v., post quem alius nemo videtur observavisse.

5287 Turgalii, *en la casa de los Chaves que está junto al arco de Santiago en las vertientes de las aguas del torreón que mira á la plaza, en una rinconada á la derecha como se va al paso del jardin.*

....VIASQ
VS FILIA
E S RRIII
HSESTTL

Rodriguez *la Vettonia* p. 152.

5288 Turgalii, *junto al osario del atrio de San Martin.*

a HSESTTL
TRMISon
...VXS F
....

b HSSTTL

Rodriguez *la Vettonia* p. 153, qui addit ibidem extare alios titulos, quos legere non potuerit, *y que tenia Lucas Moreno en el brocal de un pozo de su casa, sita en el barrio del Poso, traidas por su padre (con otros que habia en su huerto del arco de Triunfo, que no llegué á ver) desde el sitio llamado las Palomitas.*

5289—92 (= Eph. III n. 4—7). Inter *Montanches* et *Torremocha* iuxta parietinas oppidi antiqui ignoti, quae dicuntur *Villas viejas grandes y chicas (termino de Botijo, partido judicial de Montanches, provincia de Cáceres, Extremadura, al extremo sudoeste de la dehesa llamada Palacios de Golondrina, en la orilla derecha del rio Tamuja, ya en termino de Torremocha)* arae quattuor repertae esse dicuntur c. a. 1878; ubi serventur ignoro.

5289 IOVI · SOLVTO · ARAM · P · CorN · ALITVS · Q · L
5290 Q....MR..VL..AN · IOVI SOSpiti
5291 LAORRA MRS · VMVS · IOVI · AR · P · AL
5292 NORBABITVS · IOVI · AR · P AL

Restituendae in hunc fere modum, cum appareat exempla versus continuare:

5289	5290	5291	5292
IOVI	Q · coRnElius	*lunula*	*lunula*
SOLVTOrio	IVLIAN us	L · nORBAnus	I·NORBAnus
ARAM · P	IOVI	MARSVNVS	AvITVS
CorN · AvITVS	SOL	IOVI · AR	IOVI · AR
a · L	utorio	P · A · L	P · A · L

Exempla pessima Guerrae missa, qui frustra conatus est ectypa aut certe meliora exempla ab hominum eius regionis desidia extorquere.

Iuppiter Solutorius in regionibus illis frequenter cultus est (cf. n. 661). In AR titulorum 5291. 5292 tam arae vocabulum potest indicari quam cognomen aliquod Iovis nondum notum. Norbanos in eisdem regionibus frequentes esse dixi p. 81.

5293 *Montanches, á un cuarto de legua de la poblacion*, ubi reliquiae oppidi Romani dicuntur extare; cippus altus m. 2.00, latus 0.50. Servatur *Badajoz* in museo.

C A E C I L I A
Q · F · TVSCAE [*sic*]
CVM · CON
IVGE · SVO
H · S · S · S · T · T ·
L

Fita et Guerra *viaje á Santiago* (1880) p. 97 ex ectypo ab Antonio Zafra dato.

⁰ Tuscae Guerra existimat genetivum esse *Tuscus* formae masculinae, vix recte. Puto erravisse lapidarium.

5294—96 *Madrigalejo, en la portada de la casa antigua de D. Pedro Rubio, calle del Palomar* n. 10, cippos altus m. 0.90, latus 0.40.

5294
M · VICTORI
VS · L · F · PAP ·
GALBA · AN ·
LXX · H · S · E ·
S · T · T · L

5295
IVLIA · L · F ·
C O L V M
BA · H · S · E

5296 *en piedra pizarrosa*, alta m. 0.40, lata 0.31, litteris profunde sculptis et altis m. 0.07 ad 0.08 saeculi primi.

M E L A N
IO · SER
VA · HIC
SITA · ST *sic*

Fita adnotat N litteram formae esse vetustae ibericae N. Idem agnovit nomen Graecum rarum Μελάνιον.

F. Fita *Boletin de la Acad.* X 1887 p. 108 et p. 347 cui misit P. Matias Pazos parochus.

XXIV. NORBA, COLONIA CAESARINA (*Cáceres* cum vicinia) p. 81.

n. 692—713. 714 Ibidem etiam vidit Phil. L. Guerra *notas al Viu* p. 13. 715—740.

741 Male a Muratorio Turgalii ponitur; extat *en Brozas, en la torre norte-poniente de su castillo.* Phil. L. Guerra *notas al Viu* p. 9. E Masdeu novit Rodriguez *la Vettonia* p. 101 (v. praefationem ad titulos Turgalienses p. 822).

742—762. 763 (v. infra n. 5297). 764—768.

Norbam coloniam cognomine Caesarinam non diversam esse ab hodierno oppido *Cáceres* probavi Carolo Müllero (in notis ad Ptolemaeum II 5, 6). Dissertatio mea Hispanice scripta a. 1861 de situ Norbae publici iuris facta est in *boletin de la Acad.* vol. I 1877 p. 88 ss. Quae contra opinionem illam, notam sibi ex Antonii Delgado opere numismatico, protulit Fr. Ioachim Rodriguez (*la Vettonia, Boletin de la Sociedad geográfica de Madrid* V 1878 p. 247 ss.), seria refutatione non indigent.

Tribum Norbensium Sergiam fuisse probant tituli urbanus anni p. Chr. 130 *C. Marcii C. f. Serg(ia) Salviani Norba, militis cohortis X praetoriae* (CIL VI 2382a-b), Argentinensis *L. Autronii L. f. Sergia Norba Silonis, veterani ex leg(ione) II* (Brambach 1820). Sed etiam Papiriae unum superest testimonium militis titulus, qui fortasse Emerita oriundus erat (n. 710).

Tituli novi ex oppido ipso accesserunt duo sigillorum deae Ataecinae votorum (n. 5298. 5299) et incertae lectionis unus per Philippum Guerra, optimae fidei auctorem (n. 5300), cui etiam debentur emendationes aliquot ad titulos iam notos onusque praeterea novus ex Turri Sancti Michaelis vico vicino satis memorabilis (n. 5304).

Scriptiones duae mihi nondum notae, Gregorii Sanchez de Dios *descripcion y noticias del Casar de Cáceres*, composita a. 1794, quam servat Barrantes, et Petri de la Riva *Cáceres en 1828, datos históricos y otras curiosidades* cet., Caceres 1874 94 pp. 4. (vide Barrantes *aparato* I p. 412 et 450) dicuntur quidem titulos aliquot continere, sed vix aegre ferendum, quod eas examinare non potui. Unus inde accessit ad *el Casar* vicum pertinens (n. 5302); alterum Barrantes acceptum refert Hieronymo de Sande Calderon (n. 5303). Tertius accessit ex *Alcollarín* vico (n. 5301). Effossiones, quas olim sperabam fore ut instituerentur, non sunt factae.

5297 ad n. 763. *Cáceres.*

CATVRONI
TANCINIF
AN VII
TANCI
VS PATER
STTL

Phil. L. Guerra *notas al Viu* p. 40 qui non videtur vidisse.

Unde Docampi exemplum emendandum ita: *Caturoni | Tancini f. | an. VII Tancin|us pater | s. t. t. l.*

5298 *Cáceres*, rep. a. 1885 *cerca de la via antigua que guiaba hacia la Villa de Arroyo del Puerco, en poder de D. Miguel Jalón, Marqués de Castro Fuerte.* Caper aeneus parvus operis rudis; infra tabella est ad pedes eius affixa cum titulo.

D · S · T · AD
VICTORIN ·
SER · C · SE
VERAE
A · L · V · S

Fita *Boletin de la Academia* VI 1885 p. 430 s. ex imagine photographa. Lege cum Fita *D(eae) s(anctae) T(uribrigensi) Ad(aeginae) Victorin(us) ser(vus) C(orneliae) Severae a(nimo) l(ibens) v(otum) s(olvit).*

Nomen deae innotuit ex titulis n. 71. 101. 461. 462. 606. Victorinam servam putavit iudicari Fita, ut *Veneria* quaedam *Severae serva* est in titulo n. 722. Sed compendium *ser.* magis videtur ad virum spectare.

5299 *Cáceres*, alterum eiusdem generis sigillum parvum aeneum ut n. 5298.

DS · S · A · T ·
C O C C E I V S
M O D E S T I
ANVS · V · S

Fita *Boletin de la Academia* VII 1885 p. 40 ex imagine photographa missa per Michaelem Jalón, marchionem de Castro Fuerte, e Cáceres.

5300 *Cáceres, en la calle de Moros.*

XLEGITVE
HOMICVI

Phil. L. Guerra *notas al Viu* p. 10.

Nolui damnare ut novicium, cum qui describit soleat probe dignoscere vetusta a noviciis.

5301 *Alcollarín, al Sur de la provincia de Cáceres*, a dextra viae Turgalio versus *Madrigalejo*, prope *Zorita, Campo Escurial* (unde prodierunt tituli n. 669. 690) et *Abertura* vicos; servatur in *Alcollarín* ad portam domus Roderici Cuadrado. Est cippus ex lapide granite rubro, infra fractus; pars superior alta est m. 0.40, lata 0.33.

PELLVS · TA
LTICI · F · N · L
G · PELLI · F · N
XX · H · S · E · S
V · T · L
T E R T V L L A
F · C

Fita *Boletin de la Acad.* XI 1887 p. 440 ex ectypo misso a Matthaeo Pazos, parocho in *Madrigalejo* vico.

Duos ibi prope extare titulos, alterum *en la dehesa de Lebañeja*, $^1/_4$ *legua hácia el SSE de Alcollarín, incrustado en la pared del cortijo*, alterum loco quodam incerto, sed repertos ambos una cum n. 5301, Fitae rettulit Pazos.

5302 *El Casar* qui est vicus prope *Cáceres*, lapis insertus muro ecclesiae occidentali, e dextra portae maioris.

..ODISVA
..........XA
....INXXII

Barrantes *aparato* I p. 482 e schedis Gregorii Sanchez de Dios.
[*Aphr*]*odisia* | ... *vix*(*it*) *an*|*n*(*os*) *XXII*....

5303 In via Romana Norba Caurium pons est *de Alconetar* dictus, iuxta quem reperta est columna miliaria Tiberii (n. 4881). Ibi prope etiam alia antiquitatis vestigia estare affirmat Hieronymus de Sande Calderon, cuius de illis antiquitatibus epistulam aliquam nescio quando scriptam servet Norbae marchio de *Torreorgáz*. Inde haec excerpta sunt a Vincentio Barrantes:

En las haceñas nominadas de Cabildo, situadas á cosa de un cuarto de legua por bajo de esta puente, hay colocados muchos sillares de canteria de las que el rio arrastra en en direccion y por lo tanto iuzgo que proceden del puente de Alconetar. En uno de estos sillares, colocada en la canal de la haceña segunda, se ven muy claras estas letras

L · VIVIIIII

tenia otros renglones, ya picados.

Barrantes *aparato* I p. 85 ss.

5304 *En la Torre de Don Miguel.*

LVNI · TAPI
LI · F · CIBVS
STATVIT · TA
PILVS · ET
TRITIVS
LVNI · FILI
ET · CATVR
O · ALBONI
ET · MACE
NVS · AGEIN
AVETE · VOS
VIATO
RES · ET · B
ENE · VA
LETE

Phil. L. Guerra *notas al Viu* p. 43. Lege: *Luni* (expectaveris nominativum *Lunus*) *Tapili f*(*ilius*) *ci*(*vi*)*bus* (nisi latet *Cibus* vel aliud gentis nomen) *statuit* (puta sedilia iuxta sepulcrum). *Tapilus et Tritius Luni fili et Cataro Alboni et Ma*[*g*]*enus Are*[*ni*?] (sc. ad opus contulerunt). *Avete vos viatores et bene valete.*

XXV. TITVLI PONTIS ALCANTARENSIS p. 89. 696. XL.

n. 758.

758 Municipiorum elenchum profert etiam Hermolaus Barbarus in castigationibus Plinianis (a. 1493) ad Plin. IV 22 sub lemmate Emieusee Aranditani (fol. K 3 v. inf.) ex Ferrarino puto, eadem enim omnino menda exemplum eius habet atque illius.

761 Quamquam argumenta certa nova accesserunt nulla, iam magis est, ut subscriptionem genuinam esse existimem et DE P · S · F in lapide fuisse credam.

Ceterum quae contra Petri Barrantes Maldonado iidem adnotavi, vera manent, etiamsi hunc titulum pro genuino habemus. Certum enim est, titulos n. 76* ab eo fictos esse in lapidibus. 762.

Dissertationem meam de ponte Alcantarensi (*annali dell' instituto di corrispondenza archeologica* vol. XXXV 1863 p. 173 ss. cum tabulis monumentorum ineditorum vol. VI. VII n. LXXIII et LXXIV) novit Barrantes *aparato* I p. 31 ss. atque ne in laudanda quidem illa a vituperatione abstinuit (v. supra capitis XXI praefationem p. 819), quamquam minime perspexit, qualem interpretatio titulorum difficultatem praebeat.

XXVI. CAVRIVM (*Coria* cum vicinia, *Moraleja*, *Sierra de Fuentes*, *Torreorgáz*, *Hoyos*) p. 96. 697.

n. 763 Phil. L. Guerra *notas al Viu* p. 37. 764. 765 Phil. L. Guerra *notas al Viu* p. 38.

766 Phil. L. Guerra *notas al Viu* p. 37. In fine additur versus unus CVR. 767.

768. 772. 778. 779. 781. 782. 783. 785. 788. 792 omnes Phil. L. Guerra *notas al Viu* p. 35. 37. 39.

769—771. 773—777. 780. 784. 786—789. 791. 793.

794 Ita interpolatam

SALAMAIE
VRIVS BOVT
F · H · V · S

Phil. L. Guerra *notas al Viu* p. 34 cui dedit Torres. Dei deaeve nomen adhuc latet.

795 Ita exhibet interpolatam

TITANVS · TONGI · F · ANN
XI · H · S · E · S · T · T · L · TONGI
IVS · PATER · F · C

Phil. L. Guerra *notas al Viu* p. 34, cui dedit Torres.

796 Phil. L. Guerra *notas al Viu* p. 22. 797—803. 5031—32 (v. infra 5305—08).

Andreae Santos Calderon de la Barca liber, *memorias para la historia de la iglesia de Coria* cet., scriptus a. 1781, qui extat in bibl. publ. Matritensi Dd 97 et in bibl. acad. histor. C 8, titulos aliquot profert aliunde notos et falsos plerosque, ut didici ex Barrantis *aparato* I p. 482 ss. Unde non poenitet librum olim sprevisse.

Qui Caurii vel Gatae degebat Philippus Leo Guerra, merito a me laudatus (supra p. 87), quamquam iustum librum de antiquitatibus patriis nusquam edidit, tamen, ut erat homo modestissimus, adnotationes bonae frugis plenas in actis quibusdam diurnis admodum obscuris (*el regenerador extremeño*) edidit ad Iosephi Viu librum scriptas. Earum adnotationum pauca exempla in libelli formam redacta extant; diu frustra quaesita (oblit enim interdum scriptor neque resciscere potui fata schedarum eius) inveni demum in bibliotheca Matritensi publica (D. Felipe L. Guerra, *notas á las antigüedades de Estremadura por D. José Viu*, Coria ed. I 1854, ed. II aucta 1866 — dicuntur extare exempla annis 1872 et 1883 insignita — pp. 48, 18.; v. Barrantes *aparato* II p. 88). Adnotationes illas quamquam impressas neglegenter utilissimae sunt, ut docent quae ad capp. XXIII—XXVII inde desumpsi. Ex ipso Caurio titulos novos non exhibent, sed exempla titulorum iam notorum insunt non pauca; ut supra adnotavi. E vicinia cum titulos aliquot ad *Mora-*

leja pertinentes habet, quos etiam Aureliano Guerra debeo (n. 6021. 5032 = 5300. 5308), tum ex loco natali *Sierra de Fuentes* duos singulosque ex *Torreorgás* et *Hoyos* vicis (n. 5307—11).

Augustini Francisci Forner medici schedas de antiquitatibus Romanis Extremadurae servare dicitur Ludovicus Villanueva Norbensis *en su biblioteca de Barcarrota* una cum Iohannis Pauli Forner filii additamentis, ut didici ex Vincentii Barrantes *aparato bibliografico* II p. 54; neque tamen mihi contigit ut eas examinarem.

Schedarum Claudii Constanzo exemplum, quod olim fuit Antonii Delgado, nunc servat Barrantes (*aparato* I p. 71) idemque affirmat alterum extare apud Antonium Cánovas del Castillo.

5305—306 ad 6831. 5022. *Moraleja*, GUERRA.

Phil. L. Guerra *notas al Viu* p. 30 acceptos ab amico ita ex parte melius, ex parte minus recte BOVTIVS | LONGIN · F | IOVI · SOL | VOTVM · S et . . CCIVS | CONTRATAI · F | IOVI · SOL|VTORIO | VSLM.

Unde iam puto ita legendos esse:

[B]outiu[s] Longini Iovi sol(utorio) votum s(olvit)
et *[D]uccius Contuvai f(ilius) Iovi salutorio v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito).*

5307 *Sierra de Fuentes, en el presbiterio de la iglesia hácia la epistola.*

MAXSV
MA · TSIA
TVRCALE
ARCONI·
f · AN · XX
H·S·E·S·T·T·L

Phil. L. Guerra *notas al Viu* p. 17.

V. 5 *Tur[g]al[i]e(nsis)*. V. 3. 5 supplevi initio litteras singulas, quas excidisse indicat Guerra. Telam gentem habuimus n. 714.

5308 *Sierra de Fuentes, en el suelo de la iglesia.*

. . . .
AN · LXXX
H·S·E·S·T·T·L
L · IVLIVS
F · F · C

Phil. L. Guerra *notas al Viu* p. 17.

5309 *Torreorgás, en la escalera del granero del palacio del Sr. Marqués de esta villa.*

IVLIVS
*c*SSNA
*s*ITI · LI
b·*r*BTVS
*a*N · LV ·
h·*s*·S·S·T·T·L
*i*VLIVS
s·*e*X · LIB
F · C

Phil. L. Guerra *notas al Viu* p. 18. Supplevi exempli causa.

5310—311 *En Hoyos.*

5310
TONCIO
TANCINI · F
CEITIVS
CILINI · F

5311
. . . . . .
FLAVIN
VS · CLVN
AN · XX · H
S·E·S·T·T·L

Phil. L. Guerra *notas al Viu* p. 48.

5310 lege TONGIO et CELTIVS.

XXVII. CAPERA p. 100.

n. 604—626. 626 v. 2. 3 videtur legendum esse *Interamicus*; cf. n. 2477 *Interamici*, et 2730 *Interamnicus*. 627—888.

De titulis Galisteum translatis vide quae adnotavit Aurelianus Guerra apud Fitam *museo español de antigüedades* IV 1875 p. 536.

XXVIII. MIROBRIGA (*Ciudad Rodrigo*) p. 107. 697 (*Traguntia*).

n. 857—866. 6033 Iosephus Secall et Modestus Falcon academiae Matritensi historicae miserunt a. 1866, descriptam male a Ioachimo Cáceres, qui lapidem in praedium suum Tragontiae intulit ex *Yecla la vieja* asportatum. Praeterea ibi nummum Titi repertum esse adnotant iidem. 5034—36.

Ex Mirobriga ipsa novi nihil accessit: *Ciudad-Rodrigo* oppidum me nondum potuisse adire aegre fero. Sed Antonii Sanchez Cabañas historia oppidi manuscripta interim publici iuris facta est (*historia de . . Ciudad Rodrigo*, ibidem 1861, 310 pp., quarum tamen 138 tantum historiam continent, reliquae narrationem obsidionis a. 1810 postea adiectam, 4.); tituli iam noti proponuntur ibi p. 60 ss. multis typothetarum erroribus deformati; novi nihil additur. Sed illud ex libro eius videtur adnotandum, quod exponit (p. 14 ss.), extare adhuc in platea maiore iuxta domum municipalem (*al lado de las casas consistoriales*) columnas tres titulos sustinentes n. 857. 858. 859, compositas ex partibus novenis, altas pedes 20, crassas pedes 6; quae insigne urbis habeantur. Exempla novicia trium titulorum extant iuxta ecclesiam S. Iohannis Baptistae. Addidi infra numeros titulorum a Cabañas in libro impresso editorum, sed male; sunt autem hi n. 857—859 p. 16; 861 p. 61; 864 p. 61; 865 p. 64; 866 p. 63; 867 p. 63; 868 p. 64; 869 p. 62.

Mirobrigam Val(lem) et *Bletisam Val(lem)* intellegere voluit Nicolaus al Ursin de prov. Lusitania p. 86, probabilitate exigua.

XXIX. SALMANTICA (*Salamanca*) p. 109. XLI.

n. 870. 871 Videtur adhuc extare; exemplum malum editum est in *memorias de la sociedad arqueologica Valenciana* Valentiae 1877 p. 8. 872—880. 881 *S. Martin de Castañar, junto al portico de la iglesia.* Iosephus Secall et Modestus Falcon miserunt academiae hist. Matrit.

882 *Bejar, estaba en un muro de la capilla de S^a M^a, en el valle de S^a M^a, y fue depositada en la casa consistorial.* V. 1 VALENTINO Ios. Secall et Mod. Falcon miserunt acad. histor. Matrit.

883 *En Baños.* Christophorus Rodriguez Solano *virtudes medicinales y análisis del agua minero-medical de Baños* (Caceres 1850, 18 pp. 4.); inde Phil. L. Guerra *notas al Viu* p. 27 et Barrantes *aparato* III p. 421 s. V. 1. 2 NYM|PHIS.

884—887.

888 Servatur nunc Matriti in museo archaeologico, est ara alta m. 0.70, lata 0.48. Rada *museo español de antigüedades* VI 1875 p. 477 s. V. 1. 2 LVCIVS | CAESIVS Rada; videtur legendum esse L · VIBIVS · CAESTVS. 889—892.

Etiam Salmanticae, in urbe universitatis litterariae vetustae, litterae epigraphicae incrementum nullum ceperunt per hos viginti sex annos. Consului adnotata quaedam a Vincente de la Fuente *boletin de la Acad.* III 1883 p. 155 ss. et Ferdinando Araujo libellum *la reina del Tormes* (vol. I Salamanticae 1884 8., cf. *boletin de la Acad.* VI 1885 p. 263); Emmanuelis vero Villar y Macias historiam Salmanticensem (voll. 3, v. *boletin de la Acad.* XII 1888 p. 426) nondum vidi. Pauca tantum adnotanda accesserunt ad titulos iam notos ex Anonymo Taurinensi. Sed de locis vicinis eorumque monumentis Romanis extat narratio scripta a Iosepho Secall et Modesto Falcon et missa academiae historicae Matritensi die 1 m. Augusti a. 1888. Inde innotuerunt mihi primum tituli sepulcrales tres male descripti (n. 5312—14); eidemque scriptores etiam titulos duos huius regionis iam notos (n. 881. 822) descripserunt. Titulum denique unum e thermis Bletisanis Nymphis sacratum Philippus L. Guerra (n. 883) descripsit. Alterum Iohannes de Deo Rada Matritum portandum curavit in museum archaeologicum (n. 888); ubi tamen non vidi.

5312—14 *En el despoblado de Vecla, termino de Vitigudino, provincia de Salamanca,* in sepulcris variis, quorum duo fuerunt *junto al postigo del castillo.*

5312	D M I FOCIMILA FEMINA	5313	ADIAAR ETITONI FANXX X 5 STTL	5314	PACIDI IIIAVSI SAILCI IICON 5 ANOL STTL	Iosephus Secall et Modestus Falcon miserunt academiae historicae Matritensi. Non tetigi.

XXX. CAESAROBRIGA (*Talavera de la Reina*) p. 411.

n. 882 Loci indicatio a Mariana data ita supplenda est, ut intellegatur sacellum de *la Virgen del Pielago, cuatro leguas al norte de Talavera.* Titulus igitur collocandus potius inter suburbanos. Loci indicatio a Monje data falsa est. Fita p. 253, 1 qui non vidit.

884 Erat basis alta m. 1.12, lata 0.66; extabat *casi una legua al occidente de Talavera,* ubi fuit villula vel mansio in pago dicto Saúcedo et sacellum Nympharum ad fontes *el Piojo y la Tejada*; ut docebant protome hominis togati marmorea, nummi, vascula cet. Romana ibi reperta. Postea titulus interiit. Fita p. 253, 2. 885 Basis lata m. 0.700, alta 0.505; servat ibi Jimenez. V. 4 in fine extat FLAMN. Fita p. 255, 4 ligno incisam, qui quod putabat in fine addendum esse *col(oniae) Emeritensis* d. d. collato titulo Salaciensi n. 32, propterea quod, si recte eius verba intellego, flamonium perpetuum non pertineat ad municipium, videtur errasse. 886 Periit. Fita p. 255, 5.

897 Ara alta m. 0.66, lata 0.28; extat nunc *empotrada en la pared del patio de la casa plaza de San Andres 16, de Doña Librada Redonda.* Fita p. 250, 7 ligno incisam. 898 Periit. Fita p. 258, 8.

855 Cippus marmoreus, altus m. 0.30, latus 0.18; extat apud Jimenez. Praefericulum et patera latebant, cum Palomares delineavit accuratissime. Fita p. 266, 16 q. v.

860 Tabula marmorea, lata m. 0.66, alta 0.66, litteris optimis. Extat in domo Luisae Sanchez, *calle de la Corredera* n. 48. V. 4 ALFAE in lapide est. Fita p. 267, 11.

861 Cippus marmoreus, altus m. 0.50, latus 0.24, crassus 0.14. V. 1 Add. D · M · S, quod om. Delgado. 3 VET (non VIT) legendum, i. e. *veteranus*, non *Ut(arensis)*, ut putabat Fita. Fita p. 268, 12.

862 Periit. Fita p. 271, 15. 863 Periit. Fita p. 271, 16. 864 Periit. Fita p. 270, 14. 865 (v. infra 5315). 866 (v. n. 5316).

867 Extat ibi. Soto f. 18; Fita p. 271, 18. 868 Periit. Fita p. 272, 20. 868 Periit. Fita p. 273, 21. 810 Periit. Fita p. 273, 22.

811 Periit. Fita p. 275, 27 correctam ex meo exemplo. 812 Periit. Fita p. 274, 24. 813 Periit. Fita p. 268, 5.

814 Periit. Fita p. 274, 25. 815 (v. n. 5317). 816 Periit. Fita p. 276, 30. 817 Periit. Fita p. 277, 31.

818 Cippus altus m. 0.34, latus 0.27. Iam servat Jimenez. Fita p. 277, 22.

918 *En la parte interior del arco y puerta de San Pedro, sillar magnifico,* litteris magnis (m. 0.10) aevi Augusti. Leguntur tantum, reliquis calce tectis,

N · POM
CH

Fita p. 279, 38.

820 Periit. Fita p. 281, 38. 821 Videtur periisse. Fita p. 282, 40. 822 Periit. Fita p. 282, 42. 822 Periit. Fita p. 284, 44.

824 Periit. Fita p. 285, 45. 925 Periit. Fita p. 285, 47.

Talaverae, quam Caesarobrigam veterem esse nunc fere mecum consentiunt viri docti Hispani, contigit ut de antiquitatibus eius scriptores plures verba facerent quam de oppidorum multorum multo maiorum. Nam praeter scriptores non paucos, quos enumeravi in praefatione capitis (p. 412), accesserunt hi etiam Thomae Muñoz ex parte ignoti, sed adhibiti a P. Fideli Fita in commentatione mox nominanda: Franciscus de Soto *historia de la antiquisima ciudad . . . . . Talavera de la Reyna* cet., scripta a. 1722, cuius exempla duo extant manuscripta, alterum Talaverae, Matriti alterum; Petrus Antonius [Polycarpus Garcia de Rores y la] Guerra *antigüedades de T. de la R. para hacer suplemento á la historia de Soto,* a. 1788, mihi iam notus (inter codices bibl. acad. histor. Matrit. *Est. 16, 66*); Firminus Caballero in epistula scripta d. 18 m. Oct. a. 1825 (in academ. Matrit. servata eodem loco); F. Franciscus Iosephus Molio in epistula scripta d. 28 m. Iul. a. 1828 (ibidem); Iosephus Maria de la Paz Rodriguez medicus *noticia y explicacion de dos lápidas romanas* cet. circa a. 1830 (ibidem); Antonius Delgado *dos informes sobre inscripciones de Talavera* a. 1880 et 1881 (ibidem); Franciscus Maria Tubino *informe acerca de la antigüedad de las murallas de Talavera* in *boletin de la Acad. de bellas artes de San Fernando* a. 11 m. Ian. a. 1882, qui quod oppidum a Mauris demum conditum credit egregie fallitur; Ildefonsus Fernandez y Sanchez *el Alcazar y las murallas de Talavera* in *el Eco Talaverano* d. 4—25 Ian. a. 1882. His igitur subsidiis usus et postquam una cum Ludovico Jimenez de la Llave, antiquario oppidi optime merito, lapides superstites descripsit, *P. Fidelis* Fita syllogen edidit titulorum Caesarobrigensium et viciniae, quae titulos continet quinquaginta praeter christianos, imaginibus aliquot xylographis illustratos. Ceterum eodem Ludovico Jimenez intercedente academia historica Matritensis operam dedit, ne arcus S. Petri, quae erat porta oppidi Romani, removeretur, id quod magistratus eius decreverant; frustra puto. In eo arcu inerat titulus n. 918 (v. *boletin de la Acad.* VIII 1886 p. 26 ss.). Ex Fitae sylloge supra adnotavi ad titulos iam a me editos quae accesserunt scitu digna; ineditos repetivi una cum eis qui postea prodierunt per Ludovici Jimenez industriam. Scilicet interierunt ex titulis, quos olim composui secutus auctores antiquiores, viginti et novem; servati sunt duodecim; accesserunt viginti plus minus cum fragmentis aliquot (n. 5318—5328), e quibus tamen Fita omisit ea, quae litteras habent vel evanidas vel consulto deletas (p. 288, 48). Sunt tituli sepulcrales iidemque viles plerique; inter meliores est unus a me antea merito inter suspectos relegatus (n. 94*) propter exemplum pessime interpolatum, quod solum praesto erat (n. 5318).

Addidi in fine titulos quattuor repertos in *Vascos* oppido deserto (de quo

videantur quae exposita sunt in *memorias de la R. Acad. de la Hist.* I 1788 p. 388 s.) et in *Valdeverdeja*, quos idem Fita primus edidit (n. 5338—48); utroque loco vestigia oppidorum vetustorum observata sunt.

P. Fidelis Fitae scriptiones de Caesarobriga duae (*boletin de la academia* II 1882—83 p. 244 ss. 200 ss.) etiam seorsum editae sunt (*datos epigráficos é históricos de Talavera de la Reina*, Matriti 1883, pp. 01, 8.). Continuo autem tituli inde novi videntur prodire; coemeterium Romanum integrum iuxta oppidi muros veteres nuper detectum est (*boletin de la academia* IV 1884 p. 008).

5315 ad n. 895. In aedibus Ludovicae Sanchez, *calle de la Corredera* n. 40; cippus altus m. 1.11, latus 0.40.

rosa
palma *palma*
luna
media
D · M
OFELIO
ru FINI
oP I N A
fil I A
P

Fita p. 278, 24 qui v. et supplevit, corrigens exemplum Ludovici Jimenez, quod ego solum habui. Sed ne eius quidem exemplum videtur emendatum esse omni ex parte: *Ofelius* nomen displicet; v. 4 [*Lu*]*pina* praestat.

5316 ad n. 900. Talaverae, extat adhuc *en el socalo de la casa del conde de la Oliva, calle del teatro 2*; cippus altus m. 0.05, latus 0.43; litteris altis et bonis.

PELLEIO
DNCETI · F
N·LX·H·S·E·S·T·T·L
RVFVS · F · F
C

Fita p. 270, 25.

V. 1 P certam apparuisse calce deleta affirmat Fita; fuitne *Pelleto*? idem v. 2 *Danceti* sive *Dauceti* nomen legi testatur.

5317 ad n. 918. Extabat *en la casa n. 8 de la calle de Gaspar Duque*; iam servat Jimenez intercedente Fita. Cippus altus m. 1.58, latus 0.47, crassus 0.30.

D M
LVCVLLO
M A V I A
IIT FLAVIN
VS IIT LVCAN
VS·D·S·F·C
H · S · E

Fita p. 274, 00 qui Ajofrini exemplum pessimum correxit.

5318 Talaverae, arula alta m. 0.025, lata 0.020, e solo ad portam ecclesiae S. Mariae effodiendam curavit et servat Jimenez.

//////////
I · ME · //S
VOTO
//A · P

Fita p. 256, 3 qui supplere voluit *d*(*eo*) *s*(*ancto*) | *I*(*ovi*) *Me*[*la ex*]*s* | *voto* (*p*(*osuit* | *l*(*ibens*)) *a*(*nimo*) *m*(*erito*). Sed supplementa omnino incerta sunt.

5319 *Talavera de la Reina*, rep. a. 1880 circa arcum S. Petri; ara alta m. 0.77, litteris rudibus, altis m. 0.05; servat Ludov. Jimenez.

S
DEO
MAX
IMO

Fita descr. ex ectypo a Ludovico Jimenez misso et ed. *boletin de la acad.* XIII 1888 p. 270.

Lege *s*(*acrum*) *deo maximo*, fortasse *Soli Mithrae*.

5320 Talaverae, rep. a. 1847 in domo quadam *de la calle de Gaspar Duque, en el patio Monje*. Cippus marm. altus m. 0.45, latus 0.01, crassus 0.18. Postea apud Jimenez, *calle de la Concha*, 7; litteris malis, semicursivis (non saeculi quarti, ut Fita putavit, sed secundi potius tertiive).

D · M · S ·
GR · PATENI
QVIR · CAE
EX CAS · CSELI
AN LXV AN
BAT MAR
PINT DE SVO
P

Fita p. 803, e ligno incisam. Ajofrini textum interpolatum dedi inter suspectas n. 84*.

D(*is*) *M*(*anibus*) *s*(*acrum*). | *Gr*(*anii*) *Pateni*? | *Quir*(*ina*) *Cae*(*sarobrigensis*) | *ex cas*(*tello*) *Ciseli* | *an*(*norum*) *LXV*; *Am*(*bat*(*u*) *mar*(*ito*) | *pi*(*e*)*nt*(*issimo*) *de suo* | *p*(*osuit*)

V. 2 *Pateiu* Fita; voluit fortasse scriptor *Pate*[*r*]*ni*. V. 4 *castellum Ciseli* hic primum nominatur.

5321 Talaverae, ex moenibus urbis; olim in domo Andreae Collazos (Guerra), nunc apud Jimenez. Cippus altus m. 0.81, latus 0.42.

MANTVA
CAEL
OAVCIEICV
SERANI · F
FRAT · BE M
AN · LXX
DE SVO · F · C

Fita p. 260, 12 non ligno incisam (ectypum desidero); qui recte legit:

Mantua | *Caeli*[*o*] *Aucieicu* | *Serani f*(*ilio*) | *frat*(*ri*) *be*(*ne*)*m*(*erenti*) | *an*(*norum*) *LXX* | *de sua f*(*aciendum*) *c*(*uravit*)

V. 2 AE Guerra nihil amplius. V. 2 *Aucieicu*(*m*) gentis nomen esse perspexit Fita; o punctata utrum littera sit an signum tantum nescio quod, videtur non satis certum.

5322 Talaverae, a. 1844 e castello oppidi, ubi pro limine portae fuit, ad aedes suas transferendam curavit Ludov. de Carabajal SOTO.

ARLECA
MCMSSF
ANO XXXV
HSS STTL

Soto fol. 10; inde Fita p. 271 ad n. 10, qui putabat eandem esse atque n. 903, quod tamen probabilitate caret. Nomina incerta manent.

5323 Talaverae, rep. in praedio quodam Dominici Jimenez ad Tagum fluvium sito Soto.

D · M · S
AVRELIA · FLAVIA
LVCIO · MVRENO · M · S
H · S · E · ANO · XXXVIII
S · T · T · L

Soto f. 18; inde Fita p. 271, 17.

V. 0. 3 interpolati sunt aperte.

5324 Talaverae, in pariete interiore domus comitis de la Oliva, *calle del teatro 2*. Fragmentum cippi, altum m. 0.50, latum 0.20.

protome
Q · CAEL
O · Q · F
ANN · L

Fita p. 288, 48.

5325 *Talavera de la Reina*, rep. m. Octobri a. 1888, circa portam S. Petri; lapis, quatenus cernitur, altus est m. 0.45, latus 0.32; servat Ludov. Jimenez.

M
EN////ATES · AS
ASCANTO · SVO
FIORI · IVSSIT
H · S · S · T · T · L

Fita *boletin de la Acad.* XIII 1888 p. 320 acceptam a Ludovico Jimenez, qui repperit.

Encrates nomen mulieris, ut in n. 0408. 2430, etiam sanctae fuisse, quam Prudentius celebravit (περὶ στεφ. IV 109), observavit Fita.

5326 Talaverae, cippus altus m. 0.85, latus 5.47, crassus 5.33; in curte domus Theresae Jimenez, *calle de Mesones 22*; olim in castello fuisse creditur.

rosa
D · M
P L A C C V S
SVLAE · FILIVS
· AN · LXXX ·
M A R I V S
FILIVS · F · C

Fita p. 072, 19 qui vidit.

V. 3 *Sula* (sic in lapide esse ex verbis Fitae concludendum) et V. 5 *Marius* suspicionem movere possent, nisi Fita vidisset.

5327 Talaverae, alte collocata in muro turris ecclesiae S. Mariae supra fenestram, quae ad meridiem spectat; lapis altus m. 2 20, latus 0.42.

D I B V S · M
A N I B V S
M · G · POL
IBID · C · A ·
M A R I N
S DE SVO
F · C · Q · R · T
p d s t t l

Bores Guerra ms. e. 2; Fita p. 070, 02 q. v., sed non recte interpretatus est.

Dibus M[*anibus* | *M. G*(*avio?*) *Pol*[[*y*]]*bio C. A*(*urelius*) | *Marin*[*u*]*s de suo* | *f*(*aciendum*) *c*(*uravit*), *q*(*ui*) *r*(*ogat*) *t*(*e*), | [*p*(*raeteriens*), *d*(*icas*) *s*(*it*) *t*(*ibi*) *t*(*erra*) *l*(*evis*).

5328 Talaverae, usque ad a. 1044 in castello, postea in domo Martini de Azeituno, *calle del Sol*; nunc in eadem domo, iam Petri Azeituno, *plaza de Santiago 1*. Basis longa m. 1.07, alta 0.34, crassa 0.10.

D · M · S
I V L I A · N Z O E A
A · LXXXVI · H · S · E
S · T · T · L

Soto f. 10; Fita p. 073, 23.

5329 Talaverae, e muro Alcazaris; iam servat Jimenez. Fragmentum altum m. 1.10, latum 0.55, crassum 5.90.

dis M A N I B*us*
*mu*NIC · SEC*undo*
*op*ITI · F · M*inicia*
*mar*CELLA · V · O · F*ec*.

Fita p. 270, 33 qui v. et supplevit.

V. 4 *v*(*iro*) *o*(*ptimo*) Fita, fortasse recte; nisi fuit *u*[*x*]*o*[*r*].

5330 *Talavera de la Reina*, rep. a. 1009, tabula lapidea *plano-convexa*, alta m. 5.45, lata 0.72, reperta in loco ubi arcus S. Petri fuit; servat domi Ludov. Jimenez (*calle de la Concha*, 7).

D · M
VTIA · M
TVORÆ · F
IL'E · SORD
I · ET · P · VI · SE · P

Descripsi ex ectypo misso a Fita, qui ed. *boletin de la acad.* XIII 1800 p. 0 et legit d. *M.* [*M*]*utia*(?) *M*[*a*]*turae f*(*ilia*) [*C*]*ilae soro*[*r*]*i et p*(*atri*) *vi*(*va*) *se p*(*osuit*).

5331 Talaverae, tabula marmorea lata m. 5.40, alta 0.30; extabat in domo Ioh. Corral y Rascon, iam servat Jimenez. Litteris saeculi primi (Fita).

D I S · M A N I B
P R I M I L I A E
Q · COIVS · DIODAIVS
C O N T V B E R N A L I
F · C

Fita p. 060, 37.

V. 0 PRIMILIAE, 3 DIODALVS Fita, quae certo non in lapide sunt. Etiam de CDIVS dubito, quamquam nomen illud legi CIL XII 2002 add. 0630 monuit Hirschfeld.

5332 Talaverae, fuit *en la obra del molino de aceite de D. Juan Guerrera*; frustra ibi quaesiverunt Jimenez et Fita.

D · M
RVFO · RVFI
NI · F · AN · LIII
RVFINVS · F
ILIVS · S · C
S · P · S · T · L

Fita p. 081, 39 ex scheda Firmini Caballero q. v.

V. 5. 6 non videntur recte descripti esse.

5333 Talaverae, lapis altus m. 2.72, latus 2.30, infra in pariete viae, quae dicitur *calle del Baño*, et pertinet ad aedes Eugeniae de la Llave, *calle de la Cereria* 12.

D · M
S E C E N
S · FVSC
N · LXXI
H · S · E

Fita p. 250, 41 q. v.

V. 2. 3 *Secen*[*u*]*s Fusc*[*i*] Fita, fortasse recte. Nisi fuit *Serenus*.

5334 Talaverae, *en casa de Dª Teresa Jiménez, calle de Mesones 22*. Cippus altus m. 1.04, latus 5.005 ad 2.015.

D · M
TONGETA
MVS · RE
BVRRINI
ann · LX
........IS
....

Fita p. 263, 43 q. v. et v. 0 supplet [*Catur*]*is*. *Tangetamus* nomen redit n. 447, *Reburrus* et *Reburrinus* sunt frequentia.

5335 Talaverae, tabula ex marmore albo, servat Jimenez; litteris parvis, sed elegantibus.

V R A L O F*ea*
TILI · A · L · E*lia*
M A T R O N*a p.*
D · S · F · C

Fita *boletin de la acad.* II 1080—03 p. 370 cui misit Jimenez.

V. 0 Fita supplevit *a*(*nnorum*) *L. Elia*; fuit potius *Ale*[*tia*] | *matron*[*a*] *p*[*atri*] | d. s. *f.* c. Cf. *Arenterus Aleti f.* Norbae n. 733.

5336 Talaverae, fragmentum ex marmore albo *en casa del Sr. Jiménez*; latum m. 5 41, altum 2.23. Litteris altis m. 5.070.

dis manibvs

Fita p. 226, 42 q. v.

5336a *Talavera de la Reina*, fragmentum tabellae marmoreae altum m. 0.00, latum infra 0.22; rep. *en la plaza de S. Leocadia*; servat Jimenez de la Llave; litteris evanidis, altis m. 2.23.

G
ME
QVI
O..LL

Fita descripsit ex ectypo, quod mihi misit a. 1220; nihil praeterea in eo legi.

5337 Talaverae, in pariete interiore turris ecclesiae S. Mariae, in lapidibus duobus fere mediis in gradibus scalarum; litterae altae sunt 2.055.

.......T O

Fita p. 075, 22 q. v. et supplevit [*ex testamen*]*to*.

5338 Talaverae, *en el eje mayor del palenque enlosado de la iglesia de los Jesuitas á pocos pasos de la escalera*, cippus altus m. 1.07, latus 0.35. Litterae paene prorsus detritae.

.. ..
.........VA
.... -

Fita p. 225, 40 q. v.

5339 *Fuente de Apia*, qood est praedium non longe ab oppido deserto, qnod dicitur *ciudad de Vascos*. Servat losephus Gonzalea Talaverae *calle de la Corredera* 10. Arulu alta m. 0.200, lata 0.190, crassa 0.70.

S V B I S
CA · VOT
L · A · N · S O
—
IOVI · SO

Fita p. 247 (cf. p. 034) qui recte legit Suriscu vot(um) l(ibens) n(uimo) m(erito) so(lvit) Iovi so(lutorio).

5340—41 *En el castillo de Peñaflor, en Valdeverdeja, sobre la margen derecha del Tajo, junto à Berrocalejo*; lapides ibi varii extabant, in quorum uno legebatur

GALEBIO VALERIO

in alio

FELICITAS IVLIA

Fita p. 043 ex relation. topogr. Phil. II Vol. II s. v. *Berroculejo* (ms. d. l. *R. Acad. de la hist.*) fol. 730.

Fita lapidem alterum fuisse existimat miliarium (vel potius titulum honorarium) Galerii Valerii Maximiani. Alterius vocabula suspecta sunt; sunt enim nomina Olisiponis.

5342 Rep. in vicinia oppidi *Valdeverdeja*, servat Talaverae Ludovicus Jimenez de la Llave, acceptam a D. Ramón Deprat; est cippus marmoreus cum fastigio, altus m. 0.300, latus 0.100, crassus 0.100, litteris gracilibus saec. II.

O · M · S
*io*L · VITALI
SERORI · CA
RISSIMAE
5 ANN · LXV · AV
*r*ELIVS · COS
*s*ONIANVS
*f*RATER · F · C

Fita p. 048 q. v. et supplevit recte.

Observa *seroris* formam pro *sorore*, ut *duenos bonus* et similia quaedam grammaticis nota.

XXXI. AVGVSTOBRIGA (*Talavera la vieja*) cf. p. 112.

n. 926—997. 999 (v. infra n. 5949). 939—949. 947 (v. n. 9344).

In *Talavera* illa ultera la *vieja* dicta olim suspicatus sum non Elboram Eburamve Carpetanorum quaerendam esse (quod fecerunt docti quidam Hispani propter viciniam loci alicuius deserti la *Mesa de Ibor* dicti), sed Augustobrigam Vettonum oppidum, ab altera Augustobriga Pelendonum diversum, secutus testimonia veterum de Augustobriga Vettonum, quae composui plena (p. 113), et titulum unum ibi in vicinia, in *Villar del Pedroso* vico, repertum, qui mulieris Augustobrigensis est (n. 941). Neque vero potui, in tanta oppidorum dirutorum per Hispanias multitudine, nomen illud certo ei tribuere. Nuper coniecturam meam confirmavit titulus ibi repertus (n. 9348); unde iam titulis reliquis, qui inde prodierunt (n. 906—940), caput proprium tribuendum est una cum fragmentis eis, quae Ludovicus Jimenez nuper inde retulit (n. 9945—49). Probabiliter eidem oppido tribuentur tituli duo in *Villar del Pedroso* reperti (n. 941. 940), etiamsi fortasse vici alicuius sunt ab ipsa Augustobriga diversi, sed cum eadem contributi. De reliquis locis, quorum titulos coniunxi cum Talaverensibus (n. 949—947), quonam pertinuerint incertum manet. Accessit eis nuper *Belvis de Monroy* locus, qui situs est ex adverso Talaverae; et ipse vestigia oppidi vetusti habet certa prodieruntque inde aliquot tituli (n. 9340—90).

Pauca adnotanda habui ad n. 038 et ad titulum tauri Torralvensis (n. 947).

5343 ad n. 930. Pars sinistra demum apparuit a. 1884; est cippus parvus litteris elegantibus saeculi secundi, altis v. 1 m. 0.40, reliquis vv. m. 0.30, v. 0 m. 0.010.

L · VIBIC|*QVIRIna*
RESB|*RRO*
VALER|*A TAGANA*
DVEI|*ONIS · FILIA*
5 TEST| · *P* · *I*

Fita *bolet. de la acad.* XI 1997 p. 961 ex ectypo a Jimenez misso; indidem ipse descripsi.

V. 4 *Duelonis* videtur certum esse.

5344 ad n. 947. Ad Ludovici Jimenez exemplum alterum accessit non melius, sed paullo plenius, quod secretarius magistratus urbani Torralvensis fecit hoc:

CAAC · NAI
INCINNLIBIAI
P C

A. Dalgado *informe* a. 1864 (vide praefationem).

Haec litterarum rudimenta confusa et ipsa aliquo modo conveniunt cum emendatione quam proposui: *Tuncinae Tancinus p(ater) filiae p(onendum) c(uravit)*.

5345 *Talavera la vieja*, fragmentum, altum m. 0.01, latum 0.90, litteris bonis, sed evanidis, altis m. 9.99, quantum perspicio.

M · VAL|
T · LVT|

Fita *bolet. de la acad.* XI 1987 p. 901 ex ectypo a Jimenez misso.

Ego in ectype nihil dispicio.

5346 *Talavera la vieja*, rep. a. 1887 *por la parte de la muralla que mira al Tajo, casi á flor del suelo*; est tabula lapidea alta m. 0.40, lata item 0.40, litteris optimis saeculi primi, altis m. 0.59, gracilibus, aetatis puto Augustae.

C · IVLIVS · C · F · GL|*aber*
SENATVI · POP|*uloque*
AVGVSTOBR|*gensi*
HOSPES · D|*onum*
5 DAT|

Eduardus Carmena Valdés, iudex *del partido de Navalmoral de la Mata*, repperit; ectypum a Ludovico Jimenez sumptum misit Aurelianus Guerra; Fita edidit *boletin de la acad.* XI 1887 p. 950.

GAL *bol.*, neque vero ectypum, perquam bonum, vestigium A litterae minoris ullum praebet. Latet potius cognomen velut *Glaber*. Legendum *C. Iulius C. f. Gl.....*, | *senatui popu[loque]* | *Augustobri[gensi]* | *hospes*, *d[onum]* | *dat*.

Ab editore comparatur *C. Iulius C. f. Gal. Tiro Gaetulicus* tituli Ebusitani (n. 3001), quem putat hic fortasse indicari. Sed is homo fuit saeculi puto secundi. Neque iungendum est *senatui populoque* — — *donum dat*, ut voluerunt; sed fuit ille *hospes senatui populoque Augustobrigensi* donumque dedit deo alicui non nominato in hoc titulo.

5347 *Talavera la vieja*, fragmentum altum m. 0.26, latum 0.23, litteris rudibus et satis vetustis, altis m. 0.06.



Ectypum a Jimenez sumptum misit Fita, qui ed. *bolet. de la acad.* XI 1867 p. 301.

Praeter *A. Trebatii* et *M. Clou[tii]* nomina nihil extrico; vix enim de *popina* cogitandum.

5348 *Talavera la vieja*, fragmentum altum m. 0.11, latum 0.01, litteris elegantibus saeculi secundi, altis m. 0.50.



Ectypum a Jimenez sumptum misit Fita, qui ed. *bolet. de la acad.* XI 1867 p. 361.

[*Cl*]*outii* et *Flav*[*i*] nomina apparent.

5349 *Belvis de Monroy, cementerio romano, en la orilla derecha del Tajo, casi enfrente del lugar de Talavera la Vieja, diez leguas al poniente de Talavera de la Reina.* Cippus altus m. 0.74, latus 0.36, crassus 0.03.

protomae hominum duae
LVPVS *media luna*
VEGETI
N·XII·H·S·E·T·T·L *sic*
TONGETA · TN
CINI · FIL · F · C

(Fita) *boletin de la academia* X 1887 p. 427 ex ectypo misso a Ludovico Jimenez de la Llave.

Adnotatur lunam in titulis sepulcralibus regionis eius frequentem videri Celtiberis mortuorum sedem fuisse, unde lingua Vasconum appelletur *illargui*, i. e. lux mortis (?).

5350 *Belvis de Monroy* prope Talaveram veterem, cippus supra fractus, altus m. 0.81, latus 0.00, crassus 0.09.

. . . . | . . . . .
FIL · TALEV | . . . . .
O · CINIV | VIS . . .
S · CAPITO | . . . . .
5 AVELICV
S · CELEM
ENIINVS
CELEME
VIINVS
10 . . . VNCV
LVI · PIEIS

(Fita) *Boletin de la academia* X 1887 p. 408 ex ectypo misso a Ludovico Jimenez de la Llave.

Editor supplevit ita: ...*fil*(*io*) *Talevo Cinius, Capito, Avelicus, Celemenenus, Celemevenus* [*av*]*unculi pieis*[*sumo et sibi?*] *vi*[*vis*]*s*[*e faciendum curaverunt?*].

V. 6—11 *Celemen*[*t*]*inus* videtur barbare scriptum pro *Clementinus*, et ab hoc distingui alter *Celeme*[*nt*]*inus* [*av*]*unculu*[*s*], omnes autem (amici puto), qui titulum posuerunt *Talevo* (quod fortasse gentilitatis nomen est), *pieis* dici forma nominativi pluralis vetusta. Quae in latere scripta erant restitui nequeunt. *Avelicus* redit n. 3133 (cum add.); id quoque gentis nomen videtur esse.

5351 *Belvis de Monroy* prope Talaveram veterem; cippus fractus et male habitus, altus m. 0.50, latus 0.30.

D · M · S
T . . . .
A . . . .
. . . .

(Fita) *Boletin de la academia* X 1887 p. 428.

INSCRIPTIONES LVSITANICAE ORIGINIS INCERTAE p. 117.

n. 948. 949. 950 In v. 11 ISANGLEN|SIS latet fortasse simpliciter LANCIENSIS.

PARS SECVNDA.

BAETICA.

In Baetica provincia describenda Plinius postquam ex Augusti breviario conventus provinciae quattuor Gaditanum Cordubensem Astigitanum Hispalensem et oppidorum numeros adscripsit, primum Varronem fortasse secutus oram maritimam describit (III § 7—8) a Lusitaniae finibus (IV § 116) incipiens, deinde Baetis fluvii cursum (§ 9) atque oppida celeberrima inter hunc et oceani oram in mediterraneo (§ 10). Atque horum quidem oppidorum duplex est series. Altera a Segida incipiens usque ad Singilim Singiliamve geographicum videtur sequi ordinem, quamquam de multorum eius seriei oppidorum situ non constat. Altera vero ab Ategua incipiens usque ad Tucci vetus et oppida complexa Bastetaniae vergentia ad mare ordine alphabetico disposita est. Itaque fortasse loco non suo in Plinii excerptis exhibetur. Post verba illa *omnia Bastetaniae vergentia ad mare* (§ 10) Detlefsenus vidit interpungendum esse, ita ut *conventus Cordubensis* oppida incipiant ab Ossigi et secundum Baetis cursum enumerentur. Sequuntur *oppida Hispalensis conventus* (§ 11) usque ad Siarum et Maenubam fluvium, quem dicit Baeti et ipsum a dextro latere infusum. Maenubam fluvium hunc ab altero cognomine iuxta Malacam omnino diversum aliunde non novimus; fluvios eiusdem regionis duos cognomines extitisse probabilitate caret. Unde ego olim Plinii hanc de Maenuba priore indicationem ex errore quodam ortam esse iudicavi. Quaeritur nunc quae deinde a Plinio nominantur Nabrissa Colobana Hasta Asido oppida inter aestuaria Baetis sita Hispalensis conventus fuerint, quod expectaveris, cum de alio conventu scriptor taceat, an Gaditani, quod situs suadet, an denique Astigitani. Continuo enim Astigi a Plinio (§ 12) *huiusque conventus reliquae coloniae immunes* nominantur et deinde eiusdem *oppida libera* et *stipendiaria*. Post Baeturiam deinde utramque, Hispalensis alteram, alteram Cordubensis conventus (§ 13. 14), finem faciunt oppida conventus Gaditani (§ 15). Baeturiae discriptioni interposita est adnotatio quaedam Plinii docta de origine Celticorum a Celtiberis Lusitanis repetenda, quam fortasse et ipsam a Varrone mutuatus est. Huic adnotationi adiecta sunt in fine verba haec (§ 14): *praeter haec in Celtica Acinipo Arunda Arucci Turobriga(?) Lastigi Salpensa Saepo[ne] Serippo.* Quae si recte dicuntur, necessario Acinipo Arunda Lastigi Salpensa Saepo oppida duplicia statuenda sunt, in Celtica altera, altera in conventu vel Hispalensi vel Astigitano vel Gaditano sita. In illis enim conventibus certum est oppida ita appellata sita fuisse pleraque. Quod cum olim statuerim, re denuo perpensa nunc iterum mihi videntur errasse Plinii excerpta. Non in Celtica haec oppida sita erant, regione illa in universum minus fertili minusque habitata, sed in Baetica partimque Hispalensi, partim Astigitano conventui attribuenda sunt. Altera igitur haec oppidorum series, quae et ipsa ordine alphabetico distributa est, ut prior illa locum suum non habet in Plinii enumeratione, sed errore repetita est ex variorum fontium usu explicando. Reliqua apud Plinium omnia apte inter se cohaerent atque conventuum fines ita in universum definiunt, quemadmodum olim definivi. Scilicet Hispalensis conventus complectitur partem Baeticae occidentalem, Cordubensis orientalem, Gaditanus oram maritimam totam, Astigitanus id quod reliquum est. Atque in eo tantum differt a divisione mea ea, quam Detlefsenus proposuit (Philol. XXX 1870 p. 276 ss.), quod oppida quaedam trans Baetim sita ad meridiem, quorum tamen tituli nulli extant, non Astigitano, sed Gaditano conventui adscripsit (Alontigi Laelia Lastigi); qua in re potest verum vidisse. Nam variandi in enarrando studium saepius effecit, ut Plinius minus accurate sequeretur divisiones ab ipso propositas. Gaditano conventui praeterea Detlefsenus adscripsit oppida illa inter aestuaria Baetis sita; denique Astigitano adnumeranda censet oppida omnia Bastetaniae vergentia ad mare (§ 10). Concedendum sane est, ita aliquanto facilius conventuum fines distingui. Sed tamen quaeritur, cum et iura certis locis peterent Romani provincialibus praescripserint, num hoc fecerint ubique propinquitate locorum vel commoditate incolarum ducti. Facile, ut alibi evenisse notum est, propter causas nobis ignotas interdum etiam propinqua seiungere potuerunt. E locorum igitur propinquitate sola fines conventuum determinari non possunt. E finibus vero dioecesium christianarum nondum certi aliquid deducere licuit ad fines conventuum definiendos.

CONVENTVS HISPALENSIS.

I. ONOBA (*Huelva, Trigueros*) p. 121.

n. 951 Puteal iam servatur Hispali in museo. Versum alterum ita legi SEMPRONIA ANVLL// // // · ORO unde supplementa mea confirmantur.

Contuli n. 1881.

952 Exhibet Delgado *nuevo metodo* I 1871 p. CXLIII.

953.

Non Ossonobam, sed Onobam, vel antiquitus Onubam potius, aestuariam (ut supra exposui in hoc volumine in praefatione ad Lusitaniae cap. I p. 781) sitam fuisse in eo aestuario, cui hodierna *Huelva* adiacet, maiore iam quam olim confidentia affirmare audeo. Nam quamquam locum ipse non adii nec multa inde antiquitatis reliquiae videntur prodiisse, tamen situs paene flagitat, ut ibi oppidum fuisse vetustum statuamus. Duo fuisse oppida cognominia, alterum mediterraneum, maritimum alterum aestuaria dictum, quod olim statui, iam non defendo. Sed Onobam aestuariam Plinii (III § 7 ubi Ossonoba traditur male) atque Graecorum Marciani (peripl. II 9) et Ptolemaei (II 4, 5) cognomine illo distinctam fuisse existimo ab Onoba altera conventus Cordubensis, cuius Plinius (III § 10) et Ptolemaeus (II 4, 11) meminerunt. Aestuariae vero nummos (apud Eckhelium I 27) tribuendos esse inscriptos *Onuba* docuerunt Antonius Delgado (*nuevo metodo* II 1873 p. 848) et Zobel (*estudio historico* II p. 184). Huelvam hodiernam ex Olba pago provenire potuisse (ut ex Osca *Huesca*) infra adnotavi ad cap. XXV[a] huius supplementi.

Probabile est nummos *Ostur* inscriptos ad oppidum pertinere circa haec loca situm. Sed quod Delgado nomen illud *ost(ium) Ur(ii)* legendum censuit Uriumque fluvium esse putavit eum, qui hodie dicitur *Rio Tinto*, in eo erravit sine dubio (*nuevo metodo* II 1876 p. 863). Nomen enim oppidi, quamvis puncto in nummis interposito, certum est *Ostur* legendum esse.

E Laelia et Lastigi oppidis vicinis, quorum extant nummi (vide Delgadum *nuevo metodo* II p. 158 ss. et Gogum apud eundem II p. 171ss.), tituli non prodierunt; unde de situ eorum adhuc incerti sumus.

II. ILLIPVLA (*Niebla*) p. 122.

Accedit *Bolullos.*

n. 954 Cari exemplum prope Hispalim ponit Saxius miss. 2, 309; Muratorius 61, 8 idem habuit 'e schedis Martioli Sanctii' posuitque Auximi; e Muratorio repetivit Colucci *Piceno* 5, 63 (cf. IX p. 568 et n. 628*). 965.

De Ilipa et Ilipulis variis dixit Antonius Delgado (*nuevo metodo* II p. 114 et 116); Ilipiam cum *Niebla* convenire putabat propter titulum n. 964; Ilipulae quae Halos vocabatur locum definire non magis ei contigit quam aliis. Ex *Bolullos* oppido, ubi Delgado mortuus est die 13. m. Nov. a. 1879, titulo iam noto, sed male descripto (n. 555) unus accessit novus (infra n. 5352) sepulcralis.

5352 *Bolullos*, cippus parvus; Hispali apud Franc. Matthaeum Gago.

D · M · S
F I B N V S V
I X I T A N N I S
X X X V I I I I · M S
N B D H · H · S
E · S · T T L

Descripsi a. 1881.

III. AERIFODINAE *RIO TINTO* DICTAE p. 122.

Accedit *Calañas.*

n. 556 Servatur nunc in museo archaeologico Matritensi, ubi contuli a. 1881. Denuo edidit Ioh. de Deo de la Rada y Delgado *museo español de antigüedades* VIII 1876 p. 865 libellumque Thomae Sanz integrum repetivit. 557—561.

In aerifodinis vetustis provinciae *de Huelva* Recaredus de Garay y Anduaga instrumenta lapidea et ex aere puro facta, item anulum aureum et armillas argenteas invenit, quae incolis eius regionis vetustissimis tribuuntur probabiliter; aetatis Romanae paucae inde prodierunt reliquiae. Rettulerunt de eius dissertatione academiae Matritensi missa Eduardus Saavedra et Caietanus Rossell in *boletin de la acad.* II 1852/3 p. 358 ss.

Qui in *Calañas* vico non procul ab *Alosno* ad fluvium *Odiel* sito prodiit titulus (infra n. 5353) ex Gallaecia Limicum aliquem eo migrasse indicat; castellum illud Limicorum Berense quale fuerit aliunde notum non est. *Baria* vicus est ad *Arnoya* fluvium non longe a *Jinzo de Limia*, quae videtur fuisse civitas Limicorum (supra p. 358).

Recaredus de Garay a. 1871 academiae imagines misit rotarum lignearum quattuor (*cuatro norias ó ruedas de llanta hueca*), quae a. 1865 repertae sunt in aerifodinis de *Tharsis* dictis; putat eas originis esse Romanae et pertinuisse ad metalla, quorum puteos viasque subterraneas prope *Bolullos* observari affirmat

5353 *Calañas, sierra Morena, provincia de Huelva*; tabula vel cippus ex lapide scissili litteris bonis; servatur Hispali apud Franciscum Matthaeum Gago.

R E B V R R V S
VACISI · F · CASTE
LLO · BERENSI
LIMICVS · H · S · E
. . . V · F R A T E
F E C I T

Descripsi a. 1881.

Reburrus Vacisi f(ilius) caste|llo Berensi | Limicus h(ic) s(itus) e(st); | ...pu[s]? frat(e)r | fecit.

Castellum Berense Limicorum hic primum comparet.

IV. ARVCCI (*Aroche, Moura*) p. 123. 698. LI.

n. 562—571.

V. NERTOBRIGA, CONCORDIA IVLIA (*Frejenál*) p. 125.

n. 972—976.

Needum mihi contigit ut de situ Nertobrigae certiora expromerem, quamquam antiquarios Hispalenses ut situm *Valera la vieja* dictum explorarent saepius adhortatus sum.

Tribum Nertobrigensium Galeriam fuisse praeter titulum n. 972 probant tituli tres Mogontiacenses militum, qui saeculo primo in legione quarta Macedonica stipendia meruerunt. Fuerunt illi *C. Trebonius C. f. Gal. Modestus Nertobrigens(is)*, *Q. Atius Q. f. Gal. Quietus domo Nertobriga*, *T. Iulius L. f. Gal. Macer domo Nertobriga* (Brambach 1150. 1161. 1160).

VI. *BVRGVILLOS* (*Villafranca de los Barros*) p. 127.

n. 980—987.

988 Maxime suspectus, sola enim Cari fide stat, quae nulla est, et nomina continet praeter oppidi *Segedensis* mirabilis *Quaterni* et *Cincinati* (sic). 988—1014.

Cuinam inter municipia eius regionis titulus qui sequitur (n. 5354) et n. 988 attribuendi sint ignotum est. Baeturiae enim Celticae quae dicebatur universae fines et oppida, inter quae ignotum quoque illud numerandum est, nondum ea qua par est cura explorata sunt, ut supra dixi; idem infra apparebit ex adnotatione ad titulos hic propositos.

Qui repertus est titulus in *Villafranca de los Barros* alter (n. 5355), in eo homines memorantur ad eandem fortasse pertinentes familiam atque in Burguiliensi n. 1008 nominati.

Liber a M. R. Martinez quodam scriptus, *apuntes para un mapa topográfico-tradicional de la villa de Burguillos* (vol. VI syllogae inscriptae *Folk-lore español, biblioteca de las tradiciones populares españolas*), quem vidi (Matriti 1884, XV et 217 pp., 8.), ad reliquias aetatis Romanae non pertinet.

5354 (= Eph. III n. 8) *Burguillos*, rep. c. a. 1878 intra parietinas aedificii alicuius antiqui, quae sunt *junto al mayor de los manantiales que surten la villa*. Litterae altae et graciles videntur esse saeculi secundi medii aeuntisve (cf. Exempla script. epigr. n. 438. 441. 449).

IN HON DM DṼNAE
G AVF GFGL VEGTVS
IIVIR · II CRAT BALNEv
AEDIFI ET G AVF · G F G M
AVITVS F IIVIR · DSIG
caput Sileni
D · S P · D
ET EDITIS CIRCENS *ded.*

Edidi ex exemplo *Guerrae* a. 1873 ab amicis misso.

V. 4 extremo GM videtur errore positum pro GAL aut G · N; illud probabilius propter additum post cognomen *f(ilius)*. Compendium v. 4 insolitum est.

Lege *In hon(orem) dom(us) divinae* | *G. Auf(idius) G. f(ilius) Gal(eria) Vegetus* | *IIvir II (iterum) curat(or) balneu(m)* | *aedifi(cavit) et G. Auf(idius) G. f(ilius) G[al(eria)]* | *Avitus f(ilius) IIvir desig(natus)* | *d(e) s(ua) p(ecunia) d(edit)* | *et editis circens(ibus) [ded(icavit)]*.

Caput Sileni fontem indicat, cf. H. Jordan *nuove memorie dell' instituto archeologico* (1865) p. 818 et CIL III 3880.

5355 *Villafranca de los Barros* (*partido de Almendralejo, provincia de Badajóz*), ara rep. m. Februario a. 1887, alta m. 0.88, lata 0.31; servat Hispali Franciscus Matthaeus Gago.

D M S
P · POMPONIVS
FLORVS · ANN
patera XXXIX · H · S · E · S · *praefericulum*
T · T · L · HERED
FECER
in parte postica urceus

Ioh. Ficker descripsit a. 1888; Gago misit academiae histor. Matritensi, *boletín de la acad.* X 1887 p. 347.

5356 *Villafranca de los Barros*, cippus marmoreus fastigatus; servat Hispali Franciscus Matthaeus Gago. Litterae saeculi videntur esse secundi.

D M · S
CELIVS · VER 'sic'
NA · CELLIO · 'sic'
urceus A N N · L I *patera*
FRONTONIA V
EGETA · MARITO
PIENTISSIMO · FEC ·
H · S · S · T · T · L

Ioh. Ficker descripsit a. 1888.

VII. *BADAJOZ* p. 130.

n. 1016.

1016 Quod in A · M v. 3 litteris corruptis Ammaiam patriam indicatam esse coniecí supra p. 787, reiecit Kubitschek (*de orig. trib. Rom.* p. 156), qui Ammaiam Papiriae tribui adscriptam fuisse negat rationibus minime firmis (cf. quae adnotavi supra ad n. 157). Quod ipse proposuit AVF|VS · Miles probabilitate caret, quia cognomen ita non potuit distribui in duos versus praesertim in titulo satis vetusto, deinde quod in eiusdem generis titulis M simplex pro milite positum paene inauditum est. Stat igitur quod olim proposui aut patriam latere in A · M litteris omisso militis vocabulo, cuius omissionis non desunt exempla, aut muneris militaris designationem. FEC · SE vero vocabula versus ultimi et intellegi possunt et tolerari. 1017—1023.

Pacem Iuliam coloniam Lusitanorum (v. supra ad Lusitaniae cap. VII p. 809) non quaerendam esse in oppido *Badajóz* quamquam diu demonstratum est demonstravitque nuper Aurelianus Guerra in Vincentii Barrantis apparatu bibliographico Estremadurensi (III p. 16), tamen idem hic scriptor denuo ausus est recoquere veterem errorem arreptis titulis a Roderico Dosma interpolatis (ut n. 1018) neque vero ratiocinatione sua quidquam profecit.

Institutum est ante aliquot annos in coenobio vetere monacharum S. Augustini, ubi residet deputatio provincialis, museum archaeologicum; de quo rettulerunt Fidelis Fita et Aurelianus Guerra in libro *Recuerdos de un viaje á Santiago de Galicia* (Matriti 1880, p. 98 ss.). Servantur ibi statuae togatorum trium mutilae, repertae a. 1840 in *Medina de las Torres* oppido, tituli tres Romani (n. 1038, supra n. 5293 et infra n. 5357); denique christiani duo Emeritenses. In eodem

libro Guerre verba fecit de oppido Romano, quod ibi videatur fuisse, ubi hodie *Badajós* collocata est; nomen eius putat fuisse scriptores Arabes secutus Battalium (v. Barrantes *aparato* I p. 347 ss.). Certi de nomine nihil statui potest.

Roderici Dosma liber a. 1870 in *Badajós* urbe denuo editus est (Barrantes *aparato* I p. 146 ss.). Fieri potest ut liber Fr. Iohannis Matthaei Reyes Ortiz de Thovar, quem manu eius a. 1778 scriptum possidet Vincentius Barrantes (*aparato* I p. 342) quique inscriptus est *partidas triumfantes de la Beturia turdula* cet., quaedam contineat scitu digna. Dicitur enim scriptor in commentariis brevibus de locis eius regionis plus minus ducentis, quos continet, etiam inscriptionum Latinarum in iis repertarum hic illic mentionem facere. Sed librum illum ego videre non potui.

Quae non procul a *Badajós* ad meridiem sita est urbs *Talavera la Real*, diversa illa a Talavera Lusitaniae utraque (supra Lusitaniae cap. XXX p. 828), eam in mansionis itinerarii Evandriana (p. 440 4) dictae locum cessisse sibi persuasit Nicolaus Diaz y Perez. Librum quem ea de quaestione edidit a. 1873 (*la Evandriana de los Romanos* cet.) frustra quaesivi. Sed vidi alium librum eiusdem scriptoris, Iosepho Amador de los Rios dedicatum, *historia de Talavera la Real, villa de la provincia de Badajós* (Matriti 1875, 164 pp. 8.), unde titulos duos enotavi aliunde nondum notos (n. 5358. 5359).

Nuper etiam prope *Orellana de la Sierra*, qui est vicus provinciae *de Badajós*, in loco quodam montium vicinorum *Villavieja* dicto parietinae oppidi vetusti observatae sunt, unde prodiit torques aurea aliaeque antiquitates; v. Ioh. de Deo de la Rada y Delgado *boletin de la academia* XII 1888 p. 237.

5357 *Badajós*, in museo provinciali; cippus altus m. 0.84, latus 0.20.

D · M · S
L · C · NICON
ANN · LII
H·S·EST·S·T·T·L
C · OPTATVS
TRIB · M · F

Fita et Guerra *viaje á Santiago* p. 88 ex ectypo ab Antonio Zafra canonico dato.

V. 6 *Trib(unus) m(ilitum)* Guerra, fortasse recte; quamquam titulos neque eius aetatis est qua tribuni militum simpliciter legione non adscripta solebant indicari, neque admodum probabile est hominem eius dignitatis omnino fecisse talem titulum. Sed minus apte idem memorat L. Caecilium Optatum centurionem tituli Barcinonensis (n. 4514). Fortasse solvendum *trib(uli) m(erenti) f(ecit)*. De patria fratris cogitavit Mommsenus, C littera Cornelios videtur indicare.

5358—59 *Talavera la Real.*

5358
D · M · S
G · I · M · NIGIDIO
AN · XXXII · H · S · E
S · T · T · L M · F · P · C

5359
. . . .
. . . .
A · R · IVLIVS
H·S·E·S·T·T·L

N. Diaz y Perez *historia de Talavera la Real* p. 28 e schedis Francisci Dobiado y Aliaga scriptis saec. XVII medio.

VIII. *ALHANJE* p. 131.

n. 1024 Titulus repertus in valle *de Santa Ana*, sex chiliometris a *Jerez de los Caballeros*, nuper translatus est in balineum ex vetusto Romano recens instauratum.

Nicolaus Diaz y Perez misit academiae histor. Matrit. a. 1868 (Saban *noticia de las actas* a. 1868 p. 70); Barrantes *aparato* I p. 7 et III p. 858.

Vallis *de Santa Ana* est locus oppidi desertus, unde prodierunt tituli n. 1024 et infra n. 5360. 5361. Lusitaniae, non Baeticae tribuitur ab Aureliano Guerra (*viaje á Santiago* p. 94), quamquam situs est in sinistra Anae ripa; nescio qua de causa.

5360 *Valle de Santa Ana*, prope *Jerez de los Caballeros.*

D M S
ANNIO .TEO
SALO AN XXXX
ANNIA MACC
IANA PATRI PI
ENTISSIMO I · *sic*
S T T L

Iosephus Maria Chacon et Thomas Romero de Castilla miserunt acad. hist. Matrit. d. 20 Nov. a. 1888.

V. 6 extr. legendum est F, *fecit.*

5361 *Valle de Santa Ana*, prope *Jerez de los Caballeros.*

L · R · PAPIRIVM
MATER
S · T

Nicolaus Diaz y Perez apud Petrum Saban *noticia de las actas de la R. Acad. de la hist.* a. 1868 p. 70.

Non videtur integra esse nec recte descripta.

IX. VGVLTVNIACVM (*Llerena* cum vicinia) p. 131. 698.

n. 1025—1027.

1026 V. da Silva Araujo *boletim architectonico* II 1876 p. 182 ss. queritur titulum hunc Gruterianum e solo Levy sibi notum a me omissum esse inter Lirienses provinciae Tarraconensis, cum Llerenensis sit vel potius Azuagensis, ut infra apparebit.

Eph. IV 1881 p. 12.

1029 Habet etiam Cortes *diccionario* II p. 380. 1030—1036.

X. REGINA (*Reyna*) p. 133.

n. 1036. 1037.

1038 Extat nunc *Badajós* in museo provinciali; lapis altus est m. 0.85, latus 0.25. Fita et Guerra *viaje á Santiago* (1880) p. 87, qui putant *Italicus* hoc loco idem significare atque Italicensis, quamquam homo diserte dicitur fuisse *d(omo) Reginensis*. Sed cognomen simplex est, ut periti norunt.

1039.

Titulos Reginenses aliunde iam notos exhibet Anonymi libellus *Guadalcanal y su antigüedad*, qui olim fuit Bartholomaei Iosephi Gallardo bibliophili, cuius inde excerpta edidit Barrantes *aparato* II p. 226 ss. Novi inde nihil didici.

Plinii libri scripti optimi cum haec enumerent Baeturiae Turdulorum et conventus Cordubensis *oppida non ignobilia Arsam Mellariam Mirobrigam regionis Osintigi* (*Osintiadis* vulgo) *Sisaponem* (III § 14), Detlefsenus (in Philologo XXX 1870 p. 304 s.) litterarum ordinem secutus ita *Mirobrigam Reginam* (pro *regioni*) *Sosintigi Sisaponem* scribendum proposuit. Quod si recte fecit, Regina haec non Hispalensi, sed Cordubensi conventui adscribenda est. Tamen emendatio minime certa est.

XI. CVRIGA p. 134.

n. 1040. 1041 E Morale habet etiam Grut. 201, 7. 1042—1045.

XII. IPORCA p. 135.

n. 1046—1048.

Iporcensium nomen cum unius tituli auctoritate stet, descripti illius sane ab hominibus duobus, ut videntur, Antonii Augustini amico et Ambrosio Morale eiusve auctore (n. 1046), fidem eius non carere omni dubitatione dicendum est. Incertae item auctoritatis sunt nummi inscripti AIPORA sive IPORA (Delgado *nuevo metodo* II p. 120 cf. p. 339); eorum tamen mentionem hic fecisse aliquando fortasse iuvabit. Dixi de eis ad Eboram Lusitanam (cap. VIII. supra p. 806). De Celti oppidi situ, de quo dixi in eiusdem capitis praefatione, exposuit Delgado (*nuevo metodo* I p. 113); putat collocatum fuisse in *la Aldea de las Navas* iuxta Constantinam; certa autem eius opinionis argumenta desidero.

XIII. MVNIGVA p. 136.

n. 1049—1053.

XIV. AXATI p. 137.

n. 1054—1057.

1058 Nunc est Matriti in museo archaeologico, ubi contuli a. 1881. Ioh. de Deo de la Rada *museo español de antigüedades* VIII 1876 p. 264.

1059.

XV. ARVA p. 138.

n. 1060—1063.

1064 V. 6. 7 vocabulo OBME|RITA in lapide, quem contuli a. 1881, et deinde etiam in ectypo observavi postea adiecta esse litteris paullo minoribus.

1065. 1066.

1067 Nunc est Matriti in museo archaeologico, ubi contuli a. 1881; tabella alta est m. 0.26, lata 0.63.

Ioh. de Deo de la Rada *museo español de antigüedades* VIII 1876 p. 264.

1068 Non est tabella, ut olim credidi, sed basis, litteraeque mihi visae sunt saeculi esse primi, cum conferrem in museo Hispalensi a. 1881. Riparius nomen proprium in hoc titulo esse, non ethnicum, apparet; unde non recte me vituperavit Detlefsenus (Philol. XXX 1870 p. 293), quod illud omisissem in indice geographico, quamquam ad Ripam oppidum originem fortasse referendam esse ipse adnotavi. 1069—1073.

XVI. CANAMA p. 140

n. 1074—1081.

XVII. ILIPA p. 141.

n. 1082. 1083 Contuli a. 1881. 1084—1086.

1087 Contuli a. 1881. Exemplum meum edidit etiam Delgado *nuevo metodo* II 1873 p. 160. Berlanga *Hisp. anteromana* p. 283.

1088.

1089 Cum ectypum denuo conferrem, litteras aetati quidem Traianae recte tribuisse videbar, sed tamen prorsus eas singulares esse observabam et provincialem lapidarium monstrare (v. Exempla mea p. 440). V. 2 legendum potius TVSPILLAE, non TVRPILIAE, et dedi secutus antiquiores.

1090—1095. 1096 Contuli a. 1881. 1097. 1098.

1099 Contuli a. 1881 et correxi errorem typothetae v. 2: extat enim in lapide MASIAE, non MASIA. 1100—1107.

Oppida ea, quorum nomina in Plinii indicibus ex Agrippae commentariis descriptis cum cognominibus coniuncta inveniuntur, probabile est Augusto etiamtum vivo ad honorem vel Latii vel civitatis pervenisse; ut observavit Detlefsenus (Philol. XXX 1870 p. 275 ss.). Ilipae cognomen in Plinii textu interceptum est *Ilpa* corrupte scripto; itaque Ilipa quoque Latinum ius antiquitus videtur habuisse. Ad municipii vero dignitatem per Vespasianum eam pervenisse, quod Kubitschekius coniecit (de orig. trib. Rom. p. 146), probari nequit, cum adhuc certe tituli nulli nomen municipii Flavii exhibeant. Tribus vero Ilipae Galeria fuit; unde fortasse lectio tituli inter suspectos relegati (infra n. 6303) defenditur. In titulo aliquo in Numidia provincia reperto, posito illo a. 157 p. C. imperatori Pio, nominatur *T. Aelius Aug(usti) lib(ertus) Datus Ilp.* (CIL VIII 2330); fuit homo ille fortasse *Ilipensis* ex Baetica.

De nummis Ilipensibus dixit Antonius Delgado (*nuevo metodo* II 1873 p. 100 ss., cf. etiam p. 114. 116); sed quod inscriptos IL·SE rettulit ad foedus factum inter Ilipam et Searum Siarumve oppida, in eo certe erravit; *Ilse* enim sine dubio compendium est insolitum pro *Ilipense*.

5362 Ilipae (*Alcalá del Rio*) basis parva; Hispali in museo; litteris saeculi primi.

CALA · HIC · SITA

Descripsi a. 1881. Integra est.

5363—64 (n. 480* 481*) *Alcalá del Rio*, reperti a 1880.

5363
D · M · S
C · LIVIVS · GAL · ILIPENS
AN · L · M · X · D · IV
H · S · E
S · T · T · L

5364
D · M · I
C · NOSAL · ATI · NER
AN · IV · NAT · LIB · DEST
VAL · P Q //////////
S · T · T · L · P //////

Demetrius de los Rios misit m. Aprili a. 1880, sed non vidi; dedit ut ab amicis accepit addiditque de fide sibi minime constare. Exempla meliora expectans relegavi inter suspectos. Ne ibi delitescant, hic repeto, cum male potius descripti videantur, n. 5363 versuum distributione neglecta, n. 5364 omnino corrupte, ita ut restitui nequeat.

XVIII. ITALICA p. 145. 698. XLI.

n. 1108—1111.

1112 Contuli a. 1881 et observavi, F litteram ita potius formatam esse F. Cf. Exempla mea n. 1187. Praeterea excidit errore typothetae v. 1 L littera; scribe G·FLAVIVS. 1113.

1114 Italicae, fragmentum tabulae marmoreae, in museo Hispalensi.

I N
DIV

Descripsi a. 1881.

Fortasse initium tituli n. 1114, quem etiam a. 1881 non vidi in museo.

1116—1118.

1119 Frustra quaesivi a. 1881.

Ex CIL I 846 repetivit Raphael GARRUCCI in sylloga sua n. 886; deinde *Berlanga los bronces de Osuna* (1873) p. 333.

1120 Contuli a. 1881. 1121—1126. 1127 A littera hanc ubique formam habet A. 1128 Contuli a. 1881.

1129. 1130. 1131 Contuli a. 1881. 1132—1134. 1135 Contuli a. 1881. 1136. 1137.

1138 Fuit Hispali apud Franciscum Caballero Infante, nunc est Matriti in museo archaeologico. Tabella alta est m 0.81, lata 0.83. Contuli a. 1881. Ioh. de Deo de la Rada *museo español de antigüedades* VIII 1876 p. 303.

1139—1147. 1148 Contuli in museo Hispalensi a. 1881. Litterae visae sunt saeculi secundi exeuntis esse.

1149. 1150 Nunc Matriti in museo archaeologico ut n. 1138; est tabella alta m. 0.30 et lata 0.30. Contuli a. 1881.

1151. 1152. 1153 Italicae; Hispali, nunc in museo. Descripsi a. 1881. 1154 Nunc Hispali in museo, ubi contuli a. 1881.

1155 Translata Matritum una cum n. 1138. 1150; tabella alta est m. 0.16, lata 0.27. Contuli a. 1881. 1156—1163. 5037—5040.

5103—5104 (n. 5108—5118 dicuntur translati esse in museum Hispalense omnes; sed vidi ibi a. 1881 tantum n. 5108. Aliquot fragmenta Italicae a. 1870 relicta esse Zobelius testis est). 5105 Zobel descr. V. 1 CC Zobel.

5106 Zobel descr. et v. 1 Q et M omisit. 5107. 5108 (v. infra n. 5365). 5109. 5110.

5111 Descripsi a. 1881. V. 1 legi CASSI, unde supplendum *Cassi*[*ani*]. 5112—5118.

Vici olim Italicensis, ab Augusti vero certe aetate municipii tribus una Sergia videtur fuisse; quod inprimis probatur titulo Hadriani imperatoris, Italica oriundi, Attico (CIL III 550 anni p. Ch. 112) et Aquileiensi *L. Rutii* cuiusdam *L. f. Serg*(*ia*) *Italica Sabini ex Hispania*, militis legionis decimae (CIL V 938). Fratres Terentii Italicenses origine tituli Emeritensis (n. 513) in Papiriam tribum Emeritensem transgressi sunt. Postea Italicam coloniae dignitatem adeptam esse edocti sumus titulo C. Iulii Pacatiani anni p. C. 213 Viennae in Allobrogibus reperto (CIL XII 1856), qui titulus *coloniam* eam fuisse *Aeliam Augustam* demonstrat. Hadrianus igitur, ut Uticae in Africa, ita Italicae coloniae ius tribuit. Pacatianus vero ille similiter ut C. Vallius Maximianus titulorum n. 1120. 2015 in bello Maurorum bene de Hispaniis videtur meritus esse.

Aliquot Cornelios e vico Scipionum innotuisse ex titulis (n. 1144. 5376. 5376) non miraris.

Demetrius de los Rios architectus, qui dissertationem scripserat de amphitheatro Italicensi (*memoria arqueológica-descriptiva del anfiteatro de Itálica, acompañada del plano y restauracion del mismo edificio*, Matriti 1868, 87 pp. 8. cum tabula), atque per longum temporis spatium ibi effossionibus operam navaverat (v. Petri Sabau *noticia de las actas de la R. Academia de la historia* a. 1868 p. XII), postquam Hispali Legionem translatus est ad ecclesiam cathedralem restaurandam, antiquitates Italicenses, quas ut suo opere comprehenderet sibi proposuerat, reliquit intactas neque quisquam Hispali, quantum scio, vestigiis eius ingressus eidem operi se dedicavit. De antiquitatibus Italicae in universum rettulit Antonius Delgado in opere suo numismatico (*nuevo metodo* II 1871 p. 133 ss.) additis tabula geographica oppidi situm exhibente et imaginibus anaglyphorum duorum, quae P. Franciscus Matthaeus Gago servat, statuae marmoreae Dianae, pavimenti tessellati. Praeter titulos aliquot Londinium asportatos idem Gago et Franciscus Caballero Infante Hispalenses titulos Italicenses collegerunt, quorum pars Matritum pervenit in museum archaeologicum; eos descripsi omnes a. 1881 et 1886. Sed in ipsis Italicae parietinis nihil iam titulorum aut denuo prodiisse aut ibi servatum esse vidi.

5365 ad n. 5108. Litterae sunt saeculi quarti quintive omnes.

DVM
TAMII NATALIS ·
S E M P R
H A · I · S · P I
5 M A R ALPHII

Descripsi a. 1881 et ectypum sumpsi. Tituli tres quattuorve diversi distinguuntur, vv. 4 et 5 consulto erasi sunt.

V. 1 (m. 0.03) ....*dum* 2 (0.08—0.08) [*Po*]*tamii Natalis* 3 (0.08—0.1) 4 (0.12) *Sempr*(*onii*) *Hisp*(*ani*?) (0.2) [A....I] 5 (0.1) *Mar ... Alphii*.

5366 Italicae, pars superior sigilli aenei (ut videtur, nam de materia tacetur) parvi, iuvenem imberbem exhibentis, in cuius pectore anguis est et iuxta eum in pectore inscriptum litteris bonis:

DEO INVICTO
MITHr
SECVNDINVS
DAT

Franciscus Caballero Infante *memorias de la sociedad arqueológica Valenciana* (Val. 1877) p. 31 tab. 3 fig. 1 cum imagine lithographa. Ipse non vidi inter editoris antiquitates.
V. 1 INVITO, 3 MITHR traduntur.

5367 Italicae rep., fuit olim Hispali apud Franciscum Caballero Infante, nunc est Matriti in museo archaeologico. Est arula alta m. 0.21, lata 0.11; litteris malis.

VICTORIAE

Descripsi. Ioh. de Deo de la Rada *museo español de antigüedades* VIII 1877 p. 201.

5368 (= Eph. II p. 149 s.) Italicae, effossum a. 1868 in mediis amphitheatri parietinis; est fragmentum lamminae aereae, latum m. 0.21, altum 0.10, paene undique effractum, nam dextri tantum marginis pars inferior integra servata est. Servat Hispali Franciscus Matthaeus Gago. Litterarum forma similis est eius, quam prior tabula Ursonensis monstrat; itaque videtur hoc quoque fragmentum tribuendum esse saeculo primo exeunti vel ineunti alteri.

EOI
GNITIO
I
I NVNTIATIONES
5 OBSERVARI DEBE
M IVDICEM IBITVR
NTVR EODEM MODO
EBET QVOVT RECIPE
VR LEGE QVAM VOBIS
10 TIT

Descripsi et ectypum sumpsi. Berlanga *los bronces de Osuna* (1873) p. 147 ss. et p. 310 ss. adiecta tabula lithographa. Exempla script. epigr. n. 909. Supplevit Mommsenus usus eis, quae Berlanga probabiliter proposuerat, ita:

Ad fiscum meum si quae cuiuscumque re]*i nuntiationes*
posthac fient, in iudice uno eadem omnia] *observari debe-*
bunt atque cum inter privatos ad unu]*m iudicem ibitur.*
Reciperatores autem qui de ea re sortie]*ntur, eodem modo*
in causa fisci sortitu fieri d]*ebet, quo, ut recipe-*
ratores in re publica vestra constituan]*tur, lege, quam vobis*
. . . . *dedit*], *fit.*

Idem haec adnotavit:

'Ad nuntiationes epistulam pertinere cum pateat, Berlanga cogitavit de operis novi nuntiatione. At de ea re cur imperator ad Italicenses constitutionem dederit, parum intellegitur, nec plurali numero in ea iuris auctores facile utuntur. Mihi dubium non est nuntiationes ad fiscum intellegi, scilicet commissorum, caducorum, bonorum vacantium similiumque (Dig. 49,14,1 cet.); de iis enim multifariam imperatores rescripserunt videnturque adeo quae in aere supersunt cum iis quae de eiusmodi iudiciis accepimus recte conciliari posse. Scilicet notum est, cum iudicia inter fiscum et privatos antea ad cognitionem praefectorum aerarii pertinuissent, ab imperatore Nerva praetorem constitutum esse, qui ius diceret inter fiscum et privatos (Pomponius Dig. 1,2, 2,32. Plin. paneg. 36), id est ordinem iudiciorum privatorum ad haec quoque iudicia translatum esse causasque iudicatas aut per unum iudicem aut per recuperatores. His positis non sine aliqua probabilitate laceras reliquias ita explebimus, ut supra factum est. — V. 10 prima quae superest littera F magis videtur esse quam T. — Reciperatorum de re Italicensium sortitio, ad cuius exemplum haec fieri iubetur, ipsa illa est, ni fallor, de qua agitur in legis Ursonensis cap. XCV (infra p. 866). Lex autem quae allegatur ipsa est data Italicensibus, cum eorum res publica constituta est. Nomen eius qui eam legem dedit coniectura supplere non audeo'.
Berlanga v. 10 de divo Hadriano cogitaverat.

5369 Italicae, fragmentum tabulae magnae marmoreae. Servabatur Legione apud Demetrium de los Rios.

I
iRA *[iust]hadriani*
p m tr p... [II·Cos. ....

Descripsi a. 1881.

5370 Italicae, fragmentum, Hispali in museo.

P · C

Descripsi a. 1881. Punctum fragmento purgato comparuit.

5371 Italicae, fragmentum tabellae marmoreae; servatur Hispali apud Francisc. Matthaeum Gago; ectypum vidi Legione apud Demetrium de los Rios. Litteris saeculi secundi gracilibus et evaoidis.

S · CVR
G · TRIBVS · TRAIANI

Descripsi a. 1881.
V. 1 CVR, non CVR mihi visura est in lapide esse. — . . . [c]os. cum . . . . | *legatis* [*A*]*ug*(*ustorum*) *tribus Traiani* [*Hadriani Antonini Pii?*]. De curatore *viarum trium Traianarum* (CIL IX 5833) cogitavit Mommsenus.

5372 Lapides magni, qui olim gradus fuerunt caveae; extant nunc sparsi per arenam una cum multis aliis similibus, qui num inscripti fuerint nondum potui resciscere, cum inversi laceant nec facile moveri possint.

M

FABIOR · SE

Zobel misit a. 1889.
M..... Fabior(um) Se[veri et .....].

5373 Italicae, in amphitheatro; nunc in mus. Hispalensi.

ERVEA

Descripsi a. 1881 et ectypum sumpsi. Pars dextra consulto erasa est.
...ebu...

5374 Italicae dicitur reperta esse (nisi potius Hispalensis est), tabella marmorea parva; ectypum gypseum servatur in museo archaeologico Matritensi.

D M S
AEL · VETERANVS · ANN
LX PIVS IN SVIS HIC
SITVS · EST · SIT · TIBI · TER
RA LEVIS

Descripsi a. 1886.

5375 Italicae rep., olim Hispali apud Franciscum Caballero Infante, nunc Matriti in museo archaeologico. Basis alta m. 0.33, lata 0.17, litteris satis elegantibus.

D · M · S
C O R N S L ·
A P O L L O N I V S
VIXIT · ANN · XI ·
M·H·P·I·S·S·T·T·L

Descripsi. Ioh. de Deo de la Rada *museo español de antigüedades* VIII 1876 p. 262.

5376 Italicae, tabella marmorea; Hispali apud Franciscum Matthaeum Gago, ectypum vidi Legione apud Demetrium de los Rios.

D · M · S
CORNELIAE · COSTE ·
ANN · LXXX · FECIT ·
CORNEL · THESEVS · EN·B·M·
T · R · P · D · S · TERR · LEVIS

Descripsi a. 1881.

5377 Italicae, tabella marmorea, Hispali servat Gago.

HERENNIA ANN
L PIA IN SVIS
HIC SIT E
S·T·T·L

Ioh. Ficker descr. a. 1888.

5378 Italicae, olim Hispali apud Franciscum Caballero Infante, nunc Matriti in museo archaeologico, basis alta m. 0.69, lata 0.37, litteris parvis et fugientibus.

D' M' S'
LICINIA' LICI'
MILLA · ANN
XXXV · MESES'
IIII · DIES VIIII
H'S'E'T'R'P'
D'R'T'T'L

Descripsi. Ioh. de Deo de la Rada *museo español de antigüedades* VIII 1876 p. 262.

5379 Italicae rep., olim Hispali apud Franciscum Caballero Infante, nunc Matriti in museo archaeologico, tabula marmorea alta m. 0.17, lata 0.30, litteris malis.

D · M · S ·
LITVCCIA ·
PRIMILLA · AN
XV · M · XI · DIES
V·PIA·IN·SVIS·H
S·S·E·T·T·L·

Descripsi. Ioh. de Deo de la Rada *museo español de antigüedades* VIII 1876 p. 803.

5380 Italicae, fragmentum tabellae marmoreae; servabatur Legione apud Demetrium de los Rios.

D m
P M
ANN·V
PIVS·INSVIS
H·S·S·E·T·T·L

Descripsi a. 1881.

5381 Italicae rep., fragmentum tabellae marmoreae; servabatur Legione apud Demetrium de los Rios.

SATRIA
DOLICE
L·L III

Descripsi a. 1881.

5382 Italicae, tabella marmorea, Hispali, in museo.

VALERIAE · M · F
PROCVLAE · R
AGATHEMERVS · LIB
DAT

Descripsi a. 1881.

5383—85 Italicae, fragmenta tabellarum marmorearum; servabantur Legione apud Demetrium de los Rios.

5383 D · M
L · C · FEl*ix*

5384 · ENCO*lpius*
· ANN

5385 A · ANN
S · T · L

Descripsi a. 1881.

5386 Italicae, fragmenta. Hispali in museo.

a A

b H

Descripsi a. 1881. V. 2 R est *nostrae*.

XIX. HISPALIS p. 152. 698.

n. 1163. 1164.

1168 Sanutus confusam exhibet cum titulo n. 1195, non cum 1194, ut editum est errore.

n. 1166 Contuli a. 1881. Ad Segoviam hanc fortasse referendus titulus Dacicus *M. Vallii* alicuius *Quir(ina) Maurini Seg(ovia)* aut *Seg(ontia), militis legionis XI* CIL. III 8449; vide Kubitschek de orig. trib. Rom. p. 180.

1167 Contuli a. 1881. Conferri possunt *in collegio pistorum intra numerum constituti centenarium* Ulpiani in fragmentis Vaticanis n. 233.

1168 Contuli a. 1881.

1169 Hispali in tabula marmorea in ecclesia maiore, supra quam erant duae naviculae seu scaphae depictae et supra eas collocata statua ipsius imperatorie, hominis inquam proceri.
Venturinus f. 841 v. ex libro ducis Theodosii; inde Eph. IV p. 14.
Antiquissimum de titulo hoc testimonium, in quo illud etiam curiosum est, vidisse ducis auctorem statuam ipsam basi impositam, quae postea aut periit aut a basi remota latebat; potest fortasse esse statua in palatio ducum de *Medinaceli* n. 837 descriptionis meae *antike Bildwerke* p. 322.

1170. 1171. 1172 Contuli a. 1881. 1173.

1174 Est nunc Matriti in museo archaeologico, tabula lata m. 0.40, alta 0.37, ubi contuli a. 1881. Ioh. de Deo de la Rada *museo español de antigüedades* VIII 1876 p. 388. V. 2 *consularis,* non *senatoris uxori* scribendum esse secundum Ulpianum observavit Friedlaenderus *Sittengeschichte* I[6] (1888) p. 172. 1175. 1176 *Serventinus* cum nomen nullum sit, de Sergia tribu certe cogitandum. 1177.

1178 Contuli a. 1881. Litterae sunt aetatis Hadriani, ut docet etiam CIL III p. 878. Quod classis Ravennas praetoria dicitur, Misenensis vero eo nomine caret, fortasse casui tantum tribuendum est.

1179 Contuli a. 1881. 1180. 1181. 1182 Gruterus habet 345, 4, non 815. 1183. 1184.

1185 Hispali. Venturinus f. 941 v. ex libro ducis Theodosii; inde Eph. IV p. 14.

1186. 1188. 1191. 1198. 1200. 1208. 1918 Contuli omnes a. 1881. 1187. 1189. 1190. 1192—1194.

1195 In adnotationis v. ultimo scr. Sanctus pro Senatus. 1196. 1197. 1198. 1801—1805. 1807—1911. 1919—1835.

1836 Servatur nunc Matriti in museo archaeologico, ubi vidi a. 1886. 1837.

1298 Vidi in museo et contuli a. 1881 et v. 3 fortasse MERO legendum esse intellexi.

1998 Vidi in museo a. 1881 et contuli. V. 3 legi METHE *Methe.* 1840—1945. 1246—1848 Contuli a. 1881.

1949 Contuli a. 1881 et vidi aram esse deo alicui positam. V. 4 legi V·S ..... Unde ponenda fuit post n. 1168. 1950—1853.

Hispalim oppidum vetustum iam pridem civium Romanorum fuisse per se probabile est. Tribus enim Hispalensium Sergia videtur fuisse, quam ei tribuunt tituli non pauci (n. 1178. 1184. 1188, item 9545 militis inde oriundi), Sergiam autem inter tribus antiquitus Hispanis tribui solitas fuisse probabilis opinio est Kubitschekii (de orig. trib. Rom. p. 118 s.). Qui Galeriae tribui adscripti sunt in titulis Hispalensibus (n. 1175. 1178 cf. 1083. 1084 1287—1181. 1185. 1187) ab Augusto fortasse viritim civitatem acceperunt; qui Quirinae (n. 1180. 1180. 1189. 1186. 1181. 1800), ei originis externae fuisse putandi sunt. Itaque Kubitschekius coniecit Caesarem, quem Hispalim condidisse memoriae traditur, ex agro Italicae, Sergiae tribui adscriptae, novam coloniam Hispalim effecisse. Quod mihi minus videtur probabile esse. Cives oppidi Hispalenses, ut Italicenses, antiquitus Sergiae adscriptos fuisse apparet; Romulae nomen fortasse Caesar ei dedit, Iuliae cum coloniae iure Augustus. Nam quod utrumque apud Isidorum Caesari tribuitur, non magni momenti est. Ceterum de nummis Hispalensibus conferantur quae exposuit Antonius Delgado (*nuevo metodo* II 1878 p. 988 ss.).

Hispali in museo et apud P. Franciscum Matthaeum Gago titulos novos non multos vidi, nonnullos post me Ioh. Ficker (n. 5387—5408); iam notos contuli cum fructu exiguo.

Prodiit Hispali per aliquot annos ephemeris archaeologica, *la Revista arqueológica Sevillana.* Vidi numeros eius 8 et 9, diei 30. mens. Decembris a. 1870 apud Guerram a. 1888. Ignorabam eam extare cum Hispalim denuo viserem a. 1881. Postea neque quot sive numeri sive fasciculi editi essent rescíscere nec unum eorum praeterea videre potui per amicos Matritenses Hispalensesque, quos frustra saepius interrogavi. Non multum me perdidisse puto hac ignorantia. Etiam regia academia Hispalensis orationum ibi habitarum volumina publici iuris facere coepit; vidi volumen primum (*Real Academia Sevillana de Buenas Letras, discursos leidos en las recepciones publicas de sus individuos,* Tomo I, Sevilla 1870, 8.). Novi inde nihil didici. Ioachimi Guichot liber *historia de la ciudad de Sevilla* cet. Sevilla 1873—75 VIII 448 pp. 4. (cf. *museo español de antigüedades* vol. VII 1876 p. 583) titulos repetit olim editos, vetustos et novicios, neque quidquam praestitit bonae frugis in rebus anteromanis et Romanis enarrandis. Corpus Inscriptionum Latinarum extare scriptor prorsus ignorabat.

5387 Hispali in museo, ara marmorea postea in basim columnae operis Visigothici conversa.

DIANAE · *Aug.*
SACRVM · *Cum*
SVIS · ORNA*mentis*
SVLPICI*a...*
PROC*ula d.*

Descripsi a. 1881.

5388 Hispali in museo; ara ex lapide calcario, olim in domo quadam viae dictae *de Cherinos.*

Q · M · THESE
VS · D · SILVA
NO · A · L · P · S

Descripsi a. 1881.

5389 Hispali servat Gago, de origine incertus; fortasse pertinet ad *Villafranca de los Barros,* supra cap VI. Tabula marmorea.

IANVARIVS
D · PERCAE
SER · MEDICVS
ANN · XXXI
H·S·E·S·T·T·L·
C · IR*/*...VS *sic*
DECEMBER
FRATRI
D · S · P · C

Ioh. Ficker descripsit a. 1888.
V. 8 lege *C. Traius.*

5390 Hispali, cippus elegans ex marmore albo; servat Gago.

D · M
PAVLLI*ae*
ornus LVSITANA
ANN · X
H · S · E · S · T

Ioh. Ficker descripsit a. 1888.

5391 Hispali in museo, fragmentum tabulae marmoreae; inter Italicensia, neque vero videtur inde provenisse.

LORN
MON
DASV
PLAN
P·DASV
NAE

Descripsi a. 1881.
Est fortasse Ilipensis; cf. n. 1089. 1098.

5392 Hispali, tabella marmorea in museo; fortasse origine Ilipensis (cf. n. 1089. 1098).

D M S
DASVMIA · PROCNE
ANN · XXXX
PIA · IN SVIS H·S·E·S·T·T·L

Descripsi a. 1881.

5393 Hispali, tabula marmorea; servat Gago.

MEMOEIA
FVMDAMIANES (sic)
QVEM FECET PA (sic)
TER ET MATER ET
5 LEVCADIVE M RITV (sic)
VIXSIT AN XX (sic)

Iub. Ficker descripsit a. 1888.
F ita formata est μ.
V. 5 lege m[a]ritu[s].

5394 Hispali apud Franciscum Matthaeum Gago.

MAECIA
VENVSTA ·
HIC · SITA · EST

Descripsi a. 1881.

5395 Hispali, servatur apud Franciscum Matthaeum Gago.

D
P · MAR
ANN · V
PIVS · IN SVIS
5 M·S·E·S·T·T·L

Descripsi a. 1881.

5396 Hispali in museo, tabella marmorea, dicitur provenisse de *Val Encina*.

D ◆ M ◆ S
NAEVIVS AFRICANVS
VIXIT ΛNN LXXV
H · E · E · S · T · T · L

Descripsi a. 1881.

5397 Hispali, ara marmorea, in museo.

D · M · S
VISIA · VITALIS ·///
patera ANNORVM *urceus*
XXX
H · S · E · S · T · T · L

Descripsi a. 1881.
V. 1 in fine littera una periit; qualis fuerit distinguere non potui.

5398—401 Hispali, apud P. Gago; fragmenta tabellarum marmorearum, quae unde provenerint Gago indicare non potuit.

5398
OMI
ADI

5399
O T E M
MEN · EI
ACTITE

5400
IΛΛN
H S·E·S·T·T·L

5401
D · SITE

Descripsi a. 1881.

XX. OSSET p. 166. 698.

n. 1254. 1255. 1256 Contuli a. 1881. 1257.

1258 Titulum non esse Ossetanum, sed alterius cuiusdam oppidi ignoti (quod facile concedo), propterea putat Kubitschekius (de trib. Rom. orig. p. 148), quod Ossetanorum tribum Galeriam, non Quirinam fuisse sibi persuasit argumentis non admodum certis. 1259—1261.

De nummis Ossetanis dixit Antonius Delgado (*nuevo metodo* II p. 380 ss.); putat Osset situm fuisse in *Castilleja de la Cuesta*. Circa Osset idem putat Irripponem fuisse, cuius nummi quidem extant (*nuevo metodo* II p. 125), tituli vero nulli.

XXI. *ALCALA DE GVADAIRA* p. 167.

n. 1262—1265.

XXII. *SAN LVCAR LA MAYOR* p. 169.

n. 1266.

1267 Ex Muratorio 15,7, qui errore Auximi posuerat, habuerunt etiam Cardinali *diplomi* p. 285 et Colucci *Piceno* 5 p. 88 (cf. CIL IX n. 828*).

1268—1275.

Inter oppida non procul a Baete sita in dextra eius ripa ad meridiem ab Hispali *Coria* est, quam cum Caura nummorum (Delgado *nuevo metodo* I p. 110) convenire omnes intellexerunt. Praeter aram inscriptam quidem, sed cuius facies muro inserta est aediculae S. Iohannis prope *Coria*, nihil adhuc inde titulorum provenit. Quod edsetamus, ut investigationes ibi instituantur ab antiquariis Hispalensibus.

XXIII. SIARVM p. 170.

n. 1276. 1277.

De nummis SEARO inscriptis vide quae exposuit Delgado (*nuevo metodo* II p. 272 ss.).

XXIV. SALPENSA p. 171. 698.

n. 1278—1281.

1282*b. c* Ex Muratorio 493,8 et 571,4, qui errore Auximi posuerat, repetivit Colucci *Piceno* 5 p. 47 et 81 (cf. CIL IX n. 888*).

1283 Ex Muratorio 320,1, qui errore Auximi posuerat, repetivit Colucci *Piceno* 5 p. 86 (cf. CIL IX n. 888*), dixitque de hoc titulo Marinius *Arv.* p. 820 adn. 20, qui fictum putabat ex Grut. 256,9 et Murat. 836,4. Ceterum Aemilium Papum non fuisse civem Salpensanum (quod consentaneum sane in tantae dignitatis homine) ex tribu eius Galeria deduxit Kubitschek (de orig. trib. Rom. p. 150); Salpensanorum enim tribus Quirina fuit; neque vero de origine Papi illud quidquam probat.

1284. 1285.

1286 V. 2 ante tribum cognomen excidisse coniecit Kubitschek (de trib. Rom. orig. p. 149), non sine probabilitate. 1287—1293.

De nummis Salpensanis dixit Delgado (*nuevo metodo* II p. 372 ss.).

Iohannis del Rio Sotomayor y Gutierrez liber *descripcion de Utrera, fundacion y adorno de sus templos y hazañas gloriosas de sus hijos*, scriptus ille a. 1781, sed ad finem perductus demum a. 1801, nuper demum (a. 1887) impressus est (*tirada de 100 ejemplares para el ayuntamiento de la ciudad de Utrera*). Librum nondum vidi, sed e censura eius inserta actis academiae Matritensis (*boletin de la Acad.* XI 1887 p. 384 s.) scriptorem aetatem Romanam lapidesque inscriptos paene omnino neglexisse disco.

5402 Salpensae (*Utrera*) rep.; extat Hispali apud Franciscum Matthaeum Gago.

D · M · S ·
HERMETIO
VIX · AN · III
S · T · T · L ·

Descripsi a. 1881.

XXV. NABRISSA p. 174. XLII.

n. 1294 Colobanae Plinii (III § 11) memoriam sibi deprehendisse visus est Detlefsenus (Philol. XXX 1870 p. 226) in titulo Barcinonensi (n. 4322); sed κολοβός adiectivum Graecum mutilum significat. Valeria illa Galla fortasse aliqua corporis parte mutilata erat. Vide quae infra ad titulum illum adnotavi; certum est patriae indicationem nullo modo in vocabulo illo latere.

1299 Extat in museo Hispalensi, cippus parvus; descripsi a. 1881.

1299—1302.

Nabrissam propter Veneriae cognomen oppidum civium sive Romanorum sive Latinorum fuisse Detlefsenus coniecit (Philol. XXX 1870 p. 298). Quod si ita est, non facile Quirinae tribui eam adscriptam fuisse observavit Kubitschek (de Rom. trib. orig. p. 142). Unde comprobatur, quod olim adnotavi ad titulum n. 1294, scilicet eum fortasse aliunde advectum esse Nabrissam. De nummis Nabrissensibus dixit Antonius Delgado (*nuevo metodo* II p. 208 ss.).

XXVI. HASTA REGIA? (*Jerez de la Frontera*) p. 175. 698.

n. 1303. 1304. 1305 *Pro salute et pro victoria Caesaris* formula redit in titulo Complutensi n. 3032.

1306—1311.

5041 Exemplum Renierii repetivit Garrucci sylloge n. 276. Memoravit deinde Franciscus Matthaeus Gago in Antonii Delgado opere *nuevo metodo* II 1873 p. 181 ss.; denique addidit adiecta tabula optima Emmanuel de Berlanga in Hispaniae anteromanae syntagmate (a. 1884) p. 424 ss. et commentarium amplum addidit.

Quod in praefatione dixi Plinii verba (III § 11) emendanda esse, id ita intellegi volui, ut pro *coloniae* plurali *colonia* singularis scriberetur; Hasta enim sola, non Asido, colonia erat. Idem voluit neque vero verba mea recte intellexit Detlefsenus (Philol. XXX 1870 p. 270). *Jerez* oppido Delgado nummos attribuit ita SERIT, ut putat, inscriptos (*nuevo metodo* II p. 220 ss.); qui tamen incertae lectionis sunt.

Praeterea proposui hic, ne memoria eorum prorsus tolleretur, titulos duos, quos olim non Latine, sed barbare inscriptos esse putavi (n. 5403. 5404); ipse frustra eos investigavi a. 1881 nec meliore successu nuper Berlanga eos quaesivit.

Bartholomaei Gutierrez liber, quem contuli manu scriptum, interim imprimi coeptus est per Emmanuelem Cadenas in ephemeride *tradiciones Jerezanas* a. 1887 (*boletin de la Acad.* X 1887 p. 332).

5403 *Jerez, en la pared de la casa de D. Bruno de Villavicencio, frente á San Marcos* Estrada. Postea *en las casas consistoriales* Gutierrez. Ara, quae videtur inverse posita fuisse, ut caput solo inhaereret.

supra
possunt deesse versus
aliquot

VAHC · HJAVC ·
////AVAA ?
ꟼAꟼC · ь · VB

Florez *Esp. sagr.* X p. 27 cui misit P. Fr. Hieronymus de Estrada (inde Velazquez ms. Matrit. 82,100; Trigueros ms. Matrit. Est. 18,71): Gutierrez *historia de Xeres* (1722) vol. I f. 37 v. Ex his secum communicatam edidit Zobel *spanische Münzen mit bisher unerklärten Aufschriften, Zeitschrift der Deutschen Morgenländischen Gesellschaft* XVII 1863 p. 17 tab. I A (inde Berlanga *Hispan. anteromana* p. 440).

Olim scripturam putavimus esse libyphoenicam, qualem nummi eius regionis a Zobelio editi exhibent. Nunc potius Latinam puto male descriptam atque latere talia fere: ...... *Veneri Aug.* [(*sac*)*rum*] ...... *l. v. s.*

5404 *Jerez*, muro portae Sancti Iacobi inserta; erat ab initio perscripta, cuius tamen finem tantum licuit legere.

. . . . . .
. . . . .
. . . . .
. . . .
. . . .
. . . . OSV
. . TNC
. . ЧS

Gutierrez *historia de Xeres* (1722) vol. I fol. 28; Zobel l. s. s. p. 17 tab. I B (inde Berlanga *Hispan. anteromana* p. 442).

Hic quoque titulum Latinum latere puto male descriptum.

5405 *Jerez*, prope urbem in praedio Richardi de la Quintana, allata eo ex *la Mesa de Asta*; lapides quadrati tres magni, longi iunctim m. 1.85, alti 0.60, litteris optimis altis m. 0.125, quae videntur ultimis liberae rei publicae temporibus convenire.

—. BAEBI[*us p. f.*] SER · T ·
[F · SVA · PECVNIA

Descripsi ex ectypo, quod Fita mihi mittendum curavit atque edidi et explicavi *boletin de la Acad.* XIII 1888 p. 17 ss.

V. 1 Videntur antecessisse et secuta esse eas litteras, quae supersunt quaeque aperte exhibent nomina [—. *B*]*aebi*[*us P. f.*] *Ser*[*gia*], *T.* [*Titius T. f. Ser.*], nomina aliquot praeterea magistratuum fortasse vel ordinariorum vel extraordinariorum, qui opus aliquod magnum, *puta* [*muros portas turresqu*]*e sua pecunia* [*restituenda curaverunt* cet.]. Non cogitandum videtur de formula *de sua pecunia*, quamquam usitata et ipsa, propterea quod punctum inter praepositionem et casum omitti solebat ea aetate et quod ante E litteram exigua pars V litterae videtur distingui posse in ectypo. Sergia tribus erat Hastensium; cf. n. 1303.

XXVI*a.* *SAN LVCAR DE BARRAMEDA.*

n. 6042 (v. infra n. 5408).

Prope *Bonanza* vicum exiguum, qui est portus *San Lucar de Barrameda* oppidi, reperta est lamnina aenea infra proposita (n. 5488). *San Lucar* oppidum opulentum novicium quidem est, sed tamen nimis distat a *Jerez*, prope quam urbem Hastam Regiam coloniam olim sitam fuisse certum est, quam ut lamminam ex Hasta urbe provenisse statuere liceat nisi casu quodam singulari; quod olim feci. Immo Berlanga, qui loca haec adiit, quae ego non vidi, eo consilio, ut indolem eorum explorarei, plane sibi constare affirmat loco edito ad ipsa Baetis ostia, ubi hodie *Bonanza* est, oppidum vetustum fortasse Phoenicum situm fuisse (p. 603 ss. libri sui infra scripti). Cartare insula Avieno soli ex fonte sive Punico sive Graeco nota (ora marit. v. 255), Menesthei oraculum et postea turris Caepionis (*Chipiona*) ibi fuerunt atque loca haec olim habitata fuisse demonstrant. Nomen vero oppidi ad ostia Baetis siti, cui successit postea *San Lucar*, ignoratur. *Pagus Olbensis, ager qui Veneriensis vocatur, fundus Baianus* hic primum nominantur; neque quidquam, quantum video, obstat quominus statuamus loco ita nominata ibi in Hispania prope *Bonanza* fuisse. Ex Olba nomine antiquo *Huelva* hodiernum recte derivatur ut ex Osca *Huesca*; neque probabilitate caret ex Olba pago urbem hodiernam provenisse, postquam Onoba (supra cap. I) interiit. Fortasse huc trahenda quae e Stephano Byzantio (p. 489 Mein.) inter varias urbes Ὀλβία dictas nominatur πέμπτη Ἰβηρική, aliunde non nota. Ager Veneriensis admonet de Nabrissa Venerio oppido vicino (p. 174); Veneris Phoeniciae ibi fana fuisse frequentia consentaneum est. Fundus Baianus nomen suum fortasse duxit a fundo cognomine Italico aut a Bais oppido appellato aut a Baio homine; *Baius* enim gentile recte deflexum est a Bavio ut a Gavio Gaius, et habemus Baios Tegiani (CIL X 387) Amiterni (IX 4048) Curibus (IX 4964). Itaque nomina illa locorum minime ficta aut ex forma desumpta esse oportet. Pagos et vicos in Hispaniis quoque frequentes fuisse et in titulis non raro nominari adnotavi olim; cf. pagi n. 1813. 2104. 2233, vici n. 178. 385. 743 al.

5406 ad n. 5042. Lammina aenea, rep. m. Iulio a. 1888 ab aratore prope *Bonanza*. Servabat olim ibi qui invenerat vinitor Sanlucarensis, nunc est Malacae in museo marchionum *de Casa-Loring* in praedio *la Concepcion*. Lammina alta est m. 0.10, lata 0.30, crassa 0,086, in margine 0.018; pondo chiliogr. 1.75. Omni ex parte integra est et margine cincta; supra unum, infra bina foramina sunt, superiori clavus aeneus adhuc inhaeret. Foraminibus inferioribus clavis binis minoribus, et ipsis adhuc servatis, ansae aeneae affixae sunt, in parte postica servatae integrae. Unde suspicari licet diptychum olim fuisse alteramque eiusdem magnitudinis lamminam interiisse, utramque vero explicatam in pariete olim fixam fuisse iunctim. Quod in latere dextro olim fuisse dicitur foramen, nullum est; fissura tantum lamminae ibi observatur.

DAMA · L · TITI · SER · FVNDVM · BAIANVM · QVI EST IN AGRO QVI
VENERIENSIS VOCATVR · PAGO · OLBENSI VTI OPTVMVS MAXVMVSQ
ESSET HS N · I · ET · HOMINEM · MIDAM HS N · I · FIDI FIDVCIAE · CAVSA · MAN
CIPIO ACCEPIT · AB · L · BAIANIO · LIBRIPENDE · ANTEST AD FINES FVNDO
DIXIT · L · BAIANIVS · L · TITIVM · ET · C · SEIVM ET POPVLVM ET · SIQVOS DICERE OPORTET
PACTVM · CONVENTVM · FACTVM · EST · INTER DAMAM L · TITI · SER · ET · L · BAIAN
QVAM · PECVNIAM · L · BAIANO DEDIT DEDERIT CREDIDIT · CREDIDERIT · EX
PENSVMVE · TVLIT · TVLERIT · SIVE · QVID PRO EO · PROMISIT · PROMISERIT
SPOPONDIT · FIDEVE · QVID SVA · ESSE · IVSSIT · IVSSERIT · VSQVE · EO · IS · FVNDVS
EAQVE · MANCIPIA · FIDVCIA · ESSENT · DONEC · EA · OMNIS · PECVNIA · FIDES
VE · PERSOLVTA · L · TITI · SOLVTA · LIBERATAQVE · ESSET · SI · PECVNIA · SVA QVA
QVE · DIE · L · TITIÓ · H · VE · EIVS · DATA · SOLVTA · NON · ESSET · TVM · VTI · EVM
FVNDVM · EAQVE · MANCIPIA · SIVE QVAE MANCIPIA · EX · IS VELLET · L · TITI
VS · H · VE · EIVS · VELLET · VBI · ET · QVO DIE · VELLET · PECVNIA · PRAESENTI
VENDERET · MANCIPIO PLVRIS · HS N · I · IN · VITVS · NE · DARET · NEVE · SA
TIS · SECVNDVM · MANCIPIVM · DARET · NEVE VT · IN · EA · VERBA · QVAE · IN · VER
BA · SATIS · S · M · DARI · SOLET · REPROMITTERET · NEVE · SIMPLAM · NEVE

Dama L. Titi ser(vus) fundum Baianum, qui est in agro qui
Veneriensis vocatur, pago Olbensi, uti optumus maxumusq(ue)
esset HS (sestertio) n(ummo) I(uno) et hominem Midam HS (sestertio) n(ummo) I(uno) fidi fiduciae causa man-
cipio accepit ab L. Baianio libripend(e) antest(ato). Ad fines [f]undo
dixit L. Baianius L. Titium et C. Seium et populum et siquos dicere oportet.
Pactum conventum factum est inter Damam L. Titi ser(vum) et L. Baianum
quam pecuniam L. [Titius L.] Baian[i]o dedit dederit, credidit crediderit, ex-
pensumve tulit tulerit, sive quid pro eo promisit promiserit,
spopondit [spoponderit], fideve quid sua esse iussit iusserit, usque eo is fundus
eaque mancipia fiducia essent, donec ea omnis pecunia fides-
ve persoluta L. Titi soluta liberataque esset. Si pecunia sua qua-
que die L. Titió h(eredi)ve eius data soluta non esset, tum uti eum
fundum eaque mancipia sive quae mancipia ex is vellet L. Titi-
us, h(eres)ve eius vellet, ubi et quo die vellet pecunia praesenti
venderet, mancipio pluris HS (sestertio) n(ummo) I(uno) invitus ne daret neve sa-
tis secundum mancipium daret neve ut in ea verba, quae in ver-
ba satis s(ecundum) m(ancipium) dari solet, repromitteret neve simplam neve [duplam].

Descripsi ex imagine photographa a Francisco Matthaeo Gago Hispalensi primum mihi missa; archetypum vidi a. 1880 contulitque meum in usum accuratissime Berlanga, ad interpunctionem et collocationem versuum attendens. Edidi in Hermae vol. III a. 1888 p. 083 ss. cum adnotationibus Henrici Degenkolb Icti (p. 088 ss.), qui postea ipse edidit cum iusto commentario *Zeitschrift für Rechtsgeschichte* vol. IX a. 1868 p. 407 ss. Textum deinde repetiverunt sive de argumento disputaverunt Icti hi:

Paulus Krüger *kritische Versuche im Gebiete des römischen Rechts* (Berol. 1870) p. 40 ss.;

Paulus Gide *revue de législation* (Parisiis 1870) p. 74 ss.;

Camillus Re *giornale di giurisprudenza teórico-practica* (Florentiae 1870) p. 85 ss.

E. I. Bekker *die Aktionen des röm. Privatrechts* vol. I (Berol. 1871) p. 124 ss.

O. Karlowa *der römische Civilprocess* (Berol. 1872) p. 77 ss.

Maur. Voigt *ius naturale et gentium IV* (Lips. 1872) p. 185 ss.

Ad. Frider. Rudorff *Zeitschrift für Rechtsgeschichte* vol. XI a. 1873 p. 52 ss.

Georg. Bruns *fontes iuris Romani* ed. III a. 1876 p. 180 ss., ed. V 1887 p. 251.

Postremo edidit cum tabula lithographa archetypum exhibente Emmanuel Berlanga Hispaniae anteromanae syntagma (Malacae 1884) p. 543 ss. et commentarium amplum addidit.

Lectio certa est et clara. Bis caelator erravit (v. 4 LIBRIPENDL et XVNDO) vel ter (FIDVCIA v. 10). V. 6 extr. BAIANVM scriptum est pro BAIANIVM et similiter v. 7 BAIANO pro BAIANIO; nisi forte statuere praestat formas ambas *Baianius* et *Baianus* promiscue in usu fuisse pro gentilicio ex fundi Baiani nomine derivato. V. 7 *Titius L.* vocabula exciderunt, quae supplevit Degenkolbius; V. 9 *spoponderit* futurum exactum omissum est errore, quod postulat formulae aequabilitas. Tamen v. 4 *ad finem eunda* formulam defendit Ioh. Bapt. de Rossi *piante iconografiche e prospettiche di Roma* (Romae 1879 4.) p. 8.

Litterarum formae omnino aetatis Augustae sunt eiusque ineuntis, non Traianae, ut fuerunt qui statuerent; demonstravit hoc Berlanga accurate comparatis reliquis aeribus Hispanis. Apex in *Titió* vocabulo uno v. 18 appositus, si modo certus est, cum hac aetate prorsus convenit; vide quae de eis exposui in Exemplis script. epigr. Lat. p. LXXVI. Sed apex ille Berlangae mihique minus certus visus est et fortasse casu tantum ortus. Puncta videntur ubique inter vocabula aut posita fuisse aut ponenda; sed non ubique adhuc comparent aut tam profunde incisa erant, ut conservarentur. Semel abundat punctum v. 15 in IN·VITVS vocabulo.

Cum litterarum forma convenit sermo scribendique ratio: *optumus maxumus* formae (v. 2), *fidi* genetivus (v. 3), quem Mommsenus primus vindicavit sermoni vetustiori; nunc iam omnes novimus eum similibus multis exemplis epigraphicis et grammaticorum testimoniis comprobari, *siquos* sine interpunctione scriptum (v. 5), *comventum* (v. 5), *Titi* genetivus constanter adhibitus, *í* longae usus parcus sed rectus (MÍNAM, SÍ, DÍCERE, ÍS), item reliquae litterae altiores rarae, compendiorum et litterarum singularum usus, syllabarum divisiones, nexus litterarum pauci et in fine versuum tantum adhibiti spatio cogente (v. 3. 5. 6. 9; Q pro QVS v. 8) — ea omnia, quamquam per se reperiuntur etiam in saeculi primi totius titulis instrumentisque, tamen coniuncta fidem mihi quidem faciunt documentum hoc certo tribuendum esse aetati sive Caesaris sive Augusti. Conveniunt etiam nomina ingenuorum, qui in eo appellantur, *L. Baianius C. Seius L. Titius*, et servorum *Dama* et *Mida*.

V. 10. 11 Degenkolbius transponendo emendat ita: *donec ea omnis pecunia persoluta fidesve L. Titi soluta liberataque esset*; Mommsenus ita censet excusari posse ut intellegatur: *donec ea omnis pecunia L. Titii soluta liberataque esset, fidesve persoluta L. Titii soluta liberataque esset*. V. 17 S·M litteras singulares Mommsenus explicavit tam ex v. praecedente quam ex S S M *satis secundum mancipium* laterculi notarum Lindenbrogiani ab ipso editi in Keilii gramm. Lat. vol. IV p. 300.

De argumento nondum convenit inter iuris peritos. Mommsenus formam nos hic habere putavit servo in provinciam misso calendarii administrandi causa subministratam, ut ubi opus esset exempla ad manus haberet fiduciae recte contrahendae; nam eo tituli formam ducere actori iter facienti magis habilem quam in rerum usu receptam et nomina propria praesertim L. Titii. Degenkolbius contra pactum esse verum existimat, ita tamen corruptum, ut partim remanserint quae mutanda erant ex forma desumpta, partim quae addenda essent omitterentur. Kroegerus Mommseni sententiam in universum secutus formam esse iudicat, qua pecunia praestabatur praediis obligandis, propterea parieti in atrio argentarii affixam, ut facile inspici et in usum converti posset. Similiter Rudorffius non de argentarii, sed de iuris consulti forma cogitavit ex Italia allata, qua adhibita in provincia negotia eius generis fieri potuissent. Nomina locorum non facile ad formam referenda esse supra dixi. L. Titium et C. Seium non nego e forma posse petitos esse, neque vero video cur non veri homines Italici nomina illa frequentissima gerere potuerint in loco aliquo Baeticae provinciae aetate sive Caesaris sive Augusti. Neque omnino deficiunt in titulis Hispanis Seii (*Seius Eutychus* aliquis Tarracone n. 4388) et Titii (*N. Titius L. l. Numpio* aetatis liberae rei publicae homo in Carthagine nova n. 3434, *C. Titius* et *M. Titius Flavianus* Tarracone n. 4481. 4349). Baianii nomen rarum certe non ad formam pertinet, praesertim cum fundo Baiano coniunctum; Baianios aetatis Augustae novimus Auximi (CIL IX 5848). Itaque mihi paene certum est non formam nos habere, quales in charta vel in membranis scriptas fuisse magis videtur probabile esse, sed verum pactum, quamvis non satis recte conceptum, et nescio qua de causa aliquando aeri incisum ad memoriam negotii conservandam. Difficultates quasdam a iuris condicione ortas ita quoque manere non ignoro; sed vereor, ut facilius solvantur si formam esse statuimus. Tamen non nego exemplum hoc aeri incisum pro forma adhiberi potuisse.

XXVII. ASIDO p. 176. 700. XLII.

n. 1312.

1313 Hunc titulum et n. 1324 vidit etiam Ericus Lassota de Steblou eques, qui a. 1584 ibi fuit; vide eius diarium editum a R. Schottin (Halis 1866 8.) p. 88 et Felicis R[ozański] *viajes de extranjeros por España y Portugal en los siglos XV XVI y XVII* col. (Matriti 1878 8.) p. 226. 1314—1329. 5117. 5118.

Ex Anonymo Taurinensi accesserunt tituli duo (n. 5117. 5118) qui inde a saeculo XVI interierunt, duos Marianus Pardo misit amicus multorum eorum (n. 5407. 5408). De Asidonis nomine et situ Antonius Delgado dixit (*nuevo metodo* I 1871 p. 31 ss.) neque vero ea novit, quae in corpore exposui. Francisci Martinez Garcia y Delgado liber manuscriptus, *historia de la ciudad de Medina Sidonia*, interim editus est a Ioachimo Maria Enrile y Mendez de Sotomayor (Cadiz 1875. pp. XXXIV 293, 8.). Novi nihil attulit editor, unde paginas non adscripsi, in quibus tituli iam noti omnes exhibentur pessime.

De nummis bilinguibus, qui cusi sunt Asidone, Bailone, Iptuci, Lascutae, Obae, Turiregínae, Vesci locisque praeterea aliquot ignotis egit Zobelius *spanische Münzen mit bisher unerklärten Aufschriften* in *Zeitschrift der Deutschen Morgenländischen Gesellschaft* XVII 1863 p. 1 ss. Docent nummi illi gentem aliquam ibi sedes habuisse, quae fortasse ex Africa septentrionali transmigraverat post Phoenicum colonias vetustas deductas, sed tamen antequam regiones illae in formulam provinciae Romanae redactae sunt.

5407 Asidone, rep. a. 1881 *en la ermita de los Santos*, tribus chiliometris ab oppido ad meridiem et occidentem sita (ubi servantur tituli christiani Asidonenses duo Inscr. Hisp. christ. n. 85. 87), cippus cylindri forma sive columna cum capite, alta *varas* $2^1/_4$ *y una tercia de diametro*; in media fere columna extant litterae hae saeculi puto secundi, perspicuae, altae m. 0.03.

D · D
C · G · A · A

Descripsi ex ectypo, quod Marianus Pardo de Figueroa misit m. Iulio a. 1888.

V. 2 G litteram certam esse affirmant Guerra et Saavedra probatque ectypum; Pardo ex C et S iunctis constare putabat; scilicet caudam habet hamatam illo tempore non raram.

Guerra et Saavedra proposuerunt legendum esse *decreto decurionum conventus Gaditanus, ager Asidonensis*; contra nemo. Asido municipium erat, non colonia; item Gades. Terminos indicari probabile est; sed coloniae vicinae nullius nomina cum litteris hisce singularibus conveniunt, atque *colonia Augusta Firma Astigi* nimis distat; longius etiam *colonia Gemella Acci* Tarraconensis provinciae, quae *Iulia* fuit, non *Augusta*. Praeterea expectemus c(olonorum) c(oloniae) *A. A.* Itaque certi nihil definio, praesertim cum possint etiam indicati esse fines privati.

5408 Asidone, rep. d. 14 m. Martii a. 1872 *en el termino de aquella ciudad, al practicar los desmontes del camino que se dirige al Campo de Gibraltar*. Columna lapidea alta m. 0.75, lata 0.40, litteris altis 0.046.

C CASSIVS
PYLADES
H · S · E

Marianus Pardo de Figueroa misit Academiae Matritensi d. 15 m. Mart. a. 1872; schedas eius vidi apud Aurelianum Guerra. Cf. Mariani Rossell *noticia de las actas de la R. Academia de la historia de 1876* p. 28.

XXVIIa. LASCVTA p. XLII

Alcalá de los Gazules.

n. 5119.

Lascutam conventus fuisse Gaditani, ut in Kieperti tabula geographica indicatur, ex Plinio (III § 15) consequi monuit Detlefsenus (Philol. XXX 1870 p. 308).

Gago observavit nummos Lascutanos prope *Jerez* inveniri itaque Lascutam ipsam quaerendam esse propius a *Jerez*. De turribus Hispaniae et Africae egit H. Iordan in Hermae vol. III a. 1868 p. 458 s.

XXVIII. OBA p. 178. 700.

n. 1330—1334.

1335 Servatur Londinii in museo Britannico, ubi descripsi ita ut dedi, praeterquam quod v. 4 MATERI, sic *materi*, in lapide vidi. Lapis est longus ex marmore nigro, formae singularis, qualem etiam Barcinone et Tarracone observavi.

De nummis Obensibus dixit Gago apud Delgadum *nueva metodo* II p. 213 ss.

XXIX. OCVRRI p. 179.

n. 1336—1338.

XXX. SAEPO p. 180.

n. 1339—1341.

Oppidum conventus fuisse Gaditani, non Hispalensis, situs indicat. Apud Plinium cum in Baeturia Celtica errore fortasse (supra p. 833) haec enumerentur oppida ordine litterarum disposita *Acinipo Arunda* cet. *Salpensa Saepone Serippo* (III § 14), in conventu vero Gaditano haec *Besaro Belippo* (?) cet. *Saguatia Situdo Usaepo* (§ 15), incerti haeremus utrum idem utroque loco oppidum significetur *Saepo* vel *Usaepo* dictum (nam hanc fuisse nominativi formam, non *Saepone*, similitudo nominum multorum docet), quod in hac oppidorum confusione a probabilitate minime abhorret, an duo diversa. In titulis n. 1339 et 1340 V·SAEPO videtur scriptum fuisse, non VSAEPO; *municipium v(ictricensium) Saeponensium* fortasse legitur in titulo eius loci tertio n. 1341. Quidquid igitur obloquitur Detlefsenus (Philol. XXX 1870 p. 303), Saeponem, non Usaeponem et apud Plinium (§ 14) et in titulis puto restituendam esse; litterarum enim ordo ita in universum servatur. De cognomine V.... nihil definio, nec Usaeponem praeterea aliquam fuisse praefracte nego.

XXXI. LACILBVLA p. 181.

n. 1343. Aes nunc servatur Matriti in museo archaeologico; altum est m. 0.22, latum supra 0.145, infra 0.098.

Ioh. de Deo *de la Rada museo español de antigüedades* VIII 1876 p. 271; Exempla script. epigr. n. 880. Imaginem accuratam proposuit Berlanga Hispaniae anteromanae syntagma p. 556. 1343.

Lacilbulae nomen denuo comparuit in titulo infra n. 5409, quamquam *Lacidulam* ibi legerunt testes Hispani.

5409 (= Eph. III n. 0). A *Grazalema* chiliom. 4, ante pontem *de la Terrena* in dextra *Guadalete* fluvii ripa circa chiliom. 6 ab eius fonte, in ultimo provinciae Gaditanae quae nunc est angulo, qua Malacitanam provinciam attingit, rep. est a. 1875 basis ingens ex marmore rubro (*jaspe encarnado*) earum regionum: alta est m. 1.37, lata 0.62, crassa 0.08. Litterae dicuntur esse optimae.

MEMMIAE · ... F ·
AELI//////AS///
HVIC · ORDO · LACIDVL...N
DECREVIT · LAVDATION
IMPENSAM · FVNERIS
LOCVM · SEPVLTVRAE
MONVMENT · STATVM
AELIA · M · F · BASSINA
MATER
HONORE · ACCEPTO
IMPENS · REMIS ·

Franciscus Matthaeus Gago Hispalensis edidit in ephemeride *el comercio de Cadiz* d. 17 m. Sept. a. 1875. Ectypum frustra ut obtinerem operam dedi.

V. 1. 2 Quo modo cognomina defunctae supplenda sint, non satis certum est; potuit appellari matrem secuta *Memmia M. f(ilia) Aelia Bassina*.

V. 3 *Lacidulen(sis)* in lapide esse, non *Lacilbulensis*, ut ego cum aliis legi in titulo eius oppidi adhuc unico n. 1342, affirmat Gago. Tamen licebit dubitare de lectione; possunt enim in litteratura eius aetatis tenui facile LB et D litterae plane similes videri.

XXXII. ACINIPO p. 181. 701.

n. 1344—1387.

De Mundae condicione quaestionem denuo movit Detlefsenus, cum de coloniis Baeticae provinciae verba faceret (Philol. vol. XXX a. 1870 p. 807 ss.). In Plinii enim textu (III § 7) Baeticae novem coloniae tribuuntur, deinde octo tantum diserte nominantur *Corduba* (§ 10) *Hispalis Hasta* (§ 11) *Astigi* et eiusdem conventus *reliquas coloniae immunes* (§ 12) *Tucci Ituci Ucubi Urso*, quibus adduntur haec verba '*inter quas fuit Munda cum Pompeio filio rapta*'. Etiam in praecedentibus cum Hasta colonia coniungitur, nulla condicionis distinctione addita, Asido, quod fuit municipium. Inde etiam de Mundae condicione nihil concludi posse ex verbis supra scriptis, sed ad situm eius oppidi inter Ucubi et Ursonem ea referenda esse statuimus cum Plinii interpretibus plerisque. Mundam vero coloniam fuisse omnino caret probabilitate. Itaque aut numerum coloniarum corruptum esse aut etiam fuisse coloniam nonam videtur nunc quoque quam maxime probabile. Nonam vero illam coloniam siqua fuit Carteiam fuisse nunc quoque puto maximam in se habere probabilitatem. Nisi forte cogitandum de Baelone, quam patriam fuisse militum legionariorum infra adnotatum est. Contra omnem probabilitatem qui iussu Napoleonis III Caesaris bella Hispana explicanda sibi sumpsit Stoffel (*hist. de J. César, guerre civile*, vol. II, Parisiis 1887, p. 312 *ss.* cum tab. 24) cum antiquioribus apud *Montilla* oppidum collocavit, quod proxime ad Uliam fuisse certum est (v. p. 200).

De Aciniponis situ et monumentis scripsit Franciscus Matthaeus Gago Hispalensis, locorum illorum perquam gnarus, in Antonii Delgado libro *nuevo metodo* I p. 13 ss. ibique imagines theatri Aciniponensis, quas Ludovicus Iosephus Velazquez olim faciendas curaverat, publici iuris primus fecit.

Nescio qui factum sit ut in codice Alciati, qui Feae fuit, f. 130 titulus urbanus L. Postumii Rufrionis (Grut. 981,2 in aedibus Marcelli de Monte, CIL VI 24872) Mundae tribueretur.

XXXIII. ARVNDA p. 184.

n. 1358—1361.

Riverae liber de historia Arundensi impressus primum a. 1788 denuo editus est a Raphaele Gutierrez Gimenez (Arundae 1873 8). Novi nihil additum.

CONVENTVS ASTIGITANVS.

I. *ARCOS DE LA FRONTERA* p. 185.

Accedit *Bornos*.

n. 1362—1370.

Laeliam (sive Laelliam, ut habent nummi aliquot) sitam fuisse circa hodiernam *Arcos* probabilis est Antonii Delgado opinio e nummorum typis deducta (*nuevo metodo* II 1876 p. 150 ss.). Etiam *Turi regina* oppidum sive illa fuit *Turis* (*turris*) *Regina* — nam hoc quoque fieri potuisse iam non negaverim — quaerendum est in eadem fere regione (Delgado II 1876 p. 300 ss.).

Maiore cum confidentia nuper Franciscus Matthaeus Gago (apud Antonium Delgado *nuevo metodo* I 1871 p. 55 ss.) veterem opinionem suam fecit, quo *el cortijo de Carija, una legua al norte de Bornos*, nomen *Carisae* oppidi vetusti *cognominis Aurelia* Plinii (III § 15) creditur servavisse. Nummos enim Carisae ibi tam frequentes esse, ut ipse plus triginta eorum inde collegisset; praeterea tegulas duas christianas impressas ibidem repertas esse. Tituli vero adhuc nulli inde prodierunt profani.

II. CALLENSES (*el Coronil?*) p. 186.

Accedit *Moron*.

n. 1371. 1372 Contuli a. 1881.

Nummos antiquos inscriptos CALLET propter typos Carmonensibus et Searonsibus similes esse, praeterea autem nummorum illorum exempla nota provenire fere ex regione inter *Moron*, *Osuna*, *Utrera* oppida exposuit Antonius Delgado (*nuevo metodo* I 1871 p. 40 ss.). Unde quamquam manet, quod iam observavit Gutierrez Bravo, a Callet oppido Calletanos, non Callenses fuisse derivandos, tamen *el Coronil*, ubi prodiit titulus n. 1372, non sine aliqua probabilitate locus creditur esse oppidi sive Calletanorum antiquitus dictorum sive Callensium saeculo tertio.

Utrum ad Callensium oppidum an ad vicinum aliquod ignotum pertineant tituli sepulcrales duo in *Moron* oppido vicino reperti, quos Hispali vidi (n. 5410—11), non definio. Hae quoque regiones multum absunt ut ea qua deberent cura exploratae sint. Utut est, huic eos capiti adscribere visum est commodissimum.

5410—11 *Moron*, tabella marmorea utrimque scripta; servat Gago Hispalensis. 5410 litteris elegantibus saeculi fere secundi, 5411 litteris cursivis saeculi fere tertii.

5410

D · M · S ·
AEMILIA · VIX · ANN · VII
MASCVTIVS · P · F · B · M · F
H · S · E · S · T · T · L ·

D(is) M(anibus) s(acrum). | *Aemilia vix(it) ann(is) VII* | *Mascutius p(ater) f(iliae) b(ene) m(erenti) f(ecit)* *h. s. e. s. t. t. l.*

Descripsi a. 1881.

5411

FLAVIA BAR
BARA · F · ABAS
CANTVS VIR
VXORI · MEREN
5 TI · H · S · E
S · T · T · L

Flavia Bar|bara F(lavius) Abas|cantus vir|uxori merent(i) | *h. s. e.* | *s. t. t. l.*

De A B R formis cursivis v. Exempla script. epigr. p. LIV. LV. LXV.

III. BASILIPO p. 187.

n. 1373—1377.

IV. CARMO p. 188. 701. XLII.

n. 1378—1380.

1381 V. 3 *Primigeniae* corrigendum erat. 1383 (v. infra n. 5412). 1383—1388.

1389 In LATRO, quod traditur, non *latronum*, sed annorum tantum latere potest memoria.

1390. 5120.

Carmo, oppidum vetustum Galeriae tribui adscriptum, civitate vel Latii iura iam ab Augusto donatum esse potest, ut observavit Kubitschek (de orig. trib. Rom. p. 136); videantur quae de nummis eius observavit Antonius Delgado (*nuevo metodo* I 1871 p. 80 ss.), quamquam ad titulos non perveniunt. Carmone, similiter atque Ursone (infra cap. VI), iam ante hos quinquaginta annos amplius in suburbio iuxta viam publicam Hispalensem in lapicaedinis vetustis reperta sunt sepulcra Romana ex viva rupe effossa. Inde ab a. 1885 praeter alios se coniunxerunt ad investiganda ea sumptu suo homines duo rerum antiquarum curiosi, Georgius Bonsor pictor Britannus et Iohannes Fernández López pharmacopola Carmonensis. Empta eius territorii parte, in qua maximum sepulcrarum numerum esse suspicabantur, sepulcra circiter ducenta et viginti effodienda curaverunt, formae illa variae neque eiusdem, ut aspectaveris, aetatis, sed tamen intra Augusti fere et Antoninorum tempora facta omnia. Christianae certa vel fidei vel aetatis indicia nulla in eis comparuerunt. Nummi reperti sunt Augusti Claudii Vespasiani, aetatis labentis perpauci; arma nulla. Sepulcra ex rupe viva, in qua multae etiam sunt lapicaedinae vetustae, excavata sunt pleraque, tumuli pauci. Ornata sunt nonnulla sepulcra picturis, quae aves et flores epulasque exhibent, repertaque sunt in eis vascula multa tam cretacea quam vitrea supellexque domestica consueta. Habitasse incolas in eius generis specubus, ut fuerunt qui putaverint, omni caret probabilitate. Tituli e sepulcris illis prodierunt perpauci omnesque sepulcrales simplices (infra n. 5413—5434) paucique tituli in tegulis impressi, quos infra suo loco proponemus. Ex reliquis oppidi partibus unus tantum accessit titulus novus (n. 5425).

De necropoli Carmonensi iustum opus omni arte illustratum parant duo viri eius inventores. Interim Iohannes de Deo de la Rada y Delgado postquam d. 24. m. Maii a. 1885 Carmonem adiit missus eo ab academiis duabus Matritensibus historiae et artium (v. *boletin de la Academia de la historia* VI 1885 p. 355), ab inventoribus adiutus librum de necropoli edidit ita inscriptum *Necrópolis de Carmona, memoria escrita en virtud de acuerdo de las Reales Academias de la Historia y de Bellas Artes de San Fernando, y publicada de orden y á expensas de las mismas* (Matriti 1885, pp. 188 fol. cum mappa et lamminis XXV). Rettulit de effossionibus societati antiquariorum Gallicae Frossard (*Revue critique* 1887 p. 480 cf. 182 s.). Tituli reliquaque artis opera, veluti caput muliebris marmoreum aliaque, et reliquiae supellectilis sepulcralis servantur in museo in ipsa necropoli ab inventoribus condito maximam partem; quaedam iam antea pervenerunt in manus Antonii Calvi y Cassini Carmonensis (ea edidit Fita apud Radam p. 178 ss.) atque collectorum Hispalensium Francisci Matthaei Gago et Francisci Caballero Infante; haec vidi et descripsi. Museum adire nondum potui. Neque mirum est, quod tituli reperti maximam partem a. 1885 in sylloge mea a. 1888 edita desunt; de quo tamen aliquo modo queritur editor (p. 118). Per effossiones illas casu etiam amphitheatrum Carmonense detectum est a. 1887 (*boletin de la Acad.* X 1887 p. 174).

Accessit praeterea titulus unus, sed omnium optimus, e schedis Anonymi Taurinensis (n. 5120 p. XLII), qui collectoribus Hispanis omnibus ignotus mansit, de quo vide quae adnotavimus. Emmanuelis Fernandez Lopez Carmonensis, Iohannis eius quem supra laudavi fratris, historia urbis patriae '*desde los mas remotos tiempos hasta el reinado de Carlos I*' (*boletin de la Acad.* X 1887 p. 162) prodiit a. 1887 (*hist. de la ciudad de Carmona* cet. Carmona 1887 8.; cf. *boletin de la acad.* XII 1888 p. 56).

In *Alcaudete* praeter tituli unius fragmentum (n. 5432), quod ibi effodiendum curaverunt e tumulo antiquo a. 1885 expeditione eo facta Bonsor et Fernández López Carmonenses cum amicis (v. Radae librum p. 155 ss.), nihil praeterea prodiit, quantum equidem scio.

Alii loci vicini praeter *el Viso* (n. 5418) fragmenta tantum exigua (n. 5433—35) protulerunt.

5412 ad n. 1382. Extat hodie in museo instituto in ipsa necropoli, arula alta m. 0.34, lata 0.18, crassa 0.15, litteris paene evanidis.

ego:	*editores:*
D M S	D M S
A V R I I L I	R V S T I C I O
M FIL MV	M · FIL · MELV
S I N V M	S I N I · VA
A·II·M·DM	A' II M I DXX
S·T T·L	VIIII SISTE

Sebast. Gomez Muñiz, Emmanuel Fernandez Lopez, Georgius Bonsor ectypum miserunt academiae hist. Matrit., *boletin de la Acad.* X 1887 p. 394.

Adnotavi olim me de lectione desperavisse; num ea omni ex parte successerit viris doctis Carmonensibus dubito. Fita ita legit: *D. M. s. Rusticio Am(mi) fil(io) Melusini Vam(ensi) an(norum) II m(ensium) I d(ierum) XXVIIII; siste* [*gradum viator et dic sit tibi terra levis?*].

Vama quaeritur in oppido *Salvatierra de los Barros* (n. 989).

5413 (= Eph. II n. 307) Carmone, arula parva, alta m. 0.13, lata 0.15, litteris altis 0.015 saeculi primi, reperta in domo quadam sita in oppidi parte vetustissima, quae dicitur *el arrabal* sive *el barrio*, ad fontem antiquum. Servabatur Hispali apud Franciscum Matthaeum Gago; nunc est in museo Carmonensi.

MAˆRVS · AV
ZANIABVS M
IVL GRATVS

Descripsi ex exemplo a Gago delineato et a Berlanga mihi misso; inde Berlanga *los bronces de Osuna* (1873) p. 337 et 342; Rada *necrópolis de Carmona* p. 181 et 183.

V. 2 z est in lapide, errore quadratarii aperto.

Matres Aufaniae ex titulis Germanicis multis notae (Bramb. n. 73. 385. 405. 455. 528. 533. 545. 548) ab homine Germano videntur cultae esse in Hispania.

5414 Carmone, cippus magnus e lapide calcario, litteris bonis saeculi primi; videtur provenisse ex necropoli. Servatur Hispali apud Franciscum Matthaeum Gago.

P R I V
P·⊥·V

Descripsi a. 1881.

Privat(um) | *p(edes)* *LV*.

Observa vetustam ⊥ formam numeri quinquagenarii.

5415 Carmone, *en la tumba de la Abundancia*, in margine operculi plumbei, quod vasculum vitreum tegebat.

P · CALVI PVNICAN

Sebast. Gomez Muñiz, Emmanuel et Ioh. Fernandez Lopez, Gregorius Bonsor miserunt academiae historicae Matritensi, *boletin de la acad.* X 1887 p. 394.

P. Calvi(i) Punican(i).

De Calvisio cogitavit Fita, fortasse recte.

5416 Carmone, rep. a. 1887 *en la tumba de Postumio*, titulus pictus colore rubro *sobre el dintel interior de la entrada de la camara sepulcral*.

C · SILVANV · F

Sebast. Gomez Muñiz, Emmanuel et Ioh. Fernandez Lopez, Georgius Bonsor miserunt academiae histor. Matr., *boletin de la Acad.* X 1887 p. 388.

C(ornelius) Silvanu(s) f(ecit) recte videtur legisse Fita. Recte etiam editores Silvanum artificem fuisse putant, qui sepulcrum condidit.

5417 Carmone, in operculo ollae cretaceae, repertae in necropoli circa fontem Romanum, litteris paene cursivis. Servabat ibi Antonius Calvo y Cassini; nunc est Hispali apud Franciscum Caballero Infante.

FABIAE · Q · F · MAVRAE
XXXI

Descripsi Valentiae apud Infante a. 1886; Fita apud Radam *necrópolis de Carmona* p. 173.

5418 Entre *el Viso* et *Mairena del Alcor*, *en el termino de Carmona* in praedio Philippi Mendez, qui servat; tabula marmorea alta m. 0.28, lata 0.20.

' D ' M ' S '
F R V C T V S
V I X I T A N
NIS · XXXX · V
5 PIVS IN SVIS
H'S'E'S'T'T'L

Sebast. Gomez Muñiz, Emmanuel et Ioh. Fernandez Lopez, Georgius Bonsor miserunt acad. hist. Matrit., *boletin de la acad.* X 1887 p. 385.

Fita in fine legit *h(ic) s(itus) e(st), s(it) t(ibi) t(erra) l(evis)*; fortasse recte. Cf. n. 5412. Puncta lacrimarum formas habere crediderunt editores, non recte.

5419 Carmone, tabella marmorea, rep. in necropoli; Hispali apud Franciscum Matthaeum Gago.

GRAPE · C · IVLÍ ·
TVLLÍ · SER · AN
XVII·H·S·E·T·R·P·S·T·T·L

Descripsi a. 1881.

V. 2 IVLLÍ an TVLLÍ legendum esset dubitavi; hoc praetuli.

5420 Carmone, fragmentum tabellae marmoreae, rep. in necropoli, altum m. 0.18, latum 0.383. Servat Antonius Calvo y Cassini.

D | *m*
M IVL*ius*
S V *Veratus*
A *Maerum*...

Fita apud Radam *necrópolis de Carmona* p. 173; Sebastianus Gomez Muñiz, Emmanuel et Ioh. Fernandez Lopez, Georgius Bonsor miserunt acad. histor. Matrit., *boletin de la acad.* X 1887 p. 396. Supplevit Fita.

5421 Carmone, tabella marmorea quadrata, alta et lata m. 0.22, rep. in sepulcro aliquo, quod ad necropolim pertinet, litteris saeculi secundi. Non est in museo.

D · M · S
PANTHE
ANNOR
H·S·E·S·T

Rada *necrópolis de Carmona* p. 119.

5422 Carmone, tabula marmorea rep. in sepulcro, quod ad necropolim pertinet; servatur in museo, litteris saeculi, ut videntur, secundi.

Q · POSTVMIVS
HYGINVS · ET ·
POSTVMIA · CYPARE
V X O R

Rada *necrópolis de Carmona* p. 153 tab. XXIV 6.

5423 Carmone, reperta est a. 1883 in sepulcro, quod ad necropolim pertinet indeque appellatur *la tumba de Prepusa*, arca marmorea, longa m. 0.27, alta 0.18, cuius operculum deest. Titulus inscriptus est in lateribus, litteris pictis simillibus, saeculi fere secundi. Servatur in museo Carmonensi.

in facie: OSSA · PREPVSAE

a dextra: EVNI · FILIAE

a sinistra: ANN · XXV

Rada *necrópolis de Carmona* p. 103 ss. et 163 tab. XVII 1.

5424 Carmone, in operculo arcae ex terra argillacea, scariphatum litteris fugientibus.

PYLADES ETTL

Rada *necrópolis de Carmona* p. 154 tab. XXIV 8.

5425 Carmone, cippus repertus in fundamentis ecclesiae S. Dominici, altus m. 0.14, latus 0.12, litteris aetatis recentioris. Servat ibi Antonius Calvo y Cassini.

D M S
RVFINO
......

Fita apud Radam *necrópolis de Carmona* p. 174.

5426 Carmone, tabella marmorea, lata m. 0.48, alta 0.22, reperta in sepulcro aliquo, quod ad necropolim pertinat, litteris saeculi fere secundi.

DIS · MANIBVS
SVLPICIAE · NEVIAE ·

Rada *necrópolis de Carmona* p. 104 tab. XXIV 2.

5427 Carmone, in operculo arcae ex terra argillacea, rep. in sepulcro, quod ad necropolim pertinet; servatur in museo. Operculi facies inscripta longa est m. 0.33, alta 0.6. In eo scariphatum est litteris fugientibus

VRBANI VAL

Rada *necrópolis de Carmona* p. 104 tab. XVII 2 et XXIV 4.

5428 Carmone, rep. *en el Campo de los Olivos, al N. de la necrópolis, enseña* (sigillum aut operculum?) plumbea, alta m. 0.12, lata 0.08, litteris altis 0.03.

AVTA

Sebastianus Gomez Muñiz, Emmanuel et Ioh. Fernandez Lopez, Georgius Bonsor miserunt acad. histor. Matrit., *boletin de la acad.* X 1887 p. 307.

5429 Carmone, fragmenta titulorum varia reperta in necropoli et servata ibi in museo, e columbario propter picturas dicto *los triclinios del elefante*.

a tabella marmorea, alta m. 0.08, lata 0.10 — *b* alta m. 0.10, lata 0.07 — *c* alta m. 0.14, lata 0.12 — *d* — *e*

a	*b*	*c*	*d*	*e*
PHE · M	AELII	· IDIS	S · L · L ·	VO · R
TIANA · H	· ICS	L /	I P	

Sebastianus Gomez Muñiz, Emmanuel et Ioh. Fernandez Lopez, Georgius Bonsor miserunt acad. histor. Matrit., *boletin de la acad.* X 1887 p. 308 ss.

5430 Carmone, fragmentum tabellae marmoreae, altum m. 0.117, latum 0.070, rep. *in fonte suburbii*, litteris paene cursivis. Servat ibi Antonius Calvo y Cassini.

NIA T
L ..NI

Fita apud Radam *necrópolis de Carmona* p. 173.

5431 Carmone, fragmentum tabulae marmoreae, litteris saeculi secundi. Servat ibi Antonius Calvo y Cassini.

ANN XX
sic ·I·S·T·T·L·

Fita apud Radam *necrópolis de Carmona* p. 174.

5432 *Alcaudete* prope Carmonem, in tumulo *la gran Motilla*, rep. est cum aliis fragmentis frustum tabulae marmoreae, quae pars eius dextra erat, inscriptae ita

SSASI
LXXXV

Rada *necrópolis de Carmona* p. 157.

5433 Carmone fragmenta varia reperta in primis effossionibus necropolis; servata ibi in museo.

a	*b* forma aetatis Augustae	*c*
>	Augustae	R.C.
RT	N	

Sebastianus Gomez Muñiz, Emmanuel et Ioh. Fernandez Lopez, Georgius Bonsor miserunt acad. histor. Matrit., *boletin de la acad.* X 1887 p. 388 s.

5434 *En el Olivar del Aventurado, tres cuartos de legua á poniente de Carmona.*

...DE · XXXI
IE · X ·

Sebastianus Gomez Muñiz, Emmanuel et Ioh. Fernandez Lopez, Georgius Bonsor miserunt acad. histor. Matrit., *boletin de la acad.* X 1887 p. 308.

5435 Fragmenta duo diversa rep. *en la Peña de la Sal.*

a ⊃TVA — *b* ARM

Sebastianus Gomez Muñiz, Emmanuel et Ioh. Fernandez Lopez, Georgius Bonsor miserunt acad. histor. Matrit., *boletin de la acad.* X 1877 p. 306.

In *b* fortasse latere Carmonis nomen viderunt editores.

5436 Carmone, fragmentum marmoreum, rep. d. 20 m. Mart. a. 1887, *en el Alcazar, en un sillar de hormigon desprendido de una hilada del lienzo superior, entre la torre de la Polvora y la pequeña de los Aljibes*, altum m. 0.07, latum 0.08.

S

Sebastianus Gomez Muñiz, Emmanuel et Ioh. Fernandez Lopez, Georgius Bonsor miserunt acad. histor. Matrit., *boletin de la acad.* X p. 307.

V. *MARCHENA* p. 190.

n. 1301—1303.

1304 Habet etiam Murat. 1650,3 'e schedis Martinii Sanctii' ponitque Auximi (inde Colucci *Piceno* V p. 78; CIL IX n. 628*).

1305 (v. infra n. 5437).

1306 Titulus nec Ilipulensis est, ut putabat Grotefendius, nec Astigitanus, quod voluit Kubitschek (de orig. trib. Rom. p. 142), sed huius loci.

1307—1482.

Cum etiam titulus n. 1300 ab Antiquo collocetur Marcenae, non Maurenae, ut Strada edidit, de *Mayrena* iam nullum omnino extat testimonium epigraphicum delendumque est oppidum illud e numero eorum, in quibus reliquiae aetatis Romanae repertae sunt. Ceterum quod Cilpe urbem nummi unius rarissimi ibi (*en el cerro de Montemolin*) collocavit Delgado (*nuevo metodo* I 1871 p. 118 ss.) eamque non diversam putat a Silpia Livii (XXVIII 12), id prorsus incertum est. Silpis enim Livii probabiliter nunc fere statuitur non diversa esse ab Ilipa (non Elinga) Polybii (XI 20). Sane typi demonstrant Cilpen illam si qua fuit ad regionem hanc pertinere. Typus autem equi currentis, quem nummi illi habent atque exhibet etiam ara quaedam non inscripta reperta Marchenae, tam frequens est per totam Hispaniam, ut per se nihil demonstret.

5437 ad n. 1305. Marcenae in quodam templo.

D · M · S
CALPVRNIA
C · F · TVSCVLINA
QVAE VIXIT
ANNOS LXXII
H S E S T T L

Sanutus f. 308, Fiinardianus *l.* 86[1] vv. non divisis; quod est exemplum optimum.

VI. VRSO, COLONIA GENETIVA IVLIA VRBANORVM cum vicinia p. 191. 701. XLIII.

n. 1463. 1454 (v. infra n. 5438). 1456.

1406 Sergium hunc Plautum scriptorem esse a Plinio in indice auctorum libri XVII et a Quintiliano II 14,2 III 6,53 VIII 5,33 XI, 24 memoratum, a Seneca epist. 58,5 (indeque ab Apollinare Sidonio epist. praef. carm. 14) male cum Cicerone confusum observavit recte D. Detlefsenus in commentatione inscripta *kurze Notizen über einige Quellenschriftsteller des Plinius* (Programma gymnasii Glückstadiensis, a. 1881, 4.) p. 6.

1467 Est in Donii ms. f. 62 (non 82). 1405—1418.

1415 Habet etiam e Caro Murat. 1678.10 'e schedis Martioli Sanctii' ponitque Auximi, sed Hispanam esse recte ex formula *pius in suos* concludit; e Muratorio habent Colucci *Piceno* 5 p. 76 et Orell. 1757 cum adnotatione Hagenbuchii; v. CIL IX 658*.

1455 Iam vidi Hispali in museo a. 1881. 1451. 1422.

Ursonis nomen vix notum antea rei epigraphicae cultoribus splendore non vulgari nunc iam fulget, postquam detectae ibi sunt inde ab anno 1873 tabulae aeneae, quae ad legem pertinent a Caesare dictatore ipso mortis suae anno oppido datam. Ex hac lege, quam infra posui (n. 5438), etiam nomina oppidi primum innotuerunt perscripta. Nam cum *coloniae* et *colonorum* vocabula passim in ea legantur, nomina ita exhibentur

coloniae:

COLON · G · IVL	I 4,15
COLON · G · I	I 5,52
C · G · IVL	II 2,57. 3.37
C · G · I	I 4,33. 5,7. 11 IV 1,25. 30. 45. 5,12. 38. 39. 52. 3,4. 15. 35
COLON · GENET	I 2,32
COLON · GEN	III 3,37
COL · GENET	III 5,6
COL · GEN	IV 1,17. 18
C · G	I 0,15 III 5,10 IV 1,4. 13. 5,36. 43. 58 3,14 35. 40
COLON · IVL	I 5,57 II 5,17. 55. 27. 31. 3,14
C · IVL	I 5,14

colonorum:

COLONI · GENEtIVI	IV 1,30
COL · GEN · IVL	IV 3,34
C C G IVLIAE	IV 3,11
C · C · G · IVL	II 5,5. 15. 52. 3,36 III 1,25
C · C · G · I	II 3,35 III 5,18 IV 1,55. 45. 5,28. 36. 45. 3,31
C · C · G	III 5,31

Apparet inde coloniam publice appellatam esse *Geneticam Iuliam*, colonos *Geneticos Iulienses*. Eadem nomina leguntur in titulis quibusdam (n. 5439 = 1404. 5441) scripta litteris singularibus sollemnibus. Ursonis nomen inter nomina publice recepta non usurpabatur secundum consuetudinem aetatis vetustioris; sed nominatur *res publica Ursoaensium* in titulo saeculi tertii (n. 1406); testimonia scriptorum, quae idem nomen servaverunt, composui supra p. 191. Plinii verba *Urso quae Genua urbanorum* (III § 12) inde emendanda esse in *Urso quae Gen[eti]va* statim apparuit. Genetivae nomen a Venere genetrici, numine gentis Iuliae tutelari, derivandum esse observavit O. Hirschfeldius. Urbanorum cognomen propterea additum est, quod coloni origine urbani eo deducti sunt a Caesare. Notum enim est Caesarem octoginta civium milibus in transmarinas colonias distributis urbem exhausisse, ut Suetonius ait (Caes. c. 42); indeque etiam illud explicatur Ursonem inter eas Caesaris colonias fuisse, in quibus initio etiam libertinos in ordinem decurionum et ad honores admissos esse probabile est. Quod Ptolemaei libri scripti habent Οὐρβώνη (II 4,10), inde pronum quidem est coniectura Οὐρσώνη efficere, ut fecerunt editores; sed tamen fieri potest ut Urbanae cognomen in forma illa aliquo modo coaluerit cum Ursonis nomine. Similiter quod apud scriptorem belli Hispaniensis oppidum, quod nullum aliud esse potest quam Urso secundum locorum naturam in bello illo enumeratorum, constanter *Ursavo* scribitur, non Urso, id inde videtur explicandum esse, quod scriptori *Urgavonis* oppidi plane diversi, hodie *Arjona* dicti et prope Cordubam siti, nomen in memoria haesit. Id enim oppidum Caesaris exercitus ab ora Hispaniae orientali Cordubam profectus necessario tetigit (v. supra p. 394). Oppidum vero hodiernum in ipso situ Ursonis vetustae collocatum esse cum tituli docuerunt ibi reperti antiquitus et nuper, tum necropolis in viva rupe iuxta lapicaedinas detecta in suburbiis, similiter prorsus atque Carmone (supra p. 848). Sepulcra multa in rupem incisa et picturis ornata ibi inventa sunt, tituli nulli. Tamen ex ornamentorum et picturarum genere ea quoque sepulcra saeculorum potissimum primi atque alterius post Ch. n. esse apparet, minime vero christianis hominibus attribuenda, ut putabat Demetrius de los Rios, qui ea descripsit in dissertatione *las Cuevas de Osuna y sus pinturas murales, arte cristiano* (*museo español de antigüedades* vol. X 1885 p. 271 ss.). Ceterum similiter atque Carmone et in aliis oppidis Hispaniae ulterioris vetustis Ursone quoque ante muros theatri reliquiae comparuerunt (Rios p. 273 ss.). Ludos scaenicos Ursone aeque atque in aliis coloniis ad urbis exemplum edi solitos fuisse ipsa lex Ursonensis docuit. Itaque de situ oppidi antiqui nulla iam restat dubitatio. Eodem autem sepulcrorum loco etiam tabulae legis Ursonensis repertae sunt.

Didicimus praeter alia multa ex hac lege, Ursonem coloniam Caesaris esse. Nam VII 4, 15 de agro coloniae haec dicuntur, *qui iussu C. Caesaris dict*(*atoris*) *imp*(*eratoris*) *et lege Antonia senat*(*us*)*que c*(*onsulto*) *pl*(*ebi*)*que sc*(*ito*) *ager datus atsignatus erit*, et paullo infra v. 31 de colonia Genetiva, *quae iussu C. Caesaris dict*(*atoris*) *ded*(*ucta*) *est*; denique IX 1, 15 magistratus appellantur *iussu C. Caesaris dict*(*atoris*) *co*(*n*)*s*(*ulis*) *prove co*(*n*)*s*(*ule*) facti. Itaque deducta est colonia iussu Caesaris lege de ea re a M. Antonio lata; quod illustratur Ciceronis testimonio in Philippicis (V 4, 10), qui cum eis legibus, quas M. Antonius tulerit, populum non teneri censeret, illud addidit: *siquam legem de actis Caesaris confirmandis deve dictatura in perpetuum tollenda deve colonis in agros deducendis tulisse M. Antonius dicitur, easdem leges de integro ... ferri placet.* Unde non in Italia tantum, sed etiam in provinciis legibus Antoniis colonias a Caesare deductas esse iam novimus. Ursonensibus agrum Caesar videtur ademisse et colonis urbanis attribuisse propterea quod oppidum inter ea fuerat, quae etiam post victoriam Mundensem a Pompeianorum partibus stabant, et quod fortissime se defendit contra exercitus Caesariani oppugnationem (bell. Hisp. c. 41). Attribuit autem agros colonis *ex lege Iulia* (VII 3, 16), i. e. e lege sua agraria. Nam caput legis Mamiliae LIIII, quod servavit corpus gromaticorum (p. 263 s. ed.

Lachmanni), quam legem non differre a lege Iulia agraria dudum observatum est, adest in lege coloniae Genetivae c. CIIII ita, ut, quod in illa lege de agro in universum dispositum est, in hac redeat iisdem verbis repetitum de agro coloniae huius.

De magistratibus, administratione, populo et incolis coloniae quae ex hac lege discimus multa et nova, cum ad omnes eius generis colonias pertineant, non est huius loci ut diligentius persequamur. Illud tantum hoc loco est animadvertendum, titulis non frequentibus quidem, sed vetustis ex parte, qui Ursone prodierunt, plane ea confirmari, quae lex nos docuit. Nominantur enim in eis *patronus* senator (n. 1406), *duo viri* (n. 1404; qui idem fuit centurio legionis Caesarianae tricesimae; n. 5441), *pontifex perpetuus* (n. 5441), *praefectus fabrum* (n. 5442). Tituli sepulcrales in necropoli reperti, de qua supra dixi, item e reliquis non pauci, saeculi sunt primi. Ceterum haec quoque colonia vetusta posteriore aetate minus videtur floruisse, si titulorum infrequentiae aliquid tribuimus. Sane superest titulus statuae Bruttii Praesentis, ut videtur (n. 1405); sed hic unicus est eius aetatis et posterioris omnino Ursone servatus.

Ad titulos iam editos pauca infra adnotavi. Qui novi accesserunt (n. 5440—5448) de tribu Ursonensium quaestionem quamquam non absolvunt, tamen Galeriam eam fuisse ex titulo n. 5442 (ut posuit Kubitschek de Romanarum tribuum origine et propagatione p. 128. 153) non sequitur. In Sergia enim censebantur magistratus coloniae duo (n. 5438=1404 et n. 5441). Itaque cum duae Augusti, ut videntur, in Baetica coloniae in Galeria fuerint (Corduba et Hasta), Caesaris una in Sergia (Hispalis, itemque Tucci et Ucubi), in Papiria Astigi (Kubitschek p. 158), Ursonem utrum Sergiae an Galeriae adscribamus per se dubium est.

Non procul ab Ursone aliud videtur fuisse municipium Romanum *Tispi* nomine, quod aliunde notum non est, praeterquam quod tituli aliquot inter Ursonenses servati memoriam eius continent (n. 1407, de cuius lectione iam dubitari non potest, n. 5443. 5447); ubi situm fuerit, nondum exploratum est.

De situ monumentis nummis Ursonensibus dixerunt nuper Emmanuel Berlanga Malacitanus et Franciscus Matthaeus Gago Hispalensis apud Delgadum (*nuevo metodo* II p. 325 ss.).

5438 ad n. 1404. Columna adhuc extat *en la Dehesa de Buena Vista, legua y media de Osuna.* Ectypum accepi ab Emmanuele Berlanga, cui dederat Eduardus I. Navarro. Quamquam evanidum est, praesertim versu 1, tamen lectionem testium veterum plane confirmat.

C · VETTIVS · C · F · SER
CENTVR · LEG · XXX
II · VIR · ITERVM
C · C · G · IVL · SACRVM · DAT

Litterae sunt aetatis sive Augusti sive Caesaris; v. 4 solvendus *colonorum coloniae Genetivae Iuliae.*
Edidit Berlanga *los bronces de Osuna* (1873) p. 303.

5439 Sub finem a. 1870 vel ineunte a. 1871 repertae sunt tabulae aeneae tres (vel potius duae; nam altera aut vi aut casu in duas partes effracta est) prope Ursonem loco quodam, quem accuratius is qui invenit tum indicare noluit. Emit eas a. 1871 Franciscus Caballero Infante y Zuazo Hispalensis et Hispalim transtulit in domum suam. Ibi postquam amplius annum integrum ineditae remanserunt, vidit eas mense Martio a. 1872 Emmanuel Berlanga, atque paullo post emptae sunt ab eius cognato Georgio Loring, Marchione de Casa-Loring, Malacitano et inlatae in museum in praedio *de la Concepcion* prope Malacam sito, ubi adhuc servantur una cum tabulis Malacitana et Salpensana, cum pacto fiduciae aliisque monumentis epigraphicis et artis Romanae. Qui statim propagati sunt de hoc invento rumores vagi et paene fabulosi (scilicet quindecim vel adeo tres et viginti tabulae inscriptae non repertae esse narrabantur), ii ex parte sane postea comprobati sunt. Iam a. 1873 tabulas duas amplius is qui priores vendiderat emendas proposuit Georgio Loring, a quo cum pretium quod exegerat obtinere non potuisset, a. 1875 simul ase obtulit museis Parisino et Berolinensi. Iamque in eo res erat, ut pretium de quo convenerat solveretur a museo Berolinensi, cum per antiquarios Hispalenses certiores facti intercederent ei qui in Hispania tum institutionem publicam cultumque sacrum fovebant magistratus supremi. Iussu regis Ursonem missus est, quem academia historica Matritensis ei negotio destinaverat, Iohannes de Deo de la Rada y Delgado brevique, quamquam semper metuens ne superveniret Berolino delegatus praedam sibi ablaturus, possessori, qui morbum puto simulans primum omne negotium cum Rada recusaverat, pretio soluto tabulas accepit; quae exinde servantur in museo archaeologico Matritensi. Narravit haec omnia Rada ipse in dissertatione sua infra indicata, ubi etiam instrumentum venditionis publici iuris factum est integrum. Didicimus inde Giraud et ego eum, in cuius praedio tabulae omnes inventae sunt, non fuisse Franciscum Martinum Ocaña, cuius ille nomine, utpote parentis, usus erat consulto in litteris suis Berolinum et Parisios datis, ut sibi ipsi aliquam servaret libertatem, sed Iohannem Michaelem Martinum Zambrano. Deinde locum, ubi tabulae prodiissent, loratus, ut in instrumento negotii explicatur, edixit fuisse *al este de Osuna, entre una hacienda llamada Olivar del Postigo y la haza del tio Blanquet, 200 metros de la capilla de San Sebastian en la esquina ultima de la calle de Granada*; non procul a lapicaedinarum et sepulcrorum loco, de quibus supra dictum est. Confirmavit veritatem, quod eodem loco effossionibus a Rada et Gago institutis cum aliis antiquitatis reliquiis prodiit ibi fragmentum tabulae Matritensis alterius, quod in angulo superiore eius laevo adhuc deerat. Denique etiam illud Rada didicit ab amicis suis Hispalensibus et Ursonensibus, iam initio saeculi XVII Ursone tabulam aliquam legis Ursonensis repertam esse, quae postea interiit. Scilicet servatur apud Martinum Zambrano historia Ursonis manuscripta, quae inscripta est ita: *historia, antigüedad y excelencias de Osuna, siendo corregidor de esta villa en el año de 1746 D. Antonio Garcia de Cordoba.* In eo autem libro f. 81 haec leguntur: *en el año de 1608 descubrió un vecino de esta villa, arando sus tierras, en el sitio que llaman la Boca del Sabinal, que dista media legua de ella, un hueco, en que halló una hornillo de ladrillo, y dentro una lamina de bronze, en que estaban varias ordenanzas dadas á esta villa por el pueblo y senado romano, en idioma latino; sobre cuyo hallazgo se hicieron diligencias iudiciales por D. Fernando Enrique de Rivera, gobernador que entonces era, y por ante Alonso Mariscal, escribano*'. Frustra vero Rada tabulam hanc aeneam, in qua scriptae erant sermone Latino institutiones variae datae Ursoni a senatu populoque Romano, quam vix dubitari licet quin una fuerit ex legis Ursonensis, cut acta de ea conscripta a notario Ursonensi investigavit; etenim archii sui chartas omnes Ursonenses, ut reliqui fere facere solebant magistratus oppidorum Hispanorum, die est quod venum dederunt pretio vilissimo. Locus autem, e quo prodiit tabula illa, e regione adversa eius loci est, ubi inventae sunt tabulae posteriores. Itaque iam videtur paene certum esse, de quo antea licebat dubitare, nullas praeterea Ursone inventas esse aut celari adhuc legis tabulas. Nam decennio interim et quod excedit elapso vix credi potest eo usque processisse astutiam Martini Zambrano avaritiam, ut adhuc retineret partem inventi sui. Atque publice servari monumenta illa insignia in Hispania, ubi reperta sunt, consentaneum sane est neque invidemus ea Hispanis. Illud autem optamus, ut etiam reliquae eiusdem legis tabulae et quaecunque praeterea aut latent in regionibus illis instrumenta ve-

QVI ACCVSAEITVE · AR · HIS IVDICIBVS EO IVDICIO AESOLVI
IVESTO QVI ITA AESOLVTVE · EEIT · QVOD · IVDICIVM prAEVARI
CANCN CAVSA IAITVM NON SIT IS · SO IVDICIO · N L AESOLVTVS ESTO

SI QVIS DECVRIO · C · G · DECVRIONEM · C G · N · L DE INDIGNITATE AC
Cxxiiii CVSABIT · EVM · QVEM ACCVEABIT EO IVDICIO N · L · CONDEMNA
EIT · IE QVI QVEM EO IVDICIO EX · H · L · CONDEMNARIT SI VOLET
IN · EIVS LOCVM QVI · CONDEMNATVS · EEIT · SENTENTIAM DICE
RE · EX H · L · LICETO · ITQVE · EVM · E · F · S · IVEE LEGE EECTEQ · M
CERE LICETO · EIVSQVE · IS · LOCVS · IN DECVRIONIBVS · SEN
TENTIAE · DICENDAE · ROGANDAE · N · L · ESTO

QVICVMQVE · LOCVS LVDIS · DECVRIONIEVS DATVS DESIGNATVS
Cxxv RELICTVSVE ERIT · EX · QVO · LOCO DECVRIONES LVDOS · SPECTARE
O · NEQVIS IN EO LOCO NISI · QVI · TVM · DECVRIO · C · G · ERIT QVI
VS TVM MAGISTRATVS · IMPERIVM · POTESTATEMVE · COLONOS
EVPFRAGIO GERET IVSSVQVS · C · CAESA RIS · DICT · COS · PROVE
COS · NAREEIT · QVIVE · PRO QVO · IMPERIO POTESTATEVE TVM
IN COL · GEN · ERIT · QVIEVSQVE LOCVS IN DECVRIONVM LOCO
EX · D D · COL · GEN · D · O · QVOD DECVRIONES D E E CVM NON MINVS
DIMIDIA PARS DECVRIONVM ADFVERIT CVM · E E · CONSVLTA · ERIT ·
NEQVIS PRAETER EOS QVI S · S · S · QVI · LOCVS · DECVRIONISVS DA
TVS ATSIGNATVS RELICTVSVE ERIT IN EO LOCO SEDETO NEVE
QVIS ALIVM IN EA · LOCA · SESSVM DVCITO NEVE · SESSVM dVCI
IVRETO · S · D · M SI QVIS ADVERSVE EA · SEDERIT · SC · D M siuE
QVIS ATVERSVS · EA SESSVM DVXEEIT DVCIVE IVSSEEIT SC D · M
IS · IN RES · SING · QVOTIENSCVMQVE QVIT D · E R · ATVIFSVE · EA
FECERIT · HS · IↃↃ · C · C · G · I · D · D · ESTO · EIVSQVE · PECVNIAe · CVI · EORVM
VOLET · REC · IVDICIO · APVT · IIVIR · PRAEFVE · ACTIO PETITIO PERSE
CVTIO · EX · h · l · I · POTESTQVE · E ·

IIVIR · AED · PRAEF · QVICVMQVE C · G · I · LVDOS · ECAENICOS · FACIET SI
Cxxvi VE QVIS ALIVS C G · I · LVDOS SCAENICOS · FACIET · COLONOS · GENETI
VOS INCOLASQVS · HOSPITES · ATVENTOESSQVE · ITA SESSVM DV
CITO · ITA · LOCVM · DATO DIETRIBVITO ATSIGNATO VTI D · E R DE
EO LOCO DANDO ATSIGNANDO DECVEIONSS · CVM NON · MIN
L DECVRIONES CVM E · R C INDECVRIONIEVS ADFVERINT
DECREVERINT STATVERINT · S · D · M · QVOT · ITA · AR DECVRIONIE
DE LOCO DANDO ATSIGNANDO STATVENOO DECEETVM ERIT
IT H · L · I · F · Q ESTO NEVE · IS QVI · LVDOS FACIET · ALITER ALIOVE
MODO EEEEVM DVCITO NEVE DVCI · IVEETO · NEVE LOCVM · DATO
NE DARI IVBETO NEVE · LOCVM · ATTRIEVITO · NEVE ATTEIEVI
IVRETO NEVE LOCVM ATSIGNATO · NEVE · ATSIGNAEI · IVRETO NE
VE QVIT · FACITO QVOD A · L · ITER · ALIOVE · MODO · ADQVE · VTI ·
LOCVS DATVS ATSIGNATVS ATTRIBVTVSVE ERIT SEDEANT NE
VE FACITO QVO QVIS ALIENO LOCO SEDEAT · SC · D M QVI ATVER
SVS · EA FECERIT IS IN RES SINGVLAS QVOTIENSEVMQVE QVIT
ATVERSVS · EA · FECEEIT · HS IↃↃ · C C · G · I · D D E · EIVSque PECVNI
AE CVI VOLET REC · IVDICIO AIVT · IIVIR PRAEFVE ACTIO PE
TITIO PEESECVTIOQVE N · L · IVS POTESTASQVE ESTO

QVI CVMQVE LVDI · SCAENICI · C · G · I · FIENT NE QVIS IN OR
Cxxvii CHESTRAM LVDORVM
PROVE · MAG P R · QVIVE
PVERIT · ET SIQVIS SENA
QVIS · PRAEF · PAEI
QVI PROVINC · NISP
ERIT OPTINEEIT · ERVNT ·
DECVRIONEM SEDEEE ·
QVI S · S · S · NE QVIS
DORVM · CAVSA · SEDE
PR · Q · I · DF · DVCIT
NIVE IN EO LOCO S

II · AED · PRAEF · C · G · I · QVI
Cxxviii IMPERIOQ · FACITO C
VQ · EF · IVE · DM ·
ADMODVM · DECVI
QVE ANNO FIANT
LVDOS CIRCSNSES ·
FACIENDA CVEEN
REBVS MAG · CREA
DIS SACRIFICIIS F
CIENDIS · DECVRIO
EA · OMNIA · ITA F
QVAE S · S · E · QVOT
DECESVERINT IT IV
ATQVOS · EA EES · P
EX N L · FACERE OPO
ATVEESVS EA FECEE
EVS · EA · FECERIT · HS ·
CVI EORVM VOLET
PRAEF · ACT
IVS POT ESTO

IIVIR · AEDILES PRAEF C · G I Q
Cxxix CVMQE ERVNT · I · I OMNES
CIVNTOQVE VTI QVOT C N
NIA AOANT FACIANT · V · Q E F
SVS EA FECERIT · S C · D M · IS · IN
EOR VOLET · REC IVDIC · APVT
IVE POTESTASQVE · E

NEQVIS IIVIR AED PRAEF · C G I QVICV
Cxxx CONSVLITO NEVE D D · FACITO
NEVE QVIS DECVR D E R Q · D
EITO NEVE INTAEVLAS PV
SENATOR · SENATORISVE F
VM PARTIVM D D SENTEN
TVM REFERETVR · CONSVLETV
ERIT SIQVIS ADVERSVS EA · AD
CVRAVERIT INVE TABVLAS publi
SENTENTIAM · DIXERIT · D VE · l · a
CVRAVERIT · IN RES SING QVOtie
D D E EIVSQVE PECVNIAS CVI eor
PETITIO PERSECVTIOQVe · ex h.

NEVEQVIS IIVIR · AED PRAEF · c · g · i
Cxxxi

.S IVDICIBVS EO IVDICIO ABSOLVI
IS · ERIT · QVOD · IVDICIVM PRAEVARI
IT IS · EO IVDICIO · H L ABSOLVTVS ESTO

NIS · C G · H · L DE INDIGNITATE AC
SASIT EO IVDICIO H · L · CONDEMNA
O EI · H · L · CONDEMNARIT SI VOLET
SIRNATVS · ERIT · SENTENTIAM DICE
XE · EVM · S · F · S · IVRE LEGE RECTEQ · M
· LOCVS · IN DECVRIONIBVS · SEN
.NDAE H · L · ESTO

ECVRIONIBVS DATVS DESIGNATVS
LOCO DECVRIONES LVDOS · SPECTARE
QVI · TVM · DECVRIO · C · G · ERIT QVI
IPERIVM · POTESTATEMVE · COLONOS
· C · CAESA RIS · DICT · COS · PROVE
D QVO · IMPERIO POTESTATEVE TVM
IQVE LOCVS IN DECVRIONVM LOCO
QVOD DECVRIONES D S E CVM NON MINVS
VERIT CVM · E R · CONSVLTA · ERIT ·
· I · E · QVI · LOCVS · DECVRIONIBVS DA
I ERIT IN EO LOCO SEDETO NEVE
SESSVM DVCITO NEVE · SESSVM DVCI
ADVERSVE EA · SEDERIT · SC · D M SIVE
I EVERIT DVCIVE IVSSERIT SC D · M
ICVMQVE QVIT D · S E · ATVIPSVS · EA
· B · ESTO · EIVSQVE · PECVNIAE · CVI · EORVM
· IIVIR · PRAEFVE · ACTIO PETITIO PERSE
E · S ·

G · I · LVDOS · SCAENICOS · FACIET SI
S SCAENICOS · FACIET · COLONOS · GENETI
ATVENTORESQVE · ITA SESSVM DV
ISTRVITO ATSIGNATO VTI D · E R DE
ANDO DECVRIONES · CVM NON · MIN
E C INDECVRIONIBVS ADFVERINT
· · D · E · QVOT · ITA · AB DECVRIONIB
ANDO STATVENDO DECRETVM ERIT
I · M QVI · LVDOS FACIET · ALITER ALIOVE
SVCI · IVBETO · NEVE LOCVM · DATO
CVE · ATTRIBVITO · NEVE ATTRIBVI
ATO · NEVE · ATSIGNARI · IVBETO NE
TER · ALIOVE · MODO · ADQVE · VTI ·
ATTRIBVTVSVE ERIT SEDEANT NE
LOCO SEDEAT · SC · D M QVI ATVER
I SINGVLAS QVOTIENSCVMQVE QVIT
HS · C C · G · I · D D E · EIVSQVE PECVNI
O AIVT · IIVIR PRAEFVE ACTIO PE
IVS POTESTASQVE ESTO

· G · I · FIENT NE QVIS IN OR

Cxxvii CHESTEAM LVDORVM SPECTANDOR · CAVSA PRAETER MAG
PROVE · MAG P R · QVIVE · I · D P ET SI QVIS SENATOR P R EST ERIT
FVERIT · ET SIQVIS SENATORIS P · F · R · EST ERIT FVERIT ET SI
QVIS · PRAEF · FABRVM EIVS MAG · PROVE MAGISTRATO
QVI PROVINC · HISPANIAE VLTERIOREM · BAETICAE · PRA
ERIT OPTINEBIT · ERVNT · ET · QVOS · EX · H · L · DECVRION LOCO
DECVRIONEM SEDERE · OPORTET · OPORTEBIT · PRAETER · EOS
QVI S · S · S · NE QVIS IN · ORCHESTRAM · LVDORVM SPECTAN
DORVM · CAVSA · SEDETO · NEVE QVISQVE MAG · PROVE MAG ·
PR · Q · I · DP · DVCITO · NEVE QVEM QVIS SESSVM DVCITO
NIVE IN EO LOCO SEDERE SINITO VTI · Q · R F · ESOM

II · AED · PRAEF · C · G · I · QVICVNQVE ERIT · IS · SVO · QVOQVE ANNO MAG
Cxxviii IMPERIOQ · FACITO CVRATO QVOD · EIVS · FIERI POTERIT
VQ · R F · IVS · D M · MAG · AD FANA · TEMPLA · DELVBRA · QVE
ADMODVM · DECVRIONES CENSVERINT SVO QVEM
QVE ANNO FIANT · EAQVE D D · SVO QVOQVE ANNO
LVDOS CIRCENSES · SACRIFICIA · PVLVINARIAQVE
FACIENDA CVRENTQVE ADMODVM QVITQVIT · DE IIS
RIEVE MAG · CREANDIS DIS CIRCENSIBVS FACIEN
DIS SACRIFICIIS PROCVRANDIS PVLVINARIBVS FA
CIENDIS · DECVRIONES · STATVERINT DECREVERINT
EA · OMNIA · ITA FIANT · DEQVE IIS OMNIBVS · REBVS
QVAE R · E · R · QVODCVNQVE DECVRIONES STATVERINT
DECREVERINT IT IVS RATVMQVE ESTO EIQ OMNES
ATQVOS · EA RES · PERTINEBIT · QVO T QVEMQVE EORVM
EX H I · FACERE OPORTEBIT · FACIVNTO S · D · M · SIQVIS
ATVERSVS EA FECERIT QVOTIENSQVE QVIT · ATVER
SVS · EA · FECERIT · HS · CCIↃↃ · C · C · G · I · O · D · E · EIVSQVE · PECVN
CVI EORVM VOLET · REC · IVDIC · APVT IIVIR
PRAEF · ACTIO · PETITIO · PERSECVTIOQ · E H · L
IVS POT ESTO

IIVIR · AEDILES PRAEF C · G I QVICVMQVE ERVNT DECVRIONESQ C G I · QVI
Cxxix CVNQE ERVNT · I · I OMNES D D DILIGENTER PARENTO OPTEMPERANTO S D M PA
CIVNTOQVE VTI QVOT C N M Q EOS DECVRIONVM D AGERE FACERE D EA OM
NIA AGANT FACIANT · V · Q R F · E V S · D M · SI QVIS ITA NON FECERIT EIVS QVIT ATVER
SVS EA FECERIT · S C · D M · IS · IN RES SING HS CCIↃↃ C G · I · D D E · EIVSQVE PECVNIAE CVI
EOR VOLET · REC IVDIC · APVT IIVIR PRAEFVE · ACTIO PETITIO PERSECVTIOQVE EX H · L
IVS POTESTASQVE · E

NEQVIS IIVIR AED PRAEF · C G I QVICVNQVE ERIT AD DECVRION C G REFERTO NEVE DECVRION
Cxxx CONSVLITO NEVE D D · FACITO NEVE O E R IN TABVLAS · P · REFERTO NEVE REFERRI · IVBETO
NEVE QVIS DECVR D R E Q · D · R · A · INDECVRIONIE SENTENTIAM · DICITO NEVE D O SCRI
BITO NEVE INTABVLAS PVBLICAS REFERTO NEVE REFERVNDVM CVRATO QVO QVIS
SENATOR · SENATORISVE F P R C G PATRONVS ATOPETVR SVMATVS FIAT NISI DE TRI
VM PARTIVM D D SENTENT PER TABELLAM FACITO ET NISI DE EO HOMINE DE QVO
TVM REFERETVR · CONSVLETVR D FIAT QVI CVM S R A IN ITALIAM SINE IMPERIO PRIVATVS
ERIT SIQVIS ADVERSVS EA · AD · decVRION RETTVLERIT D VS D FECERIT FACIENDVMVE
CVRAVERIT INVE TABVLAS publicas RETTVLERIT REFERRIVE IVSSERIT SIVE QVIS INDECVRIONIB
SENTENTIAM DIXERIT · D VE · d · scripserit IN TABVLAS PVBLICAS RETTVLERIT REFERENDVMVE
CVRAVERIT · IN RES SING QVOTIENSCVMQVE QVIT ATVERSVS EA FECERIT · ex HS CCCIↃↃↃ CCCI
D D E EIVSQVE PECVNIAE CVI eor · volet · REC · IVDIC · APVT IIVIR INTERREGEM PRAEF ACTIO
PETITIO PERSECVTIOQVE ex h · l · i potESTQVE · E

NEVEQVIS IIVIS · AED PRAEF · g · i · quicVNQVE ERIT AD · DECVRIONES C G REFERTO NEVE O CON
Cxxxi

ARLIE MAG
P R EST ERIT
FVERIT ET EI
RAGISTRATO
TICAR · PRA
DECVRION LOCO
ARTES · EOS
VM SPECTAN
EEDVR BAG ·
VS BVCITO
F · ESDM

VE ANNO MAG
EI POTERIT
EVERA · QVE
VO QVSM
DQVE ANNO
IARIAQVE
VIT · RE IIS
IS PACIEN
IRIEVS FA
CERVIRINT
CE · EEEVS
IATVEEINT
L OMNES
VI EDEVM
E · EIQVIS
· ATVER
SSQVE · PECVN
IS
E H·L

QCGI · QVI
ANTO E D M FA
ICIRE D EA ON
SIVE QVIT ATVER
QVE PECVNIAE CVI
IOQVE EX H · L

I NEVE DECVRION
S REFERRI · IVBETO
E NEVE D D SCRI
RATO QVO QVIS
FIAT NISI DE TRI
HOMINE DE QVO
IMPERIO PRIVATVS
ERIT FACIENDVMVE
QVE INDECVRIONIB
IT REFERENDVMVE
HS CCIↃↃ CCCI
EN PRAEF ACTIO

RETO NEVE D CON

SVLITO NEVE D D EACITO NEVE·D E R IN TABVLAS PVBLICAS REFERTO NEVE REFERRI·IVBETO
NEVE QVIS DECVRIO D E R IN DECVRIONIS SENTENTIAM DICITO NEVE D D SCRIBITO NE
VE IN TABVLAS PVBLICAS REFERTO NEVE REFERVNDVM CVRATO QVO QVIS SENATOR
SENATORIS VE F · P R C O · I HOSPES ATOPTETVR HOSPITIVM TESSERASVE HOSPIALES CVM
QVO Fiat NISI DE MAIOSIS P DECVRIONVM SENTENTIA · PER TABELLAM FACITO ET NISI
DE EO HOMINE DE QVO TVM REFERETVR CONSVLETVR D D FIAT QVI CVM E R A IN ITALIAM
SINE IMPERIO PRIVATVS ERIT SIQVIS ADVERSVS EA AD DECVRIONES RETTVLERIT DVS
D·FIERIT FACIENDVMVE CVRAVERIT INVE TABVLAS PVBLICAS RETTVLERIT RE
FERRIVE IVSSERIT SIVE QVIS IN DECVRIONIBVS SENTENTIAM DIXERIT · DVS·D
SCRIPSERIT IN TABVL PVBLIC RETTVLERIT REFERENDVMVE CVRAVERIT
IS · IN RES SING QVOTIENSCVMQVE QVIT ADVERSVS EA FECERIT HS CCIↃↃ C C
D IVLIAE · D · D · E · EIVSQVE PECVNIAE CVI EORVM VOLET · RECV · IVDIC
APVT IIVIR PREFVE ACTIO PETITIO PERSECVTIOQVE H L · IVS POTESTQVE · ESTO

NE QVIS · IN·C·G · POST · H · L · DATAM PETITOR · KANDIDATVS
LI Cxxxii QVICVMQVE · IN C · D · I · MAG · PETET MAGISTRATVSVE · PETEN
DI CAVSA · IN EO ANNO · QVO QVISQVE · ANNO · PETITOR
KANDIDATVS MAG · PETET PETITVRVSVE · ERIT · MAG · PE
TENDI · CONVIVIA · FACITO · NEVE · AT CENAM QVEMVE
VOCATO · NEVE CONVIVIVM · HABETO NEVE FACITO · SCPM
QVO QVIT SVAE PETITIONIS · CAVSA CONVIVM HABEAT
AD CENAMVE · QVEMVE VOCET · PRAETER · DVM · QVOD IP
SE KANDIDATVS PETITOR · IN EO ANNO · MAG PETAT
VOCARIT · DVM I XXXI · DIES SIND N · VIIII · CONVIVM
HABETO SI VOLET E D M · NEVE QVIS PETITOR KANDIDATVS
DONVM MVNVS ALIVDVE · QVIT · DET · LARGIATVE · PETI
TIONIS · CAVSA · SC · D · M · NEVE QVIS · ALTERIVS · PETITIONIS
CAVSA CONVIVIA FACITO · NEVE QVEM · AD CENAM VOCA
TO NEVE CONVIVIVM · HABETO · NEVE QVIS ALTERIVS · PE
TITIONIS CAVSA · CVI · QVIT · DONVM MVNVS ALIVTVE QVIS
DATO DONATO · LARGITO · S C · D · M · SI QVIS ATVERSVS EA
FECERIT HS IↃↃ · C · C · G · I D D · E · EIVSQVE · PECVNIAE · CVI · EOR
VOLET · REC · IVDIC APVT IIVIR · PRAEF · ACTIO PETITIO PER
SECQVE EX · H · L · I · POTEST · QVE ESTO

QVI COL · GEN · IVL · H · L · SVNT · ERVNT · EORVM OMNIVM VXO
LI Cxxxiii RES QVAE · IN · C · G · I · H · L · SVNT · EAE MVLIERES LEGIBVS C G I VI
RIQVE PARENTO · IVRAQVE · EX · H · L QVAECVMQVE IN
HAC · LEGE · SCRIPTA SVNT · OMNIVM RERVM EX · H L · HABEN
TO · S · D M

NE QVIS · IIVIR · AEDIL · PRAEFECTVS C G QVICVMQVE ERIT POST
LI Cxxxiv H · L · AD DECVRIONES C · D · REFERTO NEVE · DECVRIONES · CONSV
LITO NEVE D · D FACITO · NEVE · DS · R · IN TABVLAS PVBLICAS RE
FERTO NEVE REFERRI IVBETO NEVE QVIS DECVRIO CVM E
R A INDECVRIONIBVS · SENTENTIAM · DICITO · NEVE D D
SCRIBITO NEVE IN TABVLAS PVBLICAS REFERTO NEVE re
FERVNDVM CVRATO · QVO CVI PECVNIA · PVBLICA · Aliudve
QVID HONORIS · HABENDI · CAVSA · MVNERISVE · Dandi pol
LICENDI STATVA DANDA PONENDA DETVR DONetur

ERIT · TVM QVICVMQVE · DECVRIO · AVGVR · PONTIFEX · HVIVSQVE
COL · DOMICILIVM · IN EA COL · OPPIDO · PROPIVSVE · IT · OPPIDVM · P · ∞
NON · HABEBIT · ANNIS · V · PROXVMIS VNDE PIGNVS EIVS QVOT·SATIS
SIT · CAPI · POSSIT · IS · IN · EA · COL · AVGVR PONTIF · DECVRIO · NE ES
R TO · QVIVE · IIVIRI · IN EA COL · ERVNT · EIVE NOMEN · DE DECVRIO
NIBVS SACERDOTIBVSQVE · DE TABVLIS PVBLICIS · EXIMENDVM
CVRANTO V · Q · R · F · R · V · I · DQ · EOS IIVIR · S · R · S · P · L ·

IIVIRI QVICVMQVE · IN · EA · COLON MAG · HABEBVNT EI DE LEGATIO
Xcii NIBVS PVBLICE MITTENDIS · AD DECVRIONES · REFERVNTO CVM
M · P · DECVRION · EIVS · COLON · ADERIT · QVOT · QVE DE HIS · REBVS
MAIOR PARS EORVM QVI · TVM · ADERVNT · CONSTITVERIT ·
LXXIII Ne quis intra fines oppidi colon(iae)ve, qua aratro | circumductum erit, hominem mortuom | inferto neve ibi humato neve urito neve homin|is mortui monimentum aedificato. Si quis | adversus ea fecerit, is c(olonis) c(oloniae) G(enetivae) Iul(iae) (sestertium V milia) d(are) d(amnas) esto | eiusque pecuniae cui volet petitio perse|cu|tio exactioq(ue) esto. Itque quot inaedificatum | erit IIvir aedil(is)ve dimoliendum curanto. Si | adversus ea mortuus inlatus positusve erit, | expianto uti oportebit.

LXXIV Ne quis ustrinam novam, ubi homo mortuus | combustus non erit, pro[p]ius oppidum pas|sus D facito. Qui adversus ea fecerit, (sestertium V milia) c(olonis) | c(oloniae) G(enetivae) Iul(iae) d(are) d(amnas) esto, eiusque pecuniae cui volet peti|tio persecutioq(ue) ex h(ac) l(ege) esto.

LXXV Ne quis in oppido colon(iae) Iul(iae) aedificium detegito | neve demolito neve disturbato, nisi si praedes | IIvir(um) arbitratu dederit se [re]aedificaturum, aut | nisi decuriones decreverint, dum ne minus L ad|sint, cum e(a) r(es) consulatur. Si quis adversus ea fece[rit], | q(uanti) e(a) r(es) e(rit), t(antam) p(ecuniam) c(olonis) c(oloniae) G(enetivae) Iul(iae) d(are) d(amnas) e(sto), eiusq(ue) pecuniae qui volet pe|titio persecutioq(ue) ex h(ac) l(ege) esto.

LXXVI Figlinas teglarias maior[e]s tegularum CCC tegulariumq(ue) in oppido colon(iae) Iul(iae) ne quis habeto. Qui | habuerit, i[t] aedificium iuque locus publicus | colon(iae) Iul(iae) esto, eiusq(ue) aedifici quicumque in c(olonia) | G(enetiva) Iul(ia) i(ure) d(icundo) p(raerit), s(ine) d(olo) m(alo) eam pecuniam in publicum redi|[g]ito.

1, 7 II del. | 10 POTERIT] OPORTEBIT aes (cf. v. 22), corr. Momms. | 32 SACRIIS aes | 34 FVERINT] IT aes, corr. Momms. | 2, 13 PROPRIVS aes | 19 REAAEDIFICATVRVM aes: magis fuit reaed- (vel redaed-, quod praefero) quam peraed- Momms. | 21 FECE (om. RIT) aes | 24 MAIORES aes | 26 ITA·AEDIFICIVM aes | 27 post AEDIFICII quaedam videntur excidisse Mommseno | 28 REDICITO aes

LXXVII Si quis vias fossas cloacas IIvir aedil(is)ve publice | facere inmittere commutare aedificare mu|nire intra eos fines, qui colon(iae) Iul(iae) erunt, volet, | quot eius sine iniuria privatorum fiet, it is face|re liceto.

LXXVIII Quae viae publicae itinerave publica sunt fuerunt | intra eos fines, qui colon(iae) dati erunt, quicumq(ue) | limites quaeque viae quaeque itinera per eos a|gros sunt erunt fueruntve, eae viae eique limites | eaque itinera publica sunto.

LXXIX Qui fluvi rivi fontes lacus aquae stagna paludes | sunt in agro, qui colon(is) h[u]iusc(e) colon(iae) divisus || erit, ad eos rivos fontes lacus aquasque sta|gna paludes itus actus aquae haustus iis item | esto, qui eum agrum habebunt possidebunt, uti | iis fuit, qui eum agrum habuerunt possederunt. | Itemque iis, qui eum agrum habent possident ha|bebunt, possidebunt, itineris aquarum lex ius|que esto.

LXXX Quot cuique negotii publice in colon(ia) de decur(ionum) sen|tentia datum erit, is cui negotium datum erit e|ius rei rationem decurionib(us) reddito referto|que in dieb(us) CL proxumis [quibus] it negotium confecerit | quibusve it negotium gerere desierit, quot eius | fieri poterit s(ine) d(olo) m(alo).

LXXXI Quicumque IIvir(i) aed(iles)ve colon(iae) Iul(iae) erunt, ii scribis | suis, qui pecuniam publicam colonorumque | rationes scripturus erit, antequam tabulas | publicas scribet tractetve, in contione palam | luci nundinis in forum ius iurandum adigi|to per Iovem deosque Penates 'sese pecuniam pu|blicam eius colon(iae) concustoditurum ratio|nes|que veras habiturum esse, u(ti) q(uod) r(ecte) f(actum) e(sse) v(olet) s(ine) d(olo) m(alo), ne|que se fraudem per litteras facturum esse sc(ientem) | d(olo) m(alo)'. Uti quisque scriba ita iuraverit, in tabulas | publicas referatur facito. Qui ita non iurave|rit, is tabulas publicas ne scribito neve aes | apparitorium mercedemque ob e(am) r(em) kapito. | Qui ius iurandum non adegerit, ei (sestertium V milium) mul|t(a) esto, eiusq(ue) pecuniae cui volet petitio persecutio(que) ex h(ac) l(ege) esto.

LXXXII Qui agri quaeque silvae quaeq(ue) aedificia c(olonis) c(o|loniae) G(enetivae) I(uliae), | quibus publice utantur, data adtributa e|runt, ne quis eos agros neve eas silvas ven|dito neve locato longius quam in quinquen|nium, neve ad decuriones referto, neve decu|rionum consultum facito, quo ei agri eaeve | silvae veneant aliterve locentur. Neve, si ve|nierint, itcirco minus c(oloniae) G(enetivae) Iul(iae) sunto. Quique iis | rebus fruc[t]us erit, quei se emisse dicat, is in | iuga sing(ula) inque annos sing(u|los sestertios) C c(olonis) c(oloniae) G(enetivae) Iul(iae) d(are) d(amnas) || [esto, *eiusque pecuniae cui volet petitio persecutioque ex hac lege esto.*

. . . .

XCI *Si quis ex hac lege decurio augur pontifex coloniae Genetivae Iuliae factus creatusve*] erit, tum quicumque decurio augur pontifex huiusque | col(oniae) domicilium in ea col(onia) oppido propiusve it oppidum p(assus) ∞ | non habebit annis V proxumis, unde pignus eius quot satis | sit capi possit, is in ea col(onia) augur pontif(ex) decurio ne esto, qui[q]ue IIviri in ea col(onia) erunt, eius nomen de decurio|nibus sacerdotibusque de tabulis

2, 35-37 fortasse scribendum QVIQVE LIMITES PER EOS AGROS SVNT ERVNT (deletis vocabulis CVM et QVAEQVE VIAS QVAEQVE ITINERA et FVERVNTVE): Momms. | 40 H/VS·C·COLON aes; nec licebat mihi vere qui colon(iae) huius c(olonis) colon(iae) Momms. | 3, 1 QVA del. | 11 QVIBVS om. aes | 30 KAPITO aes antea habuit, sed correxit caelator | 38 MVLTAB aes | 38 FRVCLVS aes | 1, 1-2 proponuntur in tabula Berlangae; supplevit Momms. | 6 QVIVE aes

publicis eximendum | curanto, u(ti) q(uod) r(ecte) f(actum)
e(sse) v(olet), idq(ue) eos IIvir(os) s(ine) f(raude) s(ua)
f(acere) l(iceto).
IIviri quicumque in ea colon(ia) mag(istratum) habebunt,
XCII ei de legatio|nibus publice mittendis ad decuriones re-
ferunto, cum | m(aior) p(ars) decurion(um) eius colon(iae)
aderit, quotque de his rebus | maior pars eorum qui
tum aderunt constituerit, | it ius ratumque esto. Quamque
legationem ex h(ac) l(ege) exve | d(ecurionum) d(ecreto),
quot ex hac lege factum erit, obire oportuerit | neque
obierit qui lectus erit, is pro se vicarium ex eo | ordine,
uti hac lege de(curionum)ve (decreto) d(ari) o(portebit),
dato. Ni ita dederit, in | res sin(gulas), quotiens ita
non fecerit, (sestertium X milia) colon(is) hu|iusque co-
l(oniae) d(are) d(amnas) e(sto) eiusque pecuniae [q]ui volet
petitio | persecutioque esto.
Quicumque IIvir post colon(iam) deductam factus creatusve |
XCIII erit quive [praef(ectus)] ab IIvir(o) e lege huius co-
loniae relic|tus erit, is de loco publico neve pro loco
publico neve | ab redemptor(e) mancipe praed(e)ve do-
num munus mercedem | aliutve quid kapito neve acci-
pito neve facito, quo | quid ex ea re at se suorumve
quem perveniat. Qui at|versus ea fecerit, is (sestertium
XX milia) c(olonis) c(oloniae) G(enetivae) Iul(iae) d(are)
d(amnas) e(sto), eius|que pecuniae [q]ui vo[l]et petitio
persecutioque esto.
Ne quis in hac colon(ia) ius dicito neve cuius in ea co-
XCIIII lon(ia) | iuris dictio esto nisi IIvir(i) aut quem IIvi[r]
praef(ectum) | reliquerit aut aedil(is), uti h(ac) l(ege) o(por-
tebit). Neve quis pro eo | imper(io) potestat(e)ve facito,
quo quis in ea colonia | ius dicat, nisi quem ex h(ac)
l(ege) dicere oporte(bit).
Qui reciperatores dati erunt, si eo die quo iussi erunt | non
XCV iudicabunt, IIvir prae(f(ectus))ve ubi e(a) r(es) a(gitur) eos
rec(iperatores) | eumque cuius res a(gitur) adesse iubeto
diemque cer||tum dicito, quo die atsint, usque adeo,
dum e(a) r(es) | iudicata erit, facitoque, uti e(a) r(es) in
diebus XX | proxumis, quibus d(e) e(a) r(e) rec(ipera-
tores) dati iussive e|runt iudicare, iudic(etur), u(ti) q(uod)
r(ecte) f(actum) e(sse) v(olet). Testibusque | in eam rem
publice dum taxat h(ominibus) XX, qui colon(i) | inco-
laeve erunt, quibus [i]s qui rem quaere|[t] volet, de-
nuntietur facito. Quibusq(ue) ita tes|timonium [d]enun-
tiatum erit quique in tes|timonio dicendo nominati erunt,
curato, | uti at it iudicium atsint. Testimoniumq(ue), si
quis quit earum rer(um), quae res tum age|tur, sciet aut
audierit, iuratus dicat faci|to, uti q(uod) r(ecte) f(actum)
e(sse) v(olet), dum ne omnino amplius | h(omines) XX
in iudicia singula testimonium dice|re cogantur. Neve
quem invitum testimo|nium dicere cogito, [q]ui ei, [cuia]
r(es) tum age|tur, gener socer, vitricus privignus, patro-
n(us) | lib(ertus), consobrinus [sit] propiusve eum ea co-
gna|tione adfinitat[e]ve contingat. Si IIvir | praef(ectus)ve,
qu[i] e[x] re colon(iae) petet, non ade|rit ob eam rem, quot
ei morbus sonticus, | vadimonium, iudicium, sacrificium,
funus | familiare feriaeve de[n]icales erunt, quo | minus
adesse possit, sive is propter magistra|tus potestatemve
p(opuli) R(omani) minus atesse poterit: | quo magis eo
absente de eo cui [i]s negotium | facesset recip(eratores)
sortiantur reiciantur res iu|dicetur, ex h(ac) l(ege) n(ihil)
r(ogatur). Si privatus petet et is, cum | de ea re iu-
dicium fieri oportebit, non aderit | neque arbitratu IIvir(i)
praef(ecti)ve ubi e(a) r(es) a(getur) excu|sabitur e[i] harum
quam causam esse, quo minus | atesse possit, morbum
sonticum, vadimonium, | iudicium, sacrificium, funus
familiare, feria[s] | de[n]icales eumve propter mag(istratus)
potestatemve | p(opuli) R(omani) atesse non pos[s]e: post
ei earum [rerum, quarum] | h(ac) l(ege) quaestio erit,
actio ne esto. Deq(ue) e(a) r(e) siremps || lex resque
esto, qu[a]s[i] si neque iudices [d]electi neq(ue) recip(e-
ratores) | in eam rem dati essent.
Si quis decurio eius colon(iae) ab IIvir(o) praef(ecto)ve
XCVI postulabit, | u[t]i ad decuriones referatur, de pecunia publi-
de|que multis poenisque deque locis agris aedificis | publi-
cis quo facto qu[a]eri iudicarive oporteat: tum | IIvi[r]
qui[v]e iuri dicundo praerit d(e) e(a) r(e) primo | quoque
die decuriones consulito decurionum|que consultum facito
fiat, cum non minus m(aior) p(ars) | decurionum atsit,
cum ea re[s] consuletur. Uti m(aior) p(ars) | decurio-
num, qui tum aderint, censuer(int), ita ius | ratumque
esto.
Ne quis IIvir neve quis pro potestate in ea colon(ia) | fa-
XCVII cito neve ad decur(iones) referto neve d(ecurionum) d(e-
cretum) facito | fiat, quo quis colon(is) colon(iae) patro-
n(us) sit atopteturve praeter eum [c]u[i] c(olonia)
a(grorum) d(andorum) a(tsignandorum) i(us) ex lege Iulia
est eum|que qui eam colon(iam) deduxerit liberos poste-
ros[q]ue | eorum, nisi de m(aioris) p(artis) decurion(um)
(qui tum ad)erunt per tabellam | sententi[a], cum non
minus L aderunt, cum e(a) r(es) | consuletur. Qui at-
versus ea feceri[t], (sestertium V milia) colon(is | eius
colon(iae) d(are) d(amnas) esto, eiusque pecuniae colon(o-
rum) eius | colon(iae) [q]ui volet petitio esto.
Quamcumque munitionem decuriones huius|ce coloniae decre-
XCVIII verint, si m(aior) p(ars) decurionum | atfuerit, cum e(a)
r(es) consuletur, eam munitionem | fieri liceto, dum ne
amplius in annos sing(ulos) in|que homines singulos pu-
beres operas quinas et | in iumenta plaustraria iuga sin-
g(ula) operas ter|nas decernant. Eique munitioni aed(i-
les) qui tum | erunt ex d(ecurionum) d(ecreto) praesunto.
Uti decurion(es) censu|erint, ita muniendum curanto, dum
ne in|vito eius opera exigatur, qui minor annor(um)
XIIII | aut maior annor(um) LX natus erit. Qui in ea
colon(ia) | intrave eius colon(iae) fin[e]s domicilium praedi|
umve habebit neque eius colon|iae colon(us) erit, is ei|
dem munitioni uti colon(us) par[e]to.
Quae aquae publicae in oppido colon(iae) Gen(etivae) ||
XCVIIII adducentur, IIvir, qui tum erunt, ad decuriones, | cum
duae partes aderunt, referto, per quos agros | aquam
ducere liceat. Qua p[ar]s maior decurion(um), | qui tum
aderunt, duci decreverint, dum ne | per it aedificium,
quot non eius rei causa factum | sit, aqua ducatur, per
eos agros aquam ducere | i(us) p(otestas)que esto, neve
quis facito, quo minus ita | aqua ducatur.
Si quis colon(us) aquam in privatum caducam du|cere volet

1, 5 EXIMENDM aes | 8 ·I·DQ· | S·F·S·F·L) sic in aere emendatum est, fuit ibi S·F·F·F·L || 14 OBI·ERIT aes | is pro se vicarium .... dato: ni ita dederit) scribendum fuit nec pro se vicarium .... dederit Momms. || 15 decreto om. aes || 18 HS CCIↃↃ || 17 CVI || 20 PRAEF QVI || 22 REDEMPTORI || 25 HS CCIↃↃ CCIↃↃ || 26 CVI || VOIET || 28 IIVIRI aes | 30 fortasse quo Momms. || 31 OPORTERI aes || 33 FOABLVE || 2, 5 TAXAT aes | 6 HIS | QVAERE|RE | 8 DENVNTIATVM | 10 CVI ET QVAE aes; cf. Cicero Verr. 1, 1, 54, 142: ut optima condicione sit is, cui res est Momms. || 18 sit om. aes || 19 ATFINITATEMVE aes || 20 corr. Dernburg: EA QE aes || 21 post non aderit (also videntur excidisse: cum de ea re iudicium fieri oportebit, eo absente de eo cui is negotium facesset reciperatores sortiantur reiciantur res iudicetur: si non aderit Momms. || 23 DEDICALES

2, 26 IIS || 31 ET || 33 FERIAE || 34 DEDICALES || 35 POSSIT | QVARVM R·E· || 36 SI·REMPS || 3, 1 QVOS || SELECTI aes || 5 IIVIR aes corr. ex IIIVIR || 6 VII aes || 8 FACTO aes idque retinendum esse admonuit Buecheler: pacto Huschkius || QVERI || 7 IIVIRI || QVIQVE aes || 8 CVM in ipso aere inter versus suppletum est || RE || 10 QVE || 11 POSTEROSVE || 12 ERVNT || 13 SENTENTIAM || 16 FECERI/ || HS IↃↃ || 22 CVI aes || 24 post M·P· in aere erasae sunt litterae duae, fortasse D·D || 30 FINIS || 34 PA-RENTO || 4, 1—5 proponuntur in tabula Berlangae || 1 PRAS aes (sic): fuit PRAS

Tab. III

C Isque at IIvir(um) adierit postulabit[q]ue, uti ad decuriones referat, tum is IIvir, a quo | ita postulatum erit, ad decuriones, cum non mi|nus XXXX aderunt, referto. Si decuriones m(aior) p(ars), qui | tum adfuerint, aquam caducam in privatum duci | censuerint, ita ne aqua utatur quot sine priva|t[i] iniuria fiat, i(us) potest(as)que e(sto).

Quicumque comitia magistrat[ib]us creandis subrogan|dis ha-
CI bebit, is ne qu[em] eis comitis pro tribu accip|ito neve renuntiato neve renuntiari iubeto, | qui [in] e[a]rum qu[a] causa erit, [e] qu[a e]um h(ac) l(ege) in colon(ia) | decurionem nominari creari ieve decurionibus | esse non oporteat non liceat.

IIvir qui h(ac) l(ege) quaeret iud(icium)[ve] exercebit, quod
CII iudicium | uti uno die fiat h(ac) l(ege) praestitu[tu]m non est, ne quis | eorum ante h(oram) [I] neve post horam XI diei quaerito | neve iudicium exerceto. Isque IIvir in singul(os) | accusatores, qui eorum delator erit, ei h(oras) IIII, qui | subscriptor erit, h(oras) II accusandi potest(atem) facito. Si | quis accusator de suo tempore alteri concesserit, | quot eius cuique concessum erit, eo amplius cui | concessum erit dicendi potest(atem) facito. Qui de suo | tempore alteri concesserit, quot eius cuique conces|serit, eo minus ei dicendi potest(atem) facito. Quot horas | omnino omnib(us) accusatorib(us) in sing(ulas) actiones di|cendi potest(atem) fieri oporteb(it), totidem horas et alte|rum tantum reo quive pro eo dicet in sing(ulas) actiones || dicendi potest(atem) facito.

Quicumque in col(onia) Genet(iva) IIvir praef[ectus]ve i(ure)
CIII d(icundo) praerit, [eum] colon(os) | incolasque contributos quocumque tempore colon(iae) fin(ium) | [tu]endorum causa armatos educere decurion(es) cens(uerint), | quot m(aior) p(ars) qui tum aderunt decreverint, id s(ine) f(raude) s(ua) f(acere) l(iceto). [Ei]que IIvir(o) aut quem IIvir armatis praefecerit idem | ius eademque anim[a]dversio esto, uti tr(ibuno) mil(itum) p(opuli) R(omani) in | exercitu p(opuli) R(omani) est, itque e(i) s(ine) f(raude) s(ua) f(acere) l(iceto) i(us) p(otestas)que e(sto), dum it, quot | m(aior) p(ars) decurionum decreverit qui tum aderunt, fiat.

Qui limites decumanique intra fines c(oloniae) G(enetivae)
CIIII deducti facti|que erunt, quaecumq(ue) fossae limitales in eo agro erunt, | qui iussu C. Caesaris dict(atoris) imp(eratoris) et lege Antonia senat(us)que | c(onsultis) pl(ebi)que sc(itis) ager datus atsignatus erit, ne quis limites | decumanosque opsaeptos neve quit immolitum neve | quit ibi opsaeptum habeto, neve eos arato, neve eis fossas | opturato neve opsaepito, quo minus suo itinere aqua | ire fluere possit. Si quis adversus ea quit fecerit, is in | res sing(ulas), quotienscumq(ue) fecerit, (sestertios mille) c(olonis) c(oloniae) G(enetivae) I(uliae) d(are) d(amnas) esto | eiusq(ue) pecun(iae) [q]ui volet petitio p(ersecutio)q(ue) esto.

4, 11 VB | 12 CVM *aes* | 13 EA *in ipso aere inter versus suppletum est* | PRIVA|TIM | 17 MAGISTRATVS | 11 QVA *aes* | 18 *sic aes corr. ex* DENVNTIARI | 20 EORVM QVAE *aes, corr. Berlanga ex legis Malacitanae c. LIIII* | QVAS IVM *aes*, QVAE TVM *Berlanga legit restituens* qua tum: propter quam eum *lex Malac. l.* | 21 VE *s. v. am. aes* | 21 PRAESTITVM *aes* | 25 H·L· *aes* | 5, 2 *Is quocumque tempore eum colonos incolasque contributosque voluit Momms.* | 4 contributosque *Huschkius probabiliter* | 4 *sic aut defendendorum scribendum*: DIVIDENDORVM *aes* | 1 18|QVE | 1 ANIMA·ADVERSIO | 10 DECVMANI QVI | 15 EIS *aes cum Accerismo, eas Guelf.* | 17 *in* POSSIT *videtur* T *postea adiecto esse* | 15 IIII ∞ | 11 CVI *aes*

Legis Maniliae Rosciae Peducaeae Alliena Fabiae c. LIIII (p. 263 Lachm.)

Qui limites decumanique hac lege deducti | erunt, quaecumque fossae limites[1]) in eo agro erunt, | qui | ager hac lege[2]) datus adsignatus erit, ne quis eos limites | decumanosve[3]) obsaeptos neve quid in eis[4]) molitum neve | quid ibi oppositum[5]) habeto, neve eos arato, neve eis fossas | opturato neve qui saepito[6]), quo minus suo itinere aqua | ire fluere possit. Si quis adversus ea quid fecerit[7]), in | res singulas, quotienscumque fecerit, HS·S[8]) colonis municipibusve eis, in quorum agro id factum erit, dare damnas esto, |[9]) pecuniae qui volet petitio hac lege esto.

1) *scr.* limitales 2) *sic G(uelf.), cum ins. A(rcer).* 3) *scr.* decumanosque 4) eis *del.* 5) *scr.* opsaeptum 6) *scr.* neve opsaepito 7) *ins.* in 8) *sic. A*, ∞ IIII *G*, *scr.* HS ∞ 9) eiusque *ins. Mommsenus.*

Tab. III

Si quis quem decurion(um) indignum loci aut ordinis de-
CV curionatus esse dicet, praeterquam quot libertinus | erit, et ab IIvir(o) postulabitur, uti de ea re iudici|um reddatur, IIvir, quo de ea re in ius aditum erit, | ius dicito iudiciaque reddito. Isque decurio, | qui iudicio condemnatus erit, postea decurio | n[e] esto neve in decurionibus sententiam dici|to neve IIvir(atum) neve aedilitatem petito neve | quis IIvir comitis suffragio eius rationem | habeto neve IIvir(um) neve aedilem renunti|ato neve renuntiari sinito.

Quicumque c(olonus) c(oloniae) G(enetivae) erit, quae iussu
CVI C. Caesaris dict(atoris) ded(ucta) | est, ne que[m] in ea col(onia) coetum conventum coniu|[rationem

(*desunt c. CVI finis, CVII—CXXII tota, CXXIII principium*)

IIvir ad quem de ea re in ius aditum erit, ubi iudicibus,
[CXXIII] *apud quos ea res agetur, maiori parti eorum planum factum non erit eum de quo iudicium datum est decurionis loco indignum esse, eum*] qui accusabitur ab his iudicibus ea iudicio absolvi | iubeto. Qui ita absolutus erit, quod iudicium [pr]aevari|ca(tio)n(is) causa (fac)tum non sit, is eo iudicio h(ac) l(ege) absolutus esto.

Tab. IV

Si quis decurio c(oloniae) G(enetivae) decurionem c(oloniae)
CXXIIII G(enetivae) h(ac) l(ege) de indignitate ac|cusabit, eum[que] quem accusabit eo iudicio h(ac) l(ege) condemna|rit, is qui quem eo iudicio ex h(ac) l(ege) condemnarit, si volet | in eius locum qui condemnatus erit sententiam dice|re, ea h(ac) l(ege) liceto itque eum s(ine) f(raude) s(ua) iure lege recteq(ue) fa|cere liceto, eiusque is locus in decurionibus sen|tentiae dicendae rogandae h(ac) l(ege) esto.

Quicumque locus ludis decurionibus datus (at)signatus | re-
CXXV lictusve erit, eo quo loco decuriones ludos spectare | o(portebit), ne quis in [e]o loco, nisi qui tum decurio c(oloniae) G(enetivae) erit qui|ve tum magist[r]atus imperium potestatemve colono[r(um)] | suffragio gerel iussuque C. Caesaris dict(atoris) co(n)s(ulis) prove | co(n)s(ule) habebit, quive pro quo imperio potestateve tum | in col(onia) Gen(etiva) erit, quibusque loc[o]s in decurionum loco | ex d(ecreto) d(ecurionum) col(oniae) Gen(etivae) d(ari) o(portebit), quod decuriones de[c]r(everint), cum non minus | dimidia pars decurionum adfuerit cum e(a) r(es) consulta erit, | Ne quis praeter eos, qui s(upra)

5, 20 NI *aes* | 27 *sic aes corr. ex* PETITIO | 28 DICI | 30 NEQVE *aes* | 1, 6 IVDICIVM SEVABI *aes, ut quadratarius elemento* RA *in exemplari dignoscere non potuisse videatur* | 8 CANCN | EASTVM *aes* | 1 *que om. aes* | 8 *fin.* FA *aes corr. ex* M | 12 DESIGNATVS | 13 IO | 11 MAGIST ATVS *aes* | COLONOS *aes, fortasse ex* O *factum* O | 10 TVM | 13 LOCVS *aes, em. Buecheler* | 16 D S R *aes*

Tab. IV

s(cripti) s(unt), qui locus decurionibus da[tus atsignatus I, 21
relictusve erit, in eo loco sedeto neve | quis alium in 22
ea loca sessum ducito neve sessum [d]uci | iubeto s[c](iens) 23
d(olo) m(alo). Si quis adversu(s) ea sederit sc(iens)
d(olo) m(alo) [siv]e | quis atversus ea sessum duxerit 24
ducive iusserit sc(iens) d(olo) malo, | is in res sing(ulas), 25
quotienscumque quit d(e) e(a) r(e) atv[er]sus ea | fecerit, 26
(sestertium V milia) c(olonis) c(oloniae) G(enetivae) I(uliae)
d(are) d(amnas) esto, eiusque pecunia[e q]ui eorum |
volet rec(iperatorio) iudicio aput IIvir(um) praef(ectum)ve 27
actio petitio perse|cutio ex [h(ac) l(ege)] i(us) potest(as)que 28
e(sto).

IIvir, aed(ilis), praef(ectus) quicumque c(oloniae) G(ene- 29
CXXVI tivae) I(uliae) ludos scaenicos faciet, si]ve quis alius 30
c(oloniae) G(enetivae) I(uliae) ludos scaenicos faciet, co-
lonos Geneti|vos incolasque hospites[que] atventoresque 31
ita sessum du]cito, ita locum dato distribuito atsignato, 32
uti d(e) e(a) r(e) de | eo loco dando atsignando decurio- 33
nes, cum non min(us) | L decuriones, cum e(a) r(es) 34
c(onsuletur), in decurionibus adfuerint, | decreverint sta- 35
tuerint s(ine) d(olo) m(alo). Quot ita ab decurionib(us) | 36
de loco dando atsignando statu[tum] decretum erit, | it 37
h(ac) l(ege) i(us) [r(atum)]q(ue) esto. Neve is qui ludos
faciet aliter aliove | modo sessum ducito neve duci iubeto 38
neve locum dato | ne[ve] dari iubeto neve locum attri- 39
buito neve attribui | iubeto neve locum atsignato neve 40
atsignari iubeto ne|ve quit facito, qu[o] aliter aliove modo, 41
adque uti | locus datus atsignatus attributusve erit, se- 42
deant, ne]ve facito, quo quis alieno loco sedeat, sc(iens) 43
d(olo) m(alo). Qui atver|sus ea fecerit, is in res sin- 44
gulas, quotien[sc]umque quit | atversus ea fecerit, (ses- 45
tertium V milia) c(olonis) c(oloniae) G(enetivae) I(uliae)
d(are) d(amnas) e(sto) eiu[squ]e pecuni]ae [q]ui volet 46
rec(iperatorio) iudicio aput IIvir(um) pr[a]ef(ectum)ve
actio pe|titio persecutioque h(ac) l(ege) ius potestasque 47
esto.

Quicumque ludi scaenici c(oloniae) G(enetivae) I(uliae) fient, 48
CXXVII ne quis in or||chestr[a] ludorum spectandor(um) causa 2, 1
praeter mag(istratus) | prove mag(istratu) p(opuli) R(o- 2
mani) qeive i(ure) d(icundo) p(raerit) [a]t si quis senator
p(opuli) R(omani) est erit | fuerit et si quis senatoris 3
f(ilius) p(opuli) R(omani) est erit fuerit et si | quis prae- 4
f(ectus) fabrum eius mag(istratus) prove magistrat[u], |
qui provinc(iarum) Hispaniar(um) ulteriorem Baeticae 5
pr]aerit optinebit, er[i]t et quos ex h(ac) l(ege) decurio- 6
n(um) loco | decurionem sedere oportet oportebit, Prae- 7
ter eos | qui s(upra) s(cripti) s(unt) ne quis in orchestr[a] 8
ludorum spectan]dorum causa sedeto neve quisque ma- 9
g(istratus) prove mag(istratu) | p(opuli) R(omani) q(ui) i(ure) 10
d(icundo) p(raerit) ducito neve quem quis sessum ducito |
n[e]ve in eo loco sedere sinito, uti q(uod) r(ecte) f(actum) 11
e(sse) {v(olet)} s(ine) d(olo) m(alo).

IIvir) aed(ilis) pra[e]f(ectus) c(oloniae) G(enetivae) I(uliae) 12
CXXVIII quicumque erit, is suo quoque anno mag(istratu) | im- 13
perioq(ue) facito curato, quod eius fieri poterit, | u(ti) 14
q(uod) r(ecte) f(actum) e(sse) v(olet) s(ine) d(olo) m(alo),

Tab. IV

mag(istri) ad fana templa delubra, que(m) | ad modum 2, 15
decuriones censuerin[t], suo qu[o]|que anno fiant e[i]qu[e] 16
d(ecurionum) d(ecreto) suo quoque anno | ludos circen- 17
ses, sacr[i]ficia, pulvinariaque | facienda curent, que[m] 18
[a]d modum quitquit de iis | rebus mag(istris) creandis, 19
[lu]dis circensibus facien|dis, sacrificiis procu[r]andis, 20
pulvinaribus fa|ciendis decuriones statuerint decreverint, | 21
ea omnia ita fiant. Deque iis omnibus rebus | quae 22. 23
s(upra) s(criptae) s(unt) quotcumque decuriones statuerint
decreverint, it ius ratumque esto, eiq(ue) omnes, | at quos 24. 25
ea res pertinebit, quot quemque eorum | ex h(ac) l(ege) 26
facere oportebit, faciunto s(ine) d(olo) m(alo). Si quis |
atversus ea [f]ecerit, quotiens[cum]que quit atver|sus ea 27. 28
fecerit, (sestertium X milia) c(olonis) c(oloniae) G(ene-
tivae) I(uliae) d(are) d(amnas) e(sto) eiusque pecun(iae) |
[q]ui eorum volet rec(iperatorio) iudic(io) apud IIvir(um) | 29
praef(ectum)[ve] actio petitio persecutioq(ue) e(x) h(ac) 30
l(ege) | ius pot(estas) esto. 31

IIvir(i) aediles praef(ectus) c(oloniae) G(enetivae) I(uliae) 32
CXXIX quicumqu[e] erunt decurionesq(ue) c(oloniae) G(enetivae)
I(uliae) qui|cumq[u]e erunt, ei omnes d(ecurionum) d(ecretis) 33
diligenter parento optemperanto s(ine) d(olo) m(alo) fa|ciun- 34
toque uti quot [que]mq(ue) eor(um) decurionum d(ecreto)
agere facere o(portebit) ea om|nia agant faciant, u(ti) 35
q(uod) r(ecte) f(actum) e(sse) v(olet) s(ine) d(olo) m(alo).
Si quis ita non fecerit sive quit atver|sus ea fecerit 36
sc(iens) d(olo) m(alo), is in res sing(ulas sestertium X
milia) [c(olonis)] c(oloniae) G(enetivae) I(uliae) d(are)
d(amnas) e(sto), eiusque pecuniae [q]ui | [e]or(um) volet 37
rec(iperatorio) iudic(io) apud IIvir(um) praef(ectum)ve
actio petitio persecutioque ex h(ac) l(ege) | ius potestasque 38
e(sto).

Ne quis IIvir aed(ilis) praef(ectus) c(oloniae) G(enetivae) 39
CXXX I(uliae) quicunque erit ad decurion(es) c(oloniae) G(ene-
tivae) referto neve decurion(es) | consulito neve d(ecre- 40
tum) d(ecurionum) facito neve d(e) e(a) r(e) in tabulas
p(ublicas) referto neve referri iubeto | neve quis decur(io) 41
d(e) e(a) r(e), q(ua) d(e) r(e) a(getur), in decurionib(us) sen-
tentiam dicito neve d(ecretum) d(ecurionum) scri|bito, neve in 42
tabulas pu[b]licas referto, neve referundum curato, quo quis |
senator senatorisve f(ilius) p(opuli) R(omani) c(oloniae) 43
G(enetivae) patronus atoptetur sumatur fiat nisi de trium 44
partium [d(ecurionum)] senten[t(ia)] per tabellam facito et
nisi de eo homine, de quo | tum referetur consuletu[r, 45
d(ecretum)] d(ecurionum) fiat, qui, cum e(a) r(es) a(ge-
tur), in Itali[a] sine impe[r]io privatus | erit. Si quis 46
adversus ea ad [dec]urion(es) rettulerit d(ecurionum)ve
d(ecretum) fecerit faciendumve | curaverit inve tabulas 47
p(ublicas) rettulerit referrive iusserit sive quis in decu-
rionib(us) | sententiam di[x]erit d(ecurionum)ve [d(ecre- 48
tum) scrips]erit in[ve] tabulas publicas rettulerit referen-
dumve | curaverit, is in res sing(ulas) quo[tienscu]mque 49

I, 22 SESSVM VCI *aes* ‖ 23 S·D·M ‖ ADVERSVSVE ‖ SIVE : E *aes* ‖ 25 ATVIE-SVS ‖ 26 HS IↃↃ ‖ PECVNIA //VI *aes* ‖ EORVM ‖ 28 h. l. *om. aes* ‖ 29 FACI ET *aes* ‖ 31 HOSPITES *om.* que *aes* ‖ 30 STATVENDO attribuendo statutum *correxi* ‖ 37 I·Q *om. r. aes*: I·R·Q *perscriptum legitur* III 1, 12. IV 2, 24, *item in lege Rubria* 1, 20 *Momms.* ‖ 39 NE ‖ 41 QVOD A·L·ITER ‖ 44 QVOTIENSVMQVE ‖ 45 HS IↃↃ ‖ EIV///E ‖ 46 CVI ‖ AIVT ‖ PRAEFVE ‖ 2, 1 ORCHESTRAM ‖ T *pro* ET *aes* ‖ 4 MAGISTRATO *aes* ‖ 5 ERVNT *aes* ERIT *add. Berlanga* ‖ 8 ORCHESTRAM *aes* ‖ 10 *post* I·D·P· *spatium vacat* ‖ 11 NIVE *aes* ‖ VOLET *add. Berl.*, *om. aes* ‖ *excidisse clausulam de iudicio vidit Berlanga* ‖ 12 PRAF ‖ 12. 13. 14 suo quoque anno *dictum ut* sui cuiusque anni *in legis Iuliae municipalis v.* 92. 101: *cf. Lachmannus ad Lucretium* 2, 371, *Madvig ad Ciceronem de fin.* V 17, 46 *Momms.* ‖ 14 V·O·S·F·I·V

2, 14 QVE *aes* ‖ 16 T *in* CENSVERINT *deest in spatio vacuo* ‖ 16 QVEM|QVE ‖ 16 EAQV/ ‖ 18 QVE D *aes* (*fuit* QVEAD) ‖ *fortasse non ea sola insiticia sunt quae expunxi* quitquit *et* ea omnia ita fiant, *sed totum comma* quem ad modum — 22 fiant *Momms.* ‖ 27 QVOTIENSQVE, *corr. Buecheler* (*cf.* III 5, 18. IV 1, 25. 44. 2, 49. 3, 41) ‖ 28 HS CCIↃↃ ‖ 29 CVI *aes* ‖ 29 *fin.* 30 *in. spatium vacat in aere: scilicet omisit is qui primum tabulam inscripsit spatio vacuo relicto ea omnia quae deinde litteris minoribus* 2, 31—3, 13 *quadratarius alius explevit* ‖ 30 VE *om. aes* ‖ 32—35 *proponuntur in tabula Berlangae* ‖ 32 QVICVMQVERVNT ‖ 33 CVMQE *aes* ‖ 34 CNMQ (*sic*) ‖ 35 IACIANT ‖ 36 *in.* SVC ‖ 36 HS CCIↃↃ ‖ c(olonis) *om. aes* ‖ *sic aes corr. ex* VECVNIAE ‖ CVI ‖ 37 *in.* OR *aes* ‖ 39 PEFERTO ‖ 41 D D SENTEN// *aes* ‖ 40 referre consulere decurionum decretum facere *cum supra v.* 39 *iuxta ponatur, hic quoque interpolatio grassata est; potest fuisse* et nisi de eo homine tum referatur consulatur d. d. fiat *Momms.* ‖ ITALIAM ‖ IMPESIO *aes* ‖ 45 IN *om.* VE *aes*

Tab. IV

quit adversus ea fecerit, [is] (sestertium C milia) c(o- 2, 49
lonis) c(oloniae) G(enetivae) I(uliae) | d(are) d(amnas) 50
e(sto), eiusque pecuniae [q]ui [eor(um) vole]t rec(ipera-
torio) iudic(io) aput IIvir(um) interregem praef(ectum)
actio | petitio persecutioqu[e ex h(ac) l(ege) i(us pot]es- 51
t(as)que e(sto).

Neve quis IIvir aed(ilis) praef(ectus) [c(oloniae) G(enetivae) 52
CXXXI I(uliae) quicu]mque erit ad decuriones c(oloniae) G(ene-
tivae) referto neve d(ecuriones) con|sulito neve d(ecre- 3, 1
tum) d(ecurionum) facito neve d(e) e(a) r(e) in tabulas
publicas referto neve referri iubeto | neve quis decurio 2
d(e) e(a) r(e) in decurionib(us) sententiam dicito neve
d(ecretum) d(ecurionum) scribito ne|ve in tabulas publi- 3
cas referto neve referendum curato, quo quis s[e]nator | se- 4
natori[s]ve f(ilius) p(opuli) R(omani) c(oloniae) G(ene-
tivae) I(uliae) hospes atpletur, hospitium tesser[a]ve
hospi[tali]s cum | quo fi[at, n]isi de maio[r]is p(artis) de- 5
curionum sententia per tabellam facito et nisi | de eo 6
[h]omine, de quo tum referetur consuletur, d(ecretum)
d(ecurionum) fiat, qui, cum e(a) r(es) a(getur), in Ita-
li[a] | sine imperio privatus erit. Si quis adversus ea 7
ad decuriones rettulerit d(ecretum)ve | d(ecurionum) fe[c]e- 8
rit faciendumve curaverit inve tabulas publicas rettulerit
re|f[e]rrive iusserit sive quis in decurionibus sententiam 9
dixerit d(ecretum)ve d(ecurionum) | scripserit in[ve] tabu- 10
l(as) public(as) rettulerit referendumve curaverit, | [i]s in 11
res sing(ulas), quotienscumque quit adversus ea fecerit,
(sestertium X milia) c(olonis) c(oloniae) | G(enetivae) 12
Iuliae d(are) d(amnas) e(sto), eiusque pecuniae [q]ui
eorum volet recu(peratorio) iudic(io) | aput IIvir(um) 13
pr[a]ef(ectum)ve actio petitio persecutioque h(ac) l(ege)
ius potest(as)que esto.

Ne quis in c(olonia) G(enetiva) post h(anc) l(egem) datam 14
CXXXII petitor kandidatus, | quicumque in c(olonia) G(enetiva) 15
I(ulia) mag(istratum) petet, [m]agistratu[s] peten|di causa 16
in eo anno, quo quisque anno petitor | kandidatus ma- 17
g(istratum) petet petiturusve erit, mag(istratus) pe|tendi 18
convivia facito neve ad cenam que[m] | vocato neve con- 19
vivium habeto neve facito sc(iens) d(olo) m(alo), | quo 20
qui[s] suae petitionis causa convi[vi]um habeat | ad ce- 21
namve que[m] vocet, praeter dum quod ip|se kandidatus 22
petitor in ea anno, (quo) mag(istratum) petat, | vocar[it] 23
dum taxat [in] dies sing(ulos) h(ominum) VIIII convi[vi]um |
habeto, si volet, s(ine) d(olo) m(alo). Neve quis petitor 24
kandidatus | donum munus aliudve quit det largiatur pe- 25
ti|tionis causa sc(iens) d(olo) m(alo). Neve quis alterius 26
petitionis | causa convivia facito neve quem ad cenam 27
voca|to neve convivium habeto, neve quis alterius pe|- 28
titionis causa cui quit d(on)um munus aliudve qu[id] | 29
dato donato largito sc(iens) d(olo) m(alo). Si quis ad- 30
versus ea | fecerit, (sestertium V milia) c(olonis) c(olo- 31
niae) G(enetivae) I(uliae) d(are) d(amnas) e(sto), eiusque
pecuniae [q]ui eor(um) | volet rec(iperatorio) iudic(io) 32
aput IIvir(um) praef(ectum)[ve] actio petitio per|sec(u- 33
tio)que ex h(ac) l(ege) i(us) potest(as)que esto.

Qui col(oni) Gen(etivi) Iul(ienses) h(ac) l(ege) sunt erunt, 34
CXXXIII eorum omnium uxo|res, quae in c(olonia) G(enetiva) 35
I(ulia) h(ac) l(ege) sunt, eae mulieres legibus c(oloniae)
G(enetivae) I(uliae) vi|rique parento iuraque ea h(ac) l(ege), 36

Tab. IV

quaecumque in | hac lege scripta sunt, omnium rerum 3, 37
ex h(ac) l(ege) hab(en)|to s(ine) d(olo) m(alo). 38

Ne quis IIvir aedil(is) praefectus c(oloniae) G(enetivae), 39
CXXXIV quicumque erit, post | h(anc) l(egem) ad decuriones 40
c(oloniae) G(enetivae) referto neve decuriones consu|lito 41
neve d(ecretum) d(ecurionum) facito n[e]ve d(e) e(a) r(e)
in tabulas publicas re|ferto neve referri iubeto n[e]ve quis 42
decurio, cum e(a) | r(es) a(getur), in decurionibus sen- 43
tentiam dicito neve d(ecretum) d(ecurionum) | scribito 44
neve in tabulas publicas referto nev[e re]|ferundum cu- 45
rato, quo cui pecunia publica a[liutve] | quid honoris 46
habendi causa munerisve d[andi pol]|licendi [prove] sta- 47
tua danda ponenda detur do[netur . . . .
. . . .

3, 37 HAB//TO || 41 NIVS || 42 NIVE *aes* || 47 prove *om. aes*

2, 49 EX HS CCCIↃↃↃ || 50 CVI || 3, 3 SINATOR || 4 TESSERASVE HOSPITALES || 5 MAIOSIS || 6 ITALIAM || 10 IN *aes* || 11 *in.* S *pro* IS *aes* || HS CCIↃↃ || 12 CVI *aes* || 12 *fin. spatium vacat in aere* || 13 PREFVE (*sic*) || 18 MAGISTRATVSVE || 19 QVEMVE || 19 SCPM || 20 QVIT | CONVIVM || 21 QVEMVE *aes* || 22 quo *om. aes* || 23 VOCAR//· || DVM TAXAT /i/ *aes*, DVM AM/// *Berlanga*, *restituens* dum amplius || CONVIVM *aes* || 25 *post* det *inserui* donet || 29 D//VM || QV// || 31 HS IↃↃ | CVI *aes* || 32 ve *om. aes*

Ectypa utriusque tabulae Matritensis optima intercedente oratore nostro apud regem Hispaniae et concedentibus magistratibus Hispanis ea quam expectabamus liberalitate ad nos perlata sunt, Malacitanorum ultro obtulit Berlangae spectata amicitia; unde tabulas iam primum edere licuit paene eadem quam ex archetypis fide. Exempla mea cum archetypis Matritensibus contuli ipse, cum Malacitanis Berlanga, qui de singulis vocabulis saepe rogantem certiorem fecit cura indefessa.

Primus edidit tabulas Malacitanas Emmanuel Rodriguez de Berlanga *los bronces de Osuna* Malacae 1873 (pp. 384, 8.), adiectis imaginibus scripturae quattuor coloribus pictis, cum versione Hispana et commentario amplo, Matritenses idem *los nuevos bronces de Osuna* Malacae 1876 (IX 188 pp., 8.) cum imaginibus scripturae duabus item coloribus pictis versione Hispana commentario; de hoc libro rettulit A. M. Fabié *Boletin de la Acad. de la Hist.* I 1877/9 p. 448 ss.

Deinde ipse edidi tabulas Malacitanas in ephemeride epigraphica vol. II a. 1875 p. 108 ss. cum commentario Mommseni et iterum ibidem denuo recognitas p. 221 ss., Matritenses in eiusdem ephemeridis vol. III a. 1877 p. 87 ss. item cum commentario Mommseni.

Tabulas Matritenses solas ediderunt Ioh. de Deo de la Rada y Delgado et Eduardus de Hinojosa *los nuevos bronces de Osuna* in *museo español de antigüedades* vol. VIII a. 1877 p. 118 ss. cum tabula lithographa, quae imaginem exhibet coloribus pictam tabulae Matritensis primae integrae, et cum commentario amplissimo (cf. *La Academia* vol. I a. 1877 p. 191); quae dissertatio etiam seorsum impressa est (Matriti 1877, 63 pp. fol.).

Textum repetiverunt Carolus Giraud *Journal des Savans* a. 1873 p. 244. 269. 338. 327. 387 ss. tabularum Malacitanarum et inde seorsum *les bronzes d'Osuna* cet. Parisiis 1874 (88 pp.) 8., *les bronzes d'Osuna, remarques nouvelles*, Parisiis 1875 (108 pp.) 8., deinde Matritensium *Journal des Savans* a. 1876 p. 705. 758 et a. 1877 p. 58. 110. 183 ss. indeque seorsum *les nouveaux bronzes d'Osuna*, *nouvelle edition revue, corrigée et augmentée*, Parisiis 1877 (61 pp.) 8., cum commentariis.

Camillus Ré *le tavole di Osuna illustrate* (ex Seraphinii *archivio giuridico* vol. XIX) Romae 1874 (80 pp.) 8.

Georgius Bruns fontes iuris ed. IV p. 110 ss., ed. V p. 112 ss.

De rerum multitudine ad ius publicum privatumque et antiquitates pertinentium, quae in hac lege tractantur, post Mommsenum commentati sunt viri docti aliquot, e quibus nomino Eduardum Huschke *die Multa und das Sacramentum* cet. (Lipsiae 1874 8.), ubi de lege agitur p. 548 ss. (*Ergebnisse der lex col. Iul. Gen. Urb. vom J. d. St. 710*), Adolphum Esner ad cap. LXI *Zeitschr. f. Rechtsgesch.* XIII 1878 p. 392 ss., C. M. Francken in actis acad. Amstelaedam. X 1881 p. 148 ss.

Commentarii cum ab editione monumenti in suo genere primarii promus abesse non possent, plena autem eius enarratio rerumque omnium in ea memoratarum explicatio pertineat ad antiquitates iuris Romani publici privatique universas, cum mihi legem feci, ut e commentariis Mommseni, meo, aliorum hic repeterem ea tantum, quae proprie pertinent ad huius monumenti interpretationem, condicionem vero coloniae civium Romanorum, qualem inde primum plene cognovimus, explicandam relinquerem eis, qui hunc locum integrum aliquando retractabunt.

Sequitur conspectus capitum quae supersunt.

. . . . . .	. . . . . .	. . . .
[LXI]	3, 1—15	de manus iniectione
LXII	3, 11—4, 2	de magistratuum apparitoribus et insignibus, item de mercedibus apparitorum
LXIII	4, 3—8	de magistratuum anni primi apparitoribus eorumque mercedibus
LXIV	4, 9—17	de sacris coloniae quotannis ordinandis
LXV	4, 18—20	poenae propter vectigalia solutae in sacra ut erogentur
LXVI	4, 21—5, 15	de pontificum augurumque iure et insignibus
LXVII	5, 11—22	pontifices augures que quando creandi sint
LXVIII	5, 22—25	et quomodo
LXIX	5, 26—1, 5	redemptoribus eorum, quae ad res divinas pertinent, ut pecunia singulis annis primo quoque die attribuatur
LXX	1, 6—19	de ludis duoviralibus
LXXI	1, 25—22	de ludis aediliciis
LXXII	1, 30—2, 1	de stipe eroganda
LXXIII	2, 2—11	mortui in oppido ne sepeliantur
LXXIV	2, 12—15	ustrina nova in agro suburbano ne fiat
LXXV	2, 17—23	aedificia in oppido ne diruantur
LXXVI	2, 24—28	figlinae tegulariae in oppido ne fiant
LXXVII	2, 25—32	de viis novis instituendis
LXXVIII	2, 31—35	viae publicae ut sint quae fuerunt
LXXIX	2, 30—3, 7	fluvii publici ut sint qui fuerunt
LXXX	3, 8—12	publici negotii ratio ut decurionibus reddatur
LXXXI	3, 14—28	de iure iurando scribarum
LXXXII	3, 20—25	agri coloniae ne veneant longiusve quinquennio ne locentur
. . . . . .	. . . . . .	. . . .
[XCI]	1, 1—7	decuriones sacerdotesque in oppido domicilium ut habeant
XCII	1, 8—18	de legationibus publice mittendis
XCIII	1, 18—25	duovir ne de loco publico donum capiat
XCIIII	1, 27—32	quibus magistratibus ius dicere liceat
XCV	1, 32—3, 2	de iudicio recuperatorio
XCVI	3, 3—12	decurione postulante duovir de iudicio faciendo ad decuriones referat
XCVII	2, 12—22	patronus coloniae ne fiat nisi decreto decurionum
XCVIII	2, 23—36	de munitione decuriones quomodo decernere oporteat
XCVIIII	3, 37—4, 8	de aquis publicis ducendis decuriones quomodo decernere oporteat
C	4, 9—15	de aqua caduca in privatum ducenda decuriones decernere oportere
CI	4, 17—22	magistratus ne creetur cui decurionem esse non liceat
CII	4, 23—5, 1	de horis accusationis publicae defendendis
CIII	5, 2—9	de colonis armandis
CIIII	5, 10—18	limites fossaeque ne obsaepiantur
CV	5, 20—20	qui ordine indignus iudicatus est, ne decurio sit
CVI	5, 31. 38....	colonus coetum ne faciat
. . . . . .	. . . . . .	. . . .
[CXXIII]...	1, 1—3	accusatus quomodo absolvatur
CXXIIII	1, 4—10	de praemio accusatoris in iudicio de decurionis indignitate
CXXV	1, 11—28	ludis cui ius sit in loco decurionum sedendi
CXXVI	1, 22—47	ludis scaenicis de locis dandis ut decuriones decernant
CXXVII	1, 48—2, 11	ludis scaenicis quibus ius sit in orchestra sedendi
CXXVIII	2, 12—21	curatores fanorum quotannis facti ludos circenses sacrificiaque ut faciant
CXXIX	2, 32—38	magistratus ut decurionum decretis obtemperent
CXXX	2, 39—51	senator populi Romani quando patronus adoptari possit
CXXXI	2, 58—3, 13	senator populi Romani quando hospes adoptari possit
CXXXII	3, 14—32	petitor largitiones ne faciat neve convivia publica det
CXXXIII	3, 34—38	mulieres colonorum coloniae legibus ut pareant
CXXXIV	3, 22—47...	decuriones ab decretis remuneratoriis ambitiosis ut abstineant

Lex quo tempore lata sit

Latam esse legem una cum colonia deducta, i. e., ut supra exposuimus, a. u. c. 715 Caesare adhuc vivo, et perscriptam certe primis post mortem eius temporibus, vel inde consequens est, quod Caesar in hac lege nondum divus dicitur. Praeterea quod c. LXVI legitur *quos pontifices quosque augures C. Caesar quive iussu eius coloniam deduxerit fecerit* e. q. s. (I 4, 31 ss.), et quod c. CXXV in decurionum loco ludos spectare vetatur, nisi qui tum magistratus erit iussu C. Caesaris dictatoris (IV 1, 11 ss.), ea nisi vivo Caesare scribi non potuerunt. De supplementis postea insertis dicetur infra.

Forma scripturae

Scriptura legis, quam a. 715 latam esse vidimus, tamen prorsus diversa est a Caesarianae aetatis litteratura, quam qualis fuerit discimus e legis Iuliae municipalis a. 709 reliquiis, quas Ritschelii P. L. M. tabulae XXXIII et XXXIV exhibent. Scilicet illae litteras habent crassas, breves, quadratas; E et M potissimum formae aliunde notae antiquioris, O saepe reliquis minorem, omnino scripturam simplicem et rectis tantum lineis alte incisis formatam, apicibus nullis litterarum singularum (veluti A M F et similibus) nec magis ulla linea recta, veluti in Q R ñ, in curvam lineam deflexa. Etiam ab aetatis Augustae Tiberianae Claudiae Neronianae scriptura actuaria, qualem exhibent v. c. exempla mea script. Lat. epigr. n. 797—801. 813—817. 862—871. 848—857. 252—881. 282—903. 1023—1528. 1502—1075. 1520, huius legis plane abhorret. In tabulis enim Ursonensibus indicia illa aevi sequioris adsunt omnia; ut demonstrant scripturae earum imagines a me propositae in exemplis script. Lat. epigr. n. 885 a—e. Atque haec quidem scriptura in omnibus tabulis aequabiliter adhibita est, quamquam tabulae Malacitanae alterius, totius legis nonae (nobis IV), scriptura reliquarum minor et magis compressa alius incisoris manum prae se fert (ex. script. ep. n. 885 e) atque reliquarum. Unde illud quoque aliqua cum probabilitate statuitur, tabulam hanc IV sive nonam ultimam esse totius legis eamque in capite CXXXIV desinere. Cum praeterea in capp. CXXIX ad CXXXI formulae fusius conceptae sint totaque tabula interpolationibus abundet, Mommsenus (in Brunsii fontibus[5] p. 131) posteriore eam tempore scriptam et in locum fortasse tabulae deperditae substitutam esse statuit, licet ratio interpolandi ne sic quidem satis intellegatur. Mihi visa sunt capita illa eodem tempore sculpta esse, atque reliqua. Nam si addita essent postea scriptura antiquiore deleta, rasurae vestigia extare deberent; quae opera data investigare non potui. Itaque sic fortasse statuendum: quadratarium cum metueret, ne eodem scripturae modulo usurus in spatio reliquo legem non expleret, litteras minores adhibuisse, cum autem cerneret sufficere spatium, ad maiorem modulum rediisse. Convenit autem ad amussim haec litteratura, quae elementa exhibet tenuia alta longiuscula, apicibus et curvationibus ornata, cum legum Flaviarum scriptura, qualem exempla mea n. 887. 808 exhibent, item cum legis Vipascensis n. 855; quam eiusdem aetatis esse supra vidimus (huius suppl. n. 5181). Itaque quod ex rebus et ex sermone apparet comprobatur item forma litterarum, scilicet publice propositam esse hanc legem Iuliam non eo quo lata est tempore, sed saeculo fere primo exeunte.

Sermo legis

Inde illud videtur explicandum esse, quod in scribendi ratione interdum a vetusta consuetudine in hac lege receditur. Ita formula nota, quae est *pecunia quei volet petitio esto*, qualis legitur in legibus Bantina (C I L I n. 197 v. 8), repetundarum (I n. 198 v. 18), Iulia municipali (I n. 206 v. 12. 27. 157. 125. 141), Iulia agraria sive Mamilia, aliis, omisso ex antiqua consuetudine pronomine demonstrativo, ea in hac ubique fere ita profertur *pecuniae cui volet petitio esto*, quod ne Latine quidem recte dici potest. Uno tantum loco *qui volet* recte scriptum est (II 2, 82). Similiter c. XCV *feriae dedicales* bis scriptum est forma vocabuli quae plane nulla est pro eo quod esse debuit *denicales* (III 2, 23. 34), et ibidem *iudices relicti* pro delectis (III 2, 4), fortasse et ipsi ex interpolatione profecti. Deinde

c. XCV (III 2, 12) *qui ei cum res tum agetur* scriptum est pro *cui ei quae res tum agetur*; c. CI (III 4, 20) *qui in eorum quo causa erit a quo eum* e. q. s. pro *qui eorum quae causa erit quae tum* e. q. s. Deinde c. XCII (III 1, 17. 28) c. XCIII (III 3, 21) c. CIIII (III 5, 19) pro *eiusque pecuniae cui* [pro *qui*] *volet petitio persecutioque esto* scriptum est c. LXI (I 9, 2) *eiusque pecuniae cui volet petitio, IIviro quique iure dicundo praerit exactio iudicatioque esto*, c. LXXIII (I 13, 7) *eiusque pecuniae cui volet petitio persecutio exactioq(ue) esto*, c. CXXV (IV 1, 28) c. CXXVI (1, 45) c. CXXVIII (2, 29) c. CXXIX (2, 27) c. CXXX (2, 50) c. CXXXI (3, 13) c. CXXXII (2, 21) *eiusque pecuniae cui eorum volet recuperatorio iudicio aput IIvirum* (*interrogem* inserit c. CXXX 2, 50, quod non caret ratione) *praefectumve actio petitio persecutioque ex hoc lege ius potestasque esto*

Haec igitur videntur profecta esse a scriba legum, qui sermonis antiqui minus peritus erat et recentioris usum quaedam inmiscuit. Id quod in verbis ultimo loco adscriptis potissimum cernitur; nam iudicium recuperatorium, cuius ibi mentio facta est, quamquam alibi non indicatur diserte, tamen recte sine dubio hoc loco obtinet (cf. c. XCV).

Interpolationes Ne ab interpolationibus quidem caverunt qui textum legis incidendum curaverunt. In ultimae potissimum tabulae enuntiatis longioribus, quae, ut fieri solet in legibus, interpositis determinationibus multis distinentur, verba quaedam, quae initio iam posita sunt et memoria retinenda erant, aut singula verba, quae necessaria non sunt, male repetuntur. Ita male adduntur vocabula, quae in textu lineis subduximus

c. CXXV (IV 1, 20) *ne quis praeter eos .... in eo loco*
c. CXXVI (IV 1, 32) *de eo loco dando atsignando*
c. CXXVII (IV 2, 7) *praeter eos .... ducito*
c. CXXVIII (IV 2, 12), *d(ecurionum) d(ecreto)*
– (IV 2, 22), *ea omnia ita fiant*
c. CXXXII (IV 3, 12) *mag(istratus) petendi*
– (IV 3, 23) *conca(vi)um habeto*
c. CXXXIII (IV 3, 35) *eae mulieres*
– (IV 2, 22) *ex h(ac) l(ege)*

et praeterea singula vel bina vocabula haec

c. CXXV (IV 1, 15) *geret*
– (IV 1, 28) *i(us) potest(as)que e(sto)*
c. CXXVII (IV 2, 7) *decurionem*
c. CXXVIII (IV 2, 31) *ius pot(estas)*
c. CXXIX (IV 2, 39) *ius potestasque*
c. CXXX (IV 2, 51) *i(us) potestasque*
c. CXXXII (IV 3, 13) *ius potest(as)que*
– (IV 2, 22) *i(us) potest(as)que*

quamquam Huschkius haec defendit, deinde

c. LXXVIII (II 2, 35) fortasse *quaeque viae quaeque itinera — fecerunt*
c. LXXXI (II 2, 17) *tractetve*
c. XCVIII (III 2, 28) *iumento plaustraria*
c. CXXVIII (IV 2, 12) *quisquis*
c. CXXX (IV 2, 44) c. CXXXI (IV 3, 5) *facito*
c. CXXVIII (IV 2, 12) c. CXXX (IV 2, 39) c. CXXXI (IV 2, 52) c. CXXXIV (IV 2, 39) *aed(ilis)*, nam hisce locis omnibus aedilem male cum duoviris praefectove memorari probabile est (ut exposuit Mommsenus in commentario suo eph. epigr. II p. 145).

Demonstrant interpolationes illae idem quod formularum mutationes antea adscriptae, scilicet aetatis recentioris scribam sermonem legis vetustum pro arbitrio suo mutavisse. Sed extant praeterea interpolationes aliquot aetatis recentis testes etiam certiores. Nam c. CXXVII inter eos, quibus in orchestra inter decuriones ludos spectare liceat, nominatur *praef(ectus) fabrum eius mag(istratus) ..., qui provinc(iarum) Hispaniar(um) alteriorem obtinebit* (IV 2, 4). Cum autem provinciae alterioris inde fere ab aetate imperatorum Flaviorum Baeticae nomen fuerit magis consuetum, scriptor legis post *Hispaniarum* vocabulum male inseruit *Baeticae praerit*. Confirmatur igitur aperta hac interpolatione, quod supra e litterarum formis iam conclusimus, legem perscriptam demum esse aetate Flavia.

Idem etiam orthographiae ratio docet, quam legis scriptor secutus est. Orthographica Vetustam enim aetatis Caesarianae consuetudinem, quam in exemplo invenit, cum plerumque fideliter expresserit, tamen saepe etiam suae aetatis rationem diversam secutus est, interdum ne a vitiis quidem prorsus abstinuit. Demonstratur hoc indice grammatico quem subieci. Quo in indice potiora tantum sub certis capitibus complexus sum; universam enim rationem grammaticam, quam huius legis sermo sequitur, is tantum explicare poterit, qui reliquarum, quae supersunt, legum Romanarum omnium sermonem illustrandum sibi sumet; quod huius loci non est.

Dentalis in fine (non distinguo composita) saepius acuitur quam emollitur

at ea I 4, 21 *ea* III 2, 1 *esse* III 2, 24. 32. 35 *it* III 2, 10
atspicitur III 2, 15 IV 2, 13. 3, 4

at cenam IV 2, 10 bis
at decuriones I 4, 11. 5, 34

at IIvirum III 4, 10
atfinitatemve III 2, 19
atfuerit (*int*) III 2, 25. 1, 14

at quos IV 2, 25
at se III 1, 21

ad eos II 3, 1
aderit III 2, 21. 30 *aderint* I 4, 12 III 3, 11 *aderunt* I 4, 15. 5, 30 III 4, 3. 5, 5. 9 *adesse* III 2, 24 *adierit* III 4, 12 *aditum* III 5, 21
ad cenam IV 2, 21. 28
ad decuriones I 5, 29 II 2, 21 III 1, 9. 3, 1. 14. 4, 11. 12 IV 2, 16. 52. 3, 7. 10
addicentur III 1, 1
ad fana IV 2, 14
ad fuerint IV 1, 34
quem ad modum IV 2, 18
adque IV 1, 41
ad quam II 1, 35
ad sacra I 5, 31

atsignare variis formis III 3, 13 IV 1, 21. 32. 33. 35. 40. 42	
atsut atsuat I 5, 37 III 2, 1. 10. 3. 10	*adsint* II 2, 20
attribuere variis formis I, 4, 32. 28. 5, 35 II 1, 1 IV 1, 33. 42	*adtribuere adtributio* I 5, 33 II 1, 3. 5. 10. 13. 23. 3, 31
atventores IV 1, 31	
1734 Q. Valerius 'Littera' testamentarius et sevir Gaditanus in memoriam mihi revocavit eum, *qui curam kalendarii Gaditanorum a principe iniunctam in equestri ordine susceptam administrabat* secundum testimonium fragmentorum Vaticanorum (187). Uterque enim Gadibus vitam forensem, ut expecteveris, floruisse docet. 1735—1741.

1742 Fragmentum tituli nuper prodiit, ut videtur. F. de Vera *boletin de la acad.* XIII 1888 p. 278.

1743 V. 3 suppl. fortasse *(por)perario* pro purpuraria, cf. n. 2235. 1744—1757.

1758 Gadibus rep., ubi a. 1868 vidi *en las casas del ayuntamiento*; a. 1881 autem Hispali apud Franciscum Matthaeum Gago, ad quem nescio quo modo pervenit. 1759—1807.

1808 Servat Ricardus Lluli. Ectypum misit academiae Matritensi Vera; Fita *boletin de la acad.* XII 1888 p. 388. 1802—1815.

1816 Vidi Hispali apud Gagum. 1817—1832. 1833 E schedis Donii Barberinis Fabretti 285, 128.

1834 E schedis Donii Barberinis Fabretti 285, 202. 1835—1842. 1843 Iam est in museo Gaditano. F. de Vera *boletin de la acad.* XIII 1888 p. 278.

1844—1807. 1908 Vidi Hispali apud Gagum. 1888.

1910 Gadibus *en las casas del ayuntamiento* a. 1868; a. 1881 Hispali apud Franciscum Matthaeum Gago. 1911—1222. 5862. 6121.

Cum Caesar Gaditanis civitatem dederit teste Livio (epit. CX, cf. Dio XLI 24), recte Plinius *oppidum* dicit *civium Romanorum, qui appellantur Augustani urbe Iulia Gaditana* (IV § 112); plerumque tamen simpliciter Gades appellantur *municipium Augustum*. Scilicet facile fieri potuit, ut Caesaris patris beneficia auxerit Augustus filius addito insuper nomine honorifico. Quod contra Kubitschekium moneo (de orig. trib. Rom. p. 128. 142). Tribum Gaditanorum Galeriam fuisse tituli docent ibi reperti et Columellae Tarentinus (CIL X 235); nam is scriptor Gadibus oriundus erat. Sed quod C. Cornelius Balbus, et ipse Gaditanus, Clustuminae fuit (Cicero pro Balbo 25, 57), id recte idem Kubitschekius inde explicavit, quod Gades oppidum eius aetate nondum municipium civium Romanorum erat.

De nummis Gaditanis fuse exposuit Delgado (*nuevo metodo* II p. 33 ss.); conferatur praeterea Emmanuelis Berlangae dissertatio erudita *estudios sobre las leyendas púnicas y tartesias de las monedas antiguas de la Betica* apud eundem Delgado (*nuevo metodo* II p. 385 ss.) et in Hispaniae anteromanae syntagmate (1884) p. 315 ss.

Ex urbe clara et opulenta novi paene nihil huic syllogae accessisset, nisi vere a. 1887, dum effossiones instituuntur in ora rupis, quae *la Punta de la Vaca* dicitur, ad aedificia ibi collocanda, quae destinata erant ad expositionem aliquam maritimam recipiendam, casu monumenta quaedam prodiissent satis memorabilia. Fama continuo per ephemerides sparsa est, apparuisse fundamenta templi celeberrimi Herculi Gaditano olim dicati, cuius nondum quisquam vestigia certa demonstravit (v. Adolphus de Castro *revista histórica* V 1888 p. 281 s.; *boletin de la acad.* X 1887 p. 337 et *boletin de la sociedad arqueológica Luliana* III 1887 p. 61). Audio misisse academiam historicam Matritensem qui de effossionibus illis referrent; quod utrum iam factum sit necne ignoro. Interim officiosae Emmanuelis Berlangae amicitiae debetur, quod plene et accurate ipse de eis referre potui in ephemeride Berolinensi *Wochenschrift für klass. Philologie*, V 1888 p. 1524 ss. (cf. etiam *Berliner Philol. Wochenschrift* VII 1887 p. 1618 s.). Scilicet reperta sunt sepulcra tria vetusta, quorum unum sarcophagum continebat formam corporis humani imitatum, quales a Phoenicibus saepe, v. c. Solunti et antea in ipsa Sidone metropoli, adhibitos esse scimus. Titulo quidem caret; sed tamen propter artificium probabiliter adscribitur saeculo quinto fere quartove ineunti a. Chr. Sepulcra duo reliqua eiusdem fere aetatis sunt, sed sarcophagis carent. Reperta sunt in eis ornamenta varia aurea, anuli, monilia, similia. Circa sepulcra illa vetusta alia comparuerunt magis recentia, i. e. aetatis Romanae; unde prodierunt praeter alia tituli sepulcrales infra editi (n. 5477—5483). Rettulit post me accurate de antiquitatibus illis Gaditanis Berlanga ipse in ephemeride Lusitana *revista archeologico* vol. II a. 1889 p. 33 ss. (cum tabulis duabus) nummosque omnes reliquaque ibi reperta descripsit accuratissime. Denique titulos edidit ab amicis Gaditanis secum communicatos Fita in *boletin de la acad.* XII 1888 p. 351 ss. Prodiit ibi etiam titulus

saeculi sexti christianus; unde apparet necropolim inde a vetustis temporibus ad infima in usu fuisse.

A. 1877 Franciscus Asis de Vera academiae historicae Matritensi dissertationem brevem misit inscriptam *el templo de Hercules Gaditano*, quam vidi. Scriptorum tantum veterum novorumque testimonia collegit, relliquias nec vidit nec investigavit. Maioris momenti est fundamentum constans e lapidibus magnis quadratis, latum pedes 10, longum p. 11. quod nuper observavit Franciscus Asis de Vera (*boletin de la acad.* XIII 1888 p. 278); Fita putat basim esse signi Herculis aerei, quod ibi fuisse testantur auctores christiani et arabici (v. eius *viaje á Santiago* p. 55 s.). Idem Vera 1881 de amphoris quibusdam Gadibus repertis ad academiam rettulit. A. 1886 Iosephus Maria Velasco y Muñoz Aianis academiae tabulam geographicam conventus iuridici Gaditani a se delineatam misit cum dissertatione, in qua scriptorum geographicorum testimonia, monumenta vero nulla recensentur. Nuperrime Ioh. Antonius et Franciscus Asis de Vera fratres libellum ediderunt inscriptum *antigüedades de la isla de Cadiz* (Gadibus 1887, pp. 136, tabb. 3, 8.), de quo iudicium pronuntiavit severum sed iustum Fita l. s. s. p. 357 ss.; novi nihil inde didici.

Etiam Rotae, quod est oppidum ex adverso Gadium situm in sinu Gaditano ibi, ubi Menesthei portum fuisse communis fere virorum doctorum opinio est, ante aliquot annos relliquiae pavimenti tesselati aliaque vestigia vitae Romanae detecta sunt in loco *los Almenas* dicto (*frente a los baños y el pie de los derrudos muros del Convento de la Merced*), ubi iam a. 1864 templi parietinae altarisque fragmenta dicuntur inventa esse (v. *boletin de la Sociedad geográfica de Madrid* V 1878 p. 193).

5477 Gadibus, reperta *en la Punta de la Vaca*, tabella marmorea alta et lata m. 0.014. Museo archaeologico Gaditano dedit Adolphus de Castro.

L · CORNE
LIVS · DRO
SVS · ANNI
CVLVS

Fita *boletin de la acad.* XII 1888 p. 353.

5478 Gadibus, tabella marmorea rep. a. 1887 m. Aprili in effossionibus eodem anno institutis *en la Punta de la Vaca*; alta m. 0.18, lata 0.22, litteris elegantibus minusculis (altis m. 0.01) saeculi puto primi exeuntis.

CONTEGIT · HIC · TVMVLVS · DVO · PIGNORA
CARA · PARENTVM
INDICE · ET · TITVLVS · NOMINE · QVO · FVERIT
SORS · PRIOR · IN · PVERO · CECIDIT · SED · FLE
BILE · FATVM
TRISTIOR · ECCE · DIES · RENOVAT · MALA
VOLNERA · SANA
ET · MODO · QVAE · FVERAT · FILIA · NVNC · CINIS · EST
FESTIVA · AN · XI · RODALIS · ANNICVL · H · S · S ·
S · V · T · L · ROGATVS · DAT

Ectypum misit Berlanga, unde edidi *Wochenschrift für klass. Philol.* V 1887 p. 1528; Berlanga *revista archeol.* II 1888 p. 35 (cf. p. 6); Fita *boletin de la acad.* XII 1888 p. 384.

Contegit hic tumulus duo pignora cara parentum,
Indicat et titulus nomine quo fuerint.
Sors prior in puero cecidit, sed flebile fatum
(Tristior ecce dies!) renovat mal[e] volnera sana,
Et modo quae fuerat filia nunc cinis est.

Cum Rogato Berlanga composuit titulos n. 1788. 1747. 1781. 1850.

5479 Gadibus, rep. *en la Punta de la Vaca*, tabella marmorea alta et lata m. 0.018.

SALVIA · CARA
RVIR
H · R · E · R · T · T · L

Berlanga *revista archeol.* II 1888 p. 36; Fita *boletin de la acad.* XII 1888 p. 353.

5480 Gadibus, rep. a. 1887 *en la Punta de la Vaca*. Tabella marmorea, lata c. m. 0.30, *figura de un exagono regular*.

D M
L VALERIVS *L f*
SAGNANVS
ANN XXX V
H · R · E · S · T · T · L

Ex ephemeridibus Gaditanis *boletin de la Sociedad arqueologica Luliana año* III 1887 *tomo* II n. 57 p. 88 vv. non divisis; Fita *boletin de la acad.* XII 1888 p. 354.

5481 Gadibus, apud Ricardum Llull; tabella marmorea quadrata, rep. a. 1887, alta et lata m. 0.013.

VALERIA
LOGAR
ANN · C
H · S · E · S · T · T · L

Fita *boletin de la acad.* XII 1888 p. 352 ex ectypo misso a Vera.

5482 Gadibus, rep. a. 1887 *en la Punta de la Vaca*.

ANNI|o cara
PAR|entibus . .
. . . .

Berlanga *revista archeol.* II 1888 p. 37 qui supplevit.

5483 Gadibus, rep. *en la Punta de la Vaca*, fragmenta duo.

a Q · C| . . . .
AV| . . .
. . . ANN|

b E
F

Berlanga *revista archeol.* II 1888 p. 37 plenius quam Fita *boletin de la acad.* XII 1888 p. 356.

II. IPTVCI p. 241. 704.

a. 1883 Postea ectypum vidi Hispali apud Gagum, qui affirmat in lapide esse v. 14 EX MORE DEDICAVIT; ego certa in ectypo legere non potui. Gago edidit apud Antonium Delgado *nuevo metodo* II p. 125.

De nummis Iptuccensibus deque situ oppidi disseruit Gago apud Antonium Delgado (*nuevo metodo* II p. 128 ss. cf. p. 150) et Berlanga in Hispaniae anteromanae syntagmate (1884) p. 400 ss. Titulus unus inde innotuit novus (n. 5484). *Iptuci* nomen apud Plinium (III § 15) pro *Ituci*, quod codex Leidensis habet, restituendum oppidumque conventui Gaditano tribuendum esse etiam Detlefseni opinio est (Philol. XXX a. 1870 p. 309).

5484 *Cabeza de Ortales* (Iptuci?); ectypum servat Gago Hispalensis; litteris saeculi secundi bonis.

CATINIAE · L · F · SILAE
L CATINIVS RESTITV
TVS · LIB · D ·

Descripsi ex ectypo a. 1881.

III. BAESIPPO (*Barbate* et *Bolonia*) p. 241. XLIII.

n. 1924. 1925 Tabella marmorea alta m. 0.15, lata 0.10 erat in *Villanueva y Geltrù* (*Villafranca del Panadés*) apud nescio quem; nunc Matriti servat Guerra. *Boletin de la Acad. de la hist.* VI 1885 p. 394. 1929.

5192 Ad Asidonem rettulit titulum Kubitschek (de orig. trib. Rom. p. 135), propter Galeriam tribum, ut videtur; aliam enim huius opinionis causam non video. Neque vero illa satis facit. Titulus videtur fuisse positus [du]obus concor[*dibus coniunctis*] q(*ae*) coniugio [*annorum fortasse*] *XIII*.

De Baesippone et Baelone quae exposui comprobavit Detlefsenus (Philol. XXX a. 1870 p. 290). Quod Baelo in itinerario Claudia appellatur, a Plinio vero bis oppidum dicitur, ita fortasse coniungi potest, ut credamus Plinium chorographiam sive Augusti sive Agrippae secutum esse, postea vero a Claudio coloniam eo deductam. Tum Baelo, non Munda (ut supra exposui), pro nona inter colonias Baeticae, quas Plinius computat, haberi poterit. Unde etiam illud fortasse explicatur, quod inter milites legionis quartae Macedonicae Moguntiaci sepultos unus memoratur, qui fuit *natione Bae*..... (Brambach n. 1190. 1153. 1150. 1162), quod tam ad Baeterras Galliae Narbonensis quam ad Baelonem potest referri. Sed tamen Carteiam potius coloniam Latinam nonam fuisse inter Baeticae colonias puto, quamquam de eius condicione Plinius tacet.

Ceterum tituli ex orae huius meridionalis oppidis pauci tantum innotuerunt; ex Traducta oppido, cuius nummi extant, nulli. Dixit de nummis Traductae Gago apud Delgadum (*nuevo metodo* II p. 393).

IV. CARTEIA p. 242.

n. 1927—1933.

E Carteia oppido vetusto praeter tegulas oppidi nomine inscriptas (n. 1929), quorum exempla quaedam vidi in museo Granatensi, fragmentum tantum unum tituli sepulcralis parvi innotuit (n. 5495). De situ nummisque Carteiae numerosis fuse dixit Delgado (*nuevo metodo* I p. 71 ss.) Carteiam coloniam Latinam nonam fuisse inter colonias Baeticae a Plinio enumeratas, quod olim suspicatus sum, nunc quoque mihi videtur aliquam in se habere probabilitatem; ut supra dixi in praefatione ad titulos Acinipponenses (p. 947). Nisi forte de Baelone cogitandum (v. supra cap. III).

5485 Carteiae, fragmentum tabulae marmoreae, altum m. 0.11, latum 0.12, litteris non bonis, altis m. 0.020.

M · ROM
YNEROS
ANORVM

Descripsi ex ectypo a Berlanga misso.

V. LACIPPO p. 244.

n. 1934. 1935.

1936 Supplementa in fine adnotationis proposita ita scribenda: [*curantib*]*us Valerio* [*Titiano*], *Numisio* [*Valeriano*] ...., [*Flaco et*] *Rus*[*tica Helvia*]. 1937.

De nummis *Lacipo* inscriptis dixit Gago apud Delgadum (*nuevo metodo* II p. 150).

VI. BARBESVLA p. 245. 704.

n. 1938—1942.

VII. SVEL p. 246.

n. 1943. 1944.

VIII. ILVRO p. 246. 704.

n. 1945 Berlanga edidit *los bronces de Osuna* (1873) p. 244.

1946 Edidit etiam Berlanga *los bronces de Osuna* (1879) p. 949. V. 9 non *Vibi An*[*ioni*] videtur legendum esse, sed potius *Vibiani*, cum in titulo 1947 redeat *C. Fabius Vibianus* duovir.

1947. 1949.

Ad testimonium de situ Alorae adhuc unicum, quod continet titulus ibi repertus n. 1949, accessit alterum non admodum procul inde proveniens (infra n. 5499); quem si recte legi, de nomine situque Iluronis in universum iam non videtur dubitari posse. Berlanga propter locum, in quo extat titulus n. 1949, Iluronem collocandam putat circa praedium *del Almendral* (cf. n. 5497), non in *Alora*. Ad Lauronem oppidum, cuius ibi mentionem feci, conferantur quae adnotavi p. 482 de vinis Lauronensibus Plinii (XIV 71).

5486 (= Eph. II n. 313). Barone (*Alora?*) uno cum reliquiis aedificii incerti, fortasse thermarum, a. 1872 prodiit pars basis lapideae inferior inscripta litteris tenuibus saeculi secundi tertiive incuntis paene evanidis. Servatur Malacae in aedibus Berlangae patris.

CONSERVATORI · SVO · ILV
SVBCVR · L · AVFVSTI · LONGI · ET
L · BAEBI · RVSTICIANI

Descripsi a. 1888 accurate cum Berlanga, qui a. 1874 exemplum miserat. Est basis statuae quam imperatori alicui, fortasse Commodo, *conservatori suo, Ilu*[*r*(*enses*)] posuerunt *sub cura L. Aufusti Longi et L. Baebi Rusticiani.*

V. 2 extr. ILV litterae mihi certae visae sunt, Berlangae minus certae.

5487 Rep. *en el cortijo del Almendral* inter *Alhaurin de la Torre* et *Alhaurin el grande*, tabula, litteris saec. secundi pictis similibus, alta m. 0.04. Servat Berlanga Malacae.

D · M · S
L · P·R · VAL · VALERIA
NVS
HIC · SITVS · EST
5 S · T · T · L

Descripsi ex ectypo, quod Berlanga misit, qui ed. Hisp. anteromana p. 778.

V. 2 RO postea adiecta, punctum post P videtur remansisse ex priore lectione. *L.* [*Pr*(*oculus*?)] *Val*(*erius*) *Valerianus* e. q. s. Cf. *Valerius Proculus* tituli Malacitani n. 1970.

IX. CARTIMA (*Cartama*) p. 247.

n. 1949—1952.

1953 V. 2 ectypo denuo inspecto TOM, non TAM scriptum esse video. 1954.

1955 Galeriam tribum pro Quirina, quam expectamus, inde putat explicari posse Kubitschek (de orig. trib. Rom. p. 137), 'quod Iunius Melinus Augusti aetate vel paullo post, certe ante Vespasianum et Claudium, cum eques Romanus factus esset, in Galeriam recipi debuit. Neque quisquam putabit Vespasiano imperatore demum a Cartima, opulento oppido, primum quendam equitem Romanum factum esse'. Alterum argumentum exigui ponderis est; titulus certe non est aetatis Augustae, sed ut reliqui Cartimitani, saeculi secundi. Quomodo igitur explicandum sit, quod homo hic Galeriae tribui adscriptus fuerit, nisi fuit originis externae, non liquet.

1958—1982.

Ne Cartimam denuo adirem fecit Emmanuelis Berlangae amici officiosa diligentia. Is enim, cum prope Cartimam Alhauriui praedium habeat, in quo plus semel per annum solet habitare, quae Cartimae prodeunt continuo mecum solet communicare. Ceterum unus tantum inde prodiit titulus novus (n. 5487). De decemviris magistratibus Cartimitanis et Ostipponensibus dixi supra p. 889; recte Detlefsenus (Philol. XXX a. 1870 p. 272) Cartimam olim fuisse civitatem liberam inde suspicatus est. Decem viros ante ius Latinum a Vespasiano concessum in oppidis Baeticae magistratus proprios fuisse adnotavi ad n. 1953. Pavimentum Cartimitanum a Berlanga olim descriptum, statuae, tituli inscripti, aliaque monumenta Romana tam Cartimitana quam ex aliis locis oriunda (veluti aera celeberrima Salpensanum Malacitanum, Ursonenses tabulae primum repertae, pactum fiduciae) servantur in praedio marchionum de Casa-Loring prope Malacam sito. Elenchum eorum composuit Berlanga (*catálogo de algunas antigüedades reunidas* cet., Malacae 1888, pp. 34, 8.). Dixit de artis operibus ibi servatis Emmanuel Oliver, *noticia de algunos restos escultóricos de la época romana* (*boletin de la acad. de la hist.* II 1882, 3 p. 188 ss.). Templum ordinis Dorici ibi erectum a possessoribus summa cum liberalitate, ut artis monumenta contineret, secundum formam a Guilelmo Strack architecto nostro claro delineatam vidi ego a. 1888 cum Berlanga titulosque ibi servatos inspexi.

5488 (= Eph. I n. 140.) Cartimae, rep. m. Iunio a. 1871 in domo quadam privata (*calle del viento* n. 9); tabula marmorea fracta in particulas multas longa m. 2, alta 0.70. Litterae eiusdem formae sunt atque in titulo n. 1988.

VALERIA · C · F · SITVLLINA
SACERDOS · PERPETVA · D · D · M · C · F
DE · SVA · PECVNIA · SOLO · SVO · Fecit
ET · EPVLO · DATO · DEDICAVIT ·

Descripsi ex exemplo a Berlanga misso, qui edidit *los bronces de Osuna* (1873) p. 85. Idem lacunam v. 3 extremo supplevit.

V. 2 *Sacerdos perpetua d*(*ecreto*) *d*(*ecurionum*) *m*(*unicipi*) *C*(*artimitani*) *f*(*acta*), ita Berlanga recte omnino; cf. n. 1955 *eques Romanus ex civitate Cartimitana primus factus.*

X. MALACA p. 251. 704. XLIII.

n. 1963 col. 1 v. 14 *ante* h(ac) l(ege) *inserendam videtur* ex. v. 32 *pro* IIvir(os) *supplendum potius* IIvir(um).

1964 col. 1 v. 47 sorte ducito *in aere est*; sorte *excidit errore typothetae in Brunsii fontibus* ed. 5 p. 142.

3 v. 17 *pro* se cumque *quod in aere est, scribendum est* se quae. V. 22 *pro* petet *quod in aere est, videtur emendandum* petent.

4 v. 57 *pro* infore *corrupto, quod in aere est, Dernburgius coniecit* in publ(icum); *eam secundum verba quae sunt col. 5 v. 12 et 20 emendandum esse* in publicum municipum *adnotavit Brunsius.*

n. 1965 Habet etiam Alciatus Fene l. 72 v. ex Antiquo CVIVS | EX VISV). 1968—1977.

De situ monumentisque Malacitanis post me egit qui ante omnes de eis indicare recte et plane potest, Emmanuel Berlanga meus apud Delgadum (*nuevo metodo* II p. 178 ss. cf. Hispaniae anteromanae p. 373 ss.) nummosque Malacitanos ibidem composuit Franciscus Matthaeus Gago Hispalensis.

Ad ea quae de legibus Salpensana et Malacitana scripsi a. 1869 nunc addo, conticuisse, quantum scio, exinde dubitationes de fide tabularum Malacitanarum, quatenus e libris impressis iudicare licet. Itaque quod sunt qui privatim eas falsas esse sibi persuadere pergant, possumus silentio praeterire. De tabulae utriusque orthographia accurate exposuit Guilelmus Brambach (*die Neugestaltung der lateinischen Orthographie*, Leipzig 1868, p. 368 ss.). Sed quod is tabulam Malacitanam aetate Domitiani scriptam, Salpensanam vero aetate Antoninorum redintegratam esse existimavit (probante hoc olim Hirschfeldio), obstat litteraturae in utraque tabula aequabilitas plenissima, quae nullo modo patitur, ut saeculum plus minus inter utramque tabulam incisam intercessisse statuamus. Quod tabula Salpensana una cum Malacitana Malacae reperta est, quamquam certa ratione explicari non potest, tamen ut saeculo demum secundo eam ex archetypo Salpensae servato descriptam esse credamus minime suadet. Nam si ea demum aetate descripta esset ex exemplo Salpensano, ut Malacitanum nescio quo casu mancum inde suppleretur, cur nomen non mutaverint, qui describendam curarunt, id quod facillime fieri potuit, plane non intellegitur. Itaque pergemus casui tribuere, quod tabula Salpensana Malacam avecta ibi una cum Malacitana detecta est.

Ceterum inspexi tabulas denuo a. 1886 apud marchionem de Casa-Loring, qui summa cura eas servare pergit Berlanga suasore, ut modo adnotavi ad titulos Cartimitanos (p. 876). Exempla mea cum ectypis a Berlanga missis denuo contuli neque quidquam mutandum repperi.

Exhibet leges Brunsius in fontibus ed. 5 p. 138 ss.

XI. ABDERA p. 267. 704.

n. 1878. 1878. 1882. 1884—87. 1885—5503.

1888. 1881. 1883. 1888 Ectypis denuo inspectis video me de aetate titulorum (potissimum n. 1880) non recte indicavisse; sunt enim non aevi Antoniniani, sed antiquiores, puto saeculi primi medii.

Apud Plinium Abderae mentionem nullam factam esse olim credidimus; nunc iam e codice potissimum Leidensi (A) ita apud eum legimus (III § 8): *dein litore interno oppidum Barbesula cum fluvio* (II p. 845 cap. VI), *item Salduba* (quae ignota est), *oppidum Suel* (II cap. VII p. 246), *Malaca cum fluvio foederatorum* (II p. 251 cap. X), *dein Maenuba cum fluvio* (ignota), *Sexi firmum cognomine Iulium* (item ignotum), *Sel* (ita codex), *Abdera*, *Murgi Baeticae finis* (infra cap. XII). Eandem orae descriptionem habet Ptolemaeus (VI 4, 7): Βαρβησόλα ποταμοῦ ἐκβολαί, Σουέλ, Σαλδούβα ποταμοῦ ἐκβολαί, Μάλακα, Μαίνοβα,, Σέξ, Σήλ Ἄμβινα, ἐξοχή, Ἄβδαρα, πόρτος μάγνος (qui videtur Urci esse, i. e. *Almeria*). Cum inverso ordine eadem fere oppida Mela enumeret (II 6, 94): *Urgi in sinu quem Urgitanum vocant, extra Abdera, Suel, Ex, Maenoba, Malaca, Salduba, Lacippo, Barbesula*, videntur haec omnia derivata esse ex Agrippae Augustive tabula commentariisve. Nec multum differunt itinera Antoniniana, de quibus infra dicetur (ad cap. XII). Multa igitur in ora illa adhuc oppida investiganda manent doctis accolis, veluti Salduba (cuius cum Suel locum Ptolemaeus permutavit errore) Maenuba Sexi. De Sel illo Plinii, quod cum Ptolemaei Selambina convenire comparatio scriptorum illorum docet, adhuc dubito; in Plinii indice potest ex Suel repetitum esse errore, Ptolemaei index non hic tantum confusione laborat. Certum est hominem aliquem Selensem, cuius memoria extat in titulo Gallaeco (n. 5552), cum oppido illo componi omnino non posse (ut fecit Detlefsenus Philol. XXX a. 1870 p. 886). Sed de Abderae situ dubitatio nulla est; nummos eius Punicos et bilingues descripsit Delgado (*nuevo metodo* I p. 1 ss., ubi etiam Ioh. Kirkpatrik eius mentio facta est, de quo dixi in praef. ad cap. XI supra p. 267); de nummis Sexitanis dixit Gago apud eundem Delgado (*nuevo metodo* II p. 884); utrosque descripsit Berlanga Hisp. anterom. p. 353 ss. Sexi et Maenuba videntur quaerenda esse ibi fere, ubi hodie *Almuñecar* et *Motril* sunt, sed de situ eorum nondum certiores facti sumus.

XII. MVRGI (*Campo de Dalias* prope Almeriam).

Inter litoris Baetici interni oppida ultimo loco a Plinio (n. h. III § 8) collocatur *Murgi* (vel *Murgis* — *Murcis* habet cod. Parisinus 6795 —) *Baeticae finis*; atque iterum praeterea mensurae ab eodem Plinio indicantur (§ 6) a *fine Murgitano* (ita recte Detlefsenus scripsit pro eo quod libri scripti hoc loco habent omnes *Urgitano*) et (§ 17) *a Murgi maritima*. Diversa ab ea est *Urci*, quod inter oppida orae proxima conventus Carthaginiensis, id est provinciae Tarraconensis, idem Plinius recenset (§ 19); neque debuit eius nomen in *Aurci* mutare Detlefsenus municipii Aurgitani male memor, quod est oppidum mediterraneum (hodie *Jaen*) inde longe distans. Inter conventus Cordubensis oppida male a Ptolemaeo (II 4, 11) ponitur Μουργίς; aperte enim aliud oppidum nullum designatur, cum etiam Saldubam Ptolemaeus eodem errore ibi collocet, ut recte observavit eius editor nuperrimus. Eidem Ptolemaeo (§ 14) Βαστιτανῶν παράλιος est Οὔρκη, a Murgi diversa. Confirmat haec itinerarium Antoninianum; in via enim Acci Malacam, quae maximam partem oram maritimam sequitur, hae mansiones recensentur (p. 404, 7):

Alba . . . . *m p m XXXII*
Urci . . . . *m p m XXIIII*
Turaniana . . . . . *m p m XVI*
Murgi . . . . *m p m XII*

Apud Ravennatem ea itinerarii pars excidit. Itaque cum certus sit situs Acci oppidi, quod est *Guadix* hodiernum, convenientque mensurae itineris hodierni *m p m XCIV*, quae habet itinerarium, situm locorum intermediorum pertica indicat. Cadunt igitur Alba in hodiernam *Abla*, ut dudum intellectum iam ex nominis similitudine (cf. supra p. 458), Urci inter *Huercal* et *Pechina*, atque huic quidem loco propius (neque illius nomen ab antiquo ullo modo derivandum est), Turaniana in *las Ventas de Agua dulce* non procul ab *Almeria*, Murgis in eum situm, in quo tituli duo n. 5489. 5490 comparuerunt, dictum illum *el Campo de Dalias*. Haec et alia de regionis eius oppidis veteribus dilucide exposuit Saavedra loco infra (ad n. 5488) indicato. Dixit de situ Murgi oppidi post Saavedram Antonius Delgado (*nuevo metodo* II p. 167), qui tamen falso propter nominis similitudinem minus certam *Mujacar* hodiernam in locum Murgi veteris cessisse putat. *Dalias* enim sita est inter Adram et Almeriam, *Mujacar* vero longe inde ad orientem inter Almeriam et Veram, quam Bariam veterem esse infra videbimus. Tribui olim Murgi (Eph. II 1875 p. 838) conventui Cordubensi Ptolemaei testimonium secutus parum fidum; videtur potius Gaditano adscribendum cum ora maritima Baeticae universa.

5489 (= Eph. II n. 314). Tabula marmorea lata m. 0.96, alta 0.50, rep. a. 1872 in agro dicto *el campo de Dalias* inter Almeriam et Abderam (*en el 31. kilometro de la carretera*), ubi multae iam antea detectae erant aedificiorum parietinae. Servatur Matriti in museo archaeologico; litterae sunt optimae saeculi primi (non secundi, ut olim putavi; v. Exempla script. epigr. p. 144) exeuntis, i. e. aetatis fere Flaviae.

L · AEMILIVS · DAPHNVS · SEVIR · THERMAS
SVA · OMNI · IMPENSA · MVNICIPIBVS · MVRG
DEDIT · ET · QVODIE · EAS · DEDICAVIT · X SIN
gVLOS · CIVIBVS · ET · INCOLIS · EPVLVM · DEDIT
qVAMDIV · VIXISSET · EODEM DIE · DATVRVM
se X SINGVLOS · EISDEM · PROMISIT · ET · IN ·
tutLAM · EARVNDEM · THERMARVM · QVAM
DIV · IPSE · VIXISSET · ANNVOS · X · CL
POLLICITVS · EST

Descripsi ex ectypis a Berlanga et Saavedra submissis; Saavedra edidit in *Ilustracion española y americana* 1879 p. 711 ss., Berlanga in libro suo *los bronces de Osuna* p. 105 cf. 319. 343.

L. Aemilius Daphnus sevir thermas | *sua omni impensa municipibus Murg(itanis)* | *dedit et quo die eas dedicavit* X (*denarios*) *sin*|(*g*)*ulos civibus et incolis epulum dedit*; | (*q*)*uam diu vixisset eodem die daturum* | (*se*) X (*denarios*) *singulos eisdem promisit et in* | (*tute*)*lam earundem thermarum quam* | *diu ipse vixisset annuos* X (*denarios*) CL | *pollicitus est*

Supplementa praeiit Saavedra. Observa puncta omissa in *quo die* v. 3, *eodem die* v. 5, et post denarii notam ubique v. 3. 6. 8, cum praeterea posita sint accurate, semel etiam in fine versus post m spatii puto commode explendi causa v. 5. Notande denarii nota sic distincte ubique scripta X, non X. Numerus denariorum v. 8 CL est, non CI, ut legerunt editores; scilicet I et L in hoc scripturae genere perquam similes sunt.

5490 (= Eph. II n. 318.) Murgi, rep. *en el Campo de Dalias*, basis elegans ex lapide calcario; servabatur Abderae apud Ferdinandum Guerrero. Extat nunc in praedio Thomae Heredia dicto *de San Jose* prope Melacam sito. Litterae sunt bonae saeculi secundi.

P O R C I A E
MAVRAE
L · P E D A N I V S
VENVSTVS
V X O R I · O P T I
MAE · ET
L · PED · CLARVS · Et
L · PED · LVPVS · Pii
MATRI · PIISSIm
se P O S V e R V M t
E D I T I O · C I R C
D E D I C A V E R V nt

Q · L · A · A · E · P

Descripsi a. 1880 quamvis nocte superveniente. Edidi olim ex exemplo photographo e Berlanga misso, qui edidit in *los bronces de Osuna* p. 312. 343.

V. 11 extr. nihil videtur deesse. V. 13 om. B., cum in ectypo non appareret. L·D·A·R·I legi olim in exemplo photographo, in lapide vidi quae dedi supra. Est igitur, non ut olim credidi *loco dato a re publica ipsorum*, nec *dedicaveru*[*nt*]*q*(*ue*), cum copulae locus offendat, sed fortasse, ut proposuit Mommsenus, *q*(*ui*) *l*(*ocum*) *a*(*cceperunt*) *a r*(*e*) *p*(*ublica*).

CONVENTVS CORDVBENSIS.

I. NESCANIA p. 269. 704.

n. 2004—2007.

2008 (p. 270 Eph. II p. 939). Titulum insignem, qui latebat, denuo investigavit Eduardus J. Navarro et Berlangae ectypum misit, qui inde edidit in *los bronces de Osuna* p. 333 s. Idem ectypum mecum communicavit. Demonstravit ectypum v. 2 extremo legendum esse SOLO·PVB, id est *solo publico*; v. 7 M praenomen consulis non satis clare legitur, sed apparet hoc tantum N, quod puto ortum esse ex M littera dimidiata coniuncta cum puncto.

2009—2011.

Nescaniam et Anticariam oppida apud Plinium omissa ambo conventui Cordubensi tribui propter Singiliam et Osquam diserte ei adscripta; ea enim illis perquam vicina sunt. Atque Anticaria sane cum magis versus septentriones sita sit quam duo illa, probabiliter cum illis tribuitur eidem conventui. De Nescania vero fatendum est rem admodum incertam esse; propter situm magis meridionalem etiam Gaditano tribui potest non sine probabilitate. Prodierunt inde tituli novi duo (n. 5491. 5492).

5491 (= Eph. II n. 300.) Nescaniae (*Valle de Abdalajis*) rep., basis parva; servatur in praedio quodam vicino. Litterae detritae sunt paene omnes.

protome feminae
velatae
urceus *patera*
DEO SCIYVTIAT
M · CC AIOE

Descripsi ex ectypo a Berlanga misso, qui nihil legit praeter *deo* vocabulum. Sed lectio incerta est. V. 2 *C*[*orn*(*elia*) *M*]*aio*[*r*] proposuit Hirschfeldius

5492 (= Eph. II n. 317.) Nescaniae rep. a. 1874. Litterae sunt altae et tenues saeculi tertii ineuntis.

L · AELIO · QVIRINAE MELAE ·
NESCANIENSI · AELIA ·
OPTATA · MATER · STATVAM
EPVLOQVE · DATO · DECVRIONIBVS
DEDICAVIT

Descripsi ex ectypo a Berlanga misso, qui edidit in *los bronces de Osuna* p. 334.

V. 1 Tribus genetivo posita ut n. 347 1190. Observa puncta in fine versuum 1—3. V. 4 EPVLO ANTE DATO *epulo ante dato* Berlanga primum sibi visus erat legere, postea perspexit in ectypo esse quae dedi.

II. SINGILIA p. 272. 704.

n. 2012 Similiter SACRVM · DIANAE incipit titulus n. 380. 2013—2028.

5063 Berlanga postea edidit *los bronces de Osuna* (1873) p. 342.

Singiliam, non Singili, nominis formam, quam praetuli, etiam apud Plinium (III § 10) fortasse restituendam esse, cum sequatur Ateguae nomen, monuit Detlefsenus (Philol. vol. XXX a. 1870 p. 280).

III. OSQVA p. 275.

n. 2029 *Proc(uratorem) Aug(usti) prov(inciae) Baet(icae) ad ducen(tesimam) rerum venalium* intellegendum esse adnotavit Marquardtius *römische Staatsverwaltung* II² p. 276 adn. 9. Sed est potius *ad ducen(tiens sestertium)*, ut CIL VI 1624, quam titulum Mommsenus comparavit.

2030—2033.

Oscam Baeticae, cum Osqua hac a Plinio memoratam (si modo revera duo diversa oppida fuerunt) Quirinae triboi adscriptam fuisse, non Oscam oppidum vetustum Tarraconensis, Kubitschekius suspicatur (de trib. Rom. orig. p. 148); unde titulum urbanum *C. Antonii* alicuius *C. f. Qui. Prisci Osca militis cohortis VII praetoriae* (CIL VI 2688) huc rettulit; nescio an recte.

IV. ANTICARIA p. 276.

n. 2034—2039.

2040 V. 3 pro PONTVFEX expectaveris PONTVFICI; sed consentiunt testes.

2041 Habent etiam Ligorius Taur. 14 s. v. Porcia; Panvinius cod. Vat. 6038 f. 12. 2042—2053.

Mirum sane est, quod Anticariae, oppidi splendidi, nomen apud Plinium omnino non legitur, cum reliquorum conventus Cordubensis, velut Osquae, multorumque aliorum, quorum tituli extant nulli, meminerit; et eo magis mirum, si re vera Antiquaria (ut ibi scribitur) iam a Galba cognomen Sulpiciae accepit (v. CIL III 1136). Quod fieri potuisse nemo negabit, quamquam Galbam etiam in ulteriore Hispania clientelam habuisse aliunde non videtur notum esse. Unde de urbe Sulpicia Antiquaria adhuc dubitationes quaedam manent. Ut nomen eius Plinio restitueret Detlefsenus (Philol. vol. XXX a. 1870 p. 289) inter Ateguam et Arialdunum illud voluit inserere ita, ut scribendum proponeret (III 10) *Ategua Anticaria Aldunum*; minus probabiliter. Nam quod cum Alduno illo aliunde ignoto composuit hominem Andurensem tituli n. 1693 et Estledunum oppidum tituli n. 1301, nihil probavit. Itaque e Plinii enumeratione Anticariam abesse patiemur. Tituli novi inde non innotuerunt. Unum inter falsos suspectosve relegatum (n. 160 c*) visum est nunc iam reponere inter genuinos (n. 5493). Anonymi cuiusdam librum *Antikaria*, Romae 1887 8. (v. *boletin de la acad.* XII 1888 p. 383) nondum videre potui.

5493 (= 160 c*). Antiquariae in Hispania.

L · ARGENTARIVS
NYMPHIO
L · ARGENTARIO
PATRI
5 ARBVSCVLAE SORORI
SE VIVO IN LOCO
MONIMENTVM · D · S · P

Murat. 1241, 3 'e schedis Farnesiis'. Quamquam fontem ignoro, tamen titulus videtur genuinus esse. Argentaria gens Hispana nota est.

V. ARATISPI p. 282.

n. 2054 V. 2 ectypum denuo inspectum MAXSVMO videtur habere. 2055—2057.

VI. OPPIDA IN VALLE SINGILIS FLVVII ET CIRCA ILIBERRIM SITA p. 283. 705.

n. 2058—2080. 2081 Servatur in moseo Granatensi, ubi descripsi a. 1888. 2084 Servatur in museo Granatensi, ubi contuli a. 1886.

Non mirum ex hac regione fertilissima in dies loca nova innotescere, in quibus extant vitae Romanae vestigia. Ea ne coepta quidem adhuc sunt diligentius pervestigari; mero casu accidit, ut tituli aliquot inscripti inde ad nos allati sint, veluti sepulcrales duo ex thermis Alhamensibus alter (n. 5494), alter ex oppido quodam ignoto prope *Alomartes* (n. 5198) oriundi. Quorum hic civis Sexitani memoriam continet, ex oppido illo ad oram maritimam satis longe iode trans montes altos sito. Paullo magis ad orientem abest a valle fluvii supra dicti *Guevejar* locus, ubi reperta est basis sociorum quinquagensimae item in portu aliquo orae maritimae meridionalis, ut videtur, consistens, fortassa Abderae vel Sexi (n. 2084). Societas illa publicanorum tum putanda erit in regione mediterranea praedia habuisse, in qua aram posuerunt nescio cui deo. A. 1868 d. 18 m. Sept. Petrus de la Garza misit Academiae Matritensi commentariolum, qui continet enumerationem locorum regni Granatensis omniuu, in quibus vestigia oppidorum antiquorum observata sunt (*los despoblados del reino de Granada*); idem antea d. 13 m. Iulii eiusdem anni similem enumerationem composuerat eorum locorum, quae sepulcreta subterranea habent (*de las poblaciones subterraneas*). Quantum ibi adhuc restet explorandum, clare inde discitur.

5494 *Baños termoles de Alhamo, poblacion mas inmediato á Loja que á Granddo*, rep. a. 1838. Servator in museo Granatensi.

GRAPTE
C ∙ P ∙ R ∙ X
S S R
AN XIIX
HSE ∙ STTL

Descripsi a. 1866; contulit Moreno filius. Olivares miserunt Berlangae ectypum, is mihi m. Sept. a. 1871 et iterum a. 1878.

Grapte C. P(ompei) R(ufi) ser(va) cet.

5495 Basis lapidea elegans (alta m. 1.40, lata 0.45) reperta a. 1863 in praediis ducis de Wellington et Ciudad-Rodrigo dictis *el Soto de Romo, un cuarto de legua* ab *Alomartes* oppidulo prope Illoram sito. Servatur in villa rustica ducis dicta *la Torre* prope *el Molino del Rey*. Litterae sunt tenues saeculi secundi exeuntis tertiive, altae m. 0.045.

D ∙ M ∙ S
C ∙ ASINIIVS ∙
CANTAGGINVS
SEXSITANVS
ANN ∙ L XII ∙ *sic*
PIVS INSVIS
H ∙ S ∙ SST ∙
S ∙ T ∙ T ∙ L

Descripsi et ectypum reportavi a. 1866; miserat etiam Alexander S. Murray amicus Londiniensis acceptam a procuratore ducis de Wellington. Moreno filius edidit in ephemeride aliqua Hispana.

I T L in hac scriptura vix distinguuntur, unde lecturi qui *Sexsilanus* vel *Sexsiianus* legerent. Anni sunt LXII. De Sexi oppido dixi supra p. 877.

VI^a. VLISI (*Cortijo del Rio* prope *Loja?*).

Oppidi Ulisitani memoria primum innotuit ex titulis sepulcralibus *Q. Fabii Carpi* et *C. T(erentii) Fabiani Ulisitanorum*, quos infra edidi (n. 5497. 5499). Nomen oppidi eius Aurelianus Guerra similitudine Ulixis nominis forma Latina ductus idem oppidum indicare sibi persuasit atque fabulosam illam Ὀδύσσειαν, cuius Strabo meminit, quamque putavit nomen servasse in hodierno *Ujijar* oppido in montibus *la Alpujarra* sito. Scilicet postquam Abderae Phoenicum κτίσματος mentionem fecit ita pergit Strabo (III 4, 3 p. 157 Cas.): ὑπὲρ δὲ τῶν τόπων ἐν τῇ ὀρεινῇ δείκνυται Ὀδύσσεια καὶ τὸ ἱερὸν τῆς Ἀθηνᾶς ἐν αὐτῇ, ὡς Ποσειδώνιός τε εἴρηκε καὶ Ἀρτεμίδωρος καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ Μυρλεανός, ἀνὴρ ἐν τῇ Τουρδητανίᾳ παιδεύσας τὰ γραμματικὰ καὶ περιήγησίν τινα τῶν ἐθνῶν ἐκδεδωκὼς τῶν ταύτῃ· οὗτος δέ φησιν ὑπομνήματα τῆς πλάνης τῆς Ὀδυσσέως ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀθηνᾶς ἀσπίδας προσπεπατταλεῦσθαι καὶ ἀκροστόλια. Indidem alio loco Strabo (III 2, 13 p. 149 Cas.) καὶ ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ Ὀδύσσεια πόλις δείκνυται καὶ Ἀθηνᾶς ἱερὸν καὶ ἄλλα μυρία ἴχνη τῆς τε ἐκείνου πλάνης e. q. s. Fieri potest, ut locus aliquis Odesia sive similiter dictus comparationi ansam praebuerit; Ulisi ad Ulixen Romanorum tantum, non ad Graecorum Ὀδυσσέα docere potuit. Alia Ulixis Teucri Amphilochi reliquorum heroum vestigia per Hispanias ex eisdem fontibus loco supra indicato proferuntur. Quae Graeci isti homines per Hispanias iter facientes, ut Posidonius et post eum Artemidorus Ephesius eosque secutus Asclepiades in urbe aliqua Graeca sive Punica Baeticae eruditus, in locorum fluviorum montium nominibus deprehendere sibi visi sunt cum Graecis nominibus similitudines nos merito spernemus. Duo enim nuper inventi sunt tituli, qui Ulisi prorsus diversam esse et nomine et situ demonstrant a Turdetana illa Ulissea, si dis placet. Praedia duo sunt vicina eius loci, qua prodierat titulus Carpi illius civis Ulisitani, dicta *Maria Aldana* et *del Rio* (*termino de Saucedo, provincia de Málaga*); ibi inter rudera permulta tegularum lapidum aedificiorum oppidi alicuius veteris non exigui a. 1876 tituli hi prodierunt.

Tituli hi quattuor quamquam per se non magni momenti, tamen cum in duobus redeat patria defunctorum Ulisitana, secundum consuetudinem saepius observatam potissimum in titulis Hispaniae meridionalis, satis demonstrant oppidum Ulisi adhuc ignotum fuisse ibi prope, ubi inventi sunt.

Dixit de situ oppidi Guerra in epistula inscripta *las ciudades Beticas Ulisi y Sabora, nuevos descubrimientos, inscripciones inéditas*, inserta ephemeridi *revista historica* vol. III (Barcinone a. 1878) p. 287 ss. et repetita in aliis ephemeridibus Hispanis.

5496 (= Eph. III n. 148). *Cortijo del Rio*; ara litteris tenuissimis et ornatis, similibus omnino arae taurobolii Cordubensis n. 238 (Eph. III n. 48).

I ∙ O ∙ M
L ∙ FABIVS ∙ L ∙ F ∙ QVIR ∙ CHRYSIP
PVS ∙ OBVLCONENSIS ∙ DEDIT

Descripsi ex ectypo apud Guerram servato. Emmanuel Cueto y Rivero invenit, Aurelianus Guerra edidit ex ectypis ab eo missis *revista historica* III a. 1876 p. 881 ss.

Obulco satis longe distat a regione illa. Obulconensium tribus Galeria fuit, non Quirina, ut docent tituli multi (n. 2126. 3430. 3431. 3434. 3444). Itaque homo hic origine Obulconensis in tribum aliam putandus est migravisse (cf. Kubitschek de orig. trib. Rom. p. 147).

5497 (= Eph. III n. 12.) *En el Cortijo del Rio, tres leguas al occidente de Loja, un cuarto hacia el ocaso tambien de Villanueva del Trabuco, y á igual distancia para el Oriente de Saucedo ó Villanueva del Rosario, jurisdiccion de Archidona*. Lapis altus m. 2.81, latus 0.87; litterae visae sunt Guerrae saeculi esse tertii fere medii.

D ∙ M ∙ S ∙
Q ∙ FABIVS ∙ CARPVS ∙ VLISITANVS
ANNORVM ∙ LXXXII
PIVS ∙ IN SVIS ∙ HIC
SITVS ∙ EST ∙ S ∙ T ∙ T ∙ LEVIS

Descripsi ex ectypo apud Guerram servato. Guerra edidit in Radae libro *antigüedades del Cerro de los Santos* (1875) p. 134.

5498 (= Eph. III n. 147) *Cortijo de Maria Aldana*. Cippus sepulcralis.

D ∙ M ∙ S
M ∙ F ∙ POLLEN
TINA ∙ AN ∙ LXX
PIA ∙ IN ∙ SVIS
H ∙ S ∙ S ∙ S ∙ T ∙ T ∙ L

Cueto misit Guerrae, qui edidit una cum n. 5498 l. s. (ad n. 5498) s. p. 858.

5499 (= Eph. III n. 146) *Cortijo del Rio*. Cippus sepulcralis.

D ∙ M ∙ S
C ∙ T ∙ FABIANVS
VLISITAN . . TVR
A . . XXXV
P ∙ IN SVIS
H ∙ S ∙ S ∙ S ∙ T
T ∙ L

Cueto misit Guerrae, qui edidit una cum n. 5166 l. s. (ad n. 5466) s. p. 288

VI[b]. CALECVLA? (prope praedium *Daragolejo*). Accedunt *Campo-Agro* et *Zubia*.

Prope praedium ducis de Wellington, unde provenit titulus Contabrini Sexitani (n. 5495), in ipsa valle Singilis fluvii, praedium extat, quod fuit Ioachimi Lisbona, dictum *de Daragoleja* (*término de Pinos Puente, jurisdicción de Trasmúlar*). Ibi a. 1870 observatae sunt reliquiae aedificii Romani, tituli vero nulli. A. vero 1869 et 1870 circa *Lachar* vicum in sinistra fluvii ripa, haud procul ab *el Molino del Rey* in oliveto vetusto a sinistra viae, quae ducit Illorem, detectae sunt parietinae antiquae operis caementicii (*de argamasa*), quae spatium quadratum cingunt a vulgo dictum *el Casarón*. Videntur parietinae pertinuisse ad villam urbanam satis amplam eiusque balneum. Nam aedificium circiter duodecim amplectitur partes maiores minoresve, quarum sex pavimenta habent operis tessellati. Cernuntur in pavimentis illis cistella floribus plena cum pavonibus duobus et unguibus duobus aviculis imminentibus, aliaque ornamenta varia, hic illic antiquitus emendata. Tegularum vasculorumque tanta inde prodiit multitudo, ut figlinae ibi fuisse crederentur.

Metris circiter quinquaginta inde versus septentriones sepulcrum est item factum ex opere caementicio, cui impositi erant lapides tres, quos infra posui (n. 5500. 5501 *a b*). Rettulerunt de situ accurate Emmanuel Oliver et Emmanuel Gomez Moreno tum Granatenses ambo (*informe sobre varias antigüedades descubiertas en la Vega de esta ciudad, que, por acuerdo de la comision provincial de monumentos históricos y artísticos han reconocido su presidente y secretario D. Manuel Oliver Hurtado y D. Manuel Gomez Moreno*, Granada 1879, pp. 95. 8 cum tabulis tribus, una photographa), adiectis tabulis, quae pavimenta tessellata exhibent. Formam aedificii eius delineavit Eugenius Colibert architectus, sepulcri B. Mora; eas academiae historicae Matritensi misit et multa adiecit scitu digna de situ illo Emmanuel Gomez Moreno die 9 m. Iunii a. 1879. Vidi eius dissertationem Matriti a. 1880. Inter alia prodiit ibi lapis quadratus, in quo opere anaglypho rudi insculptus est phallus in caput humanum exiens; vidi eum in museo Granatensi. Scimus talia averruncandi causa muris aedificiorum oppidorumque inseri solita esse.

Cum C. Iunius Severus ille in titulo ibi reperto dicatur Caleculensis, quaeritur num ibi prope quaerenda sit urbs illa. *Callicula* (*Gaiticula* habet liber Leidensis, *Calletula* Ricardianus) a Plinio (III § 10) inter oppida stipendiaria conventus Astigitani ponitur. Apud Ptolemaeum duo extant oppida dicta Καλλίκουλα sive Καλήκουλα; alterum inter mediterraneas Turdulorum urbes inter Oscuam et Iliberrim fere collocatum (II 4, 9 p. 109, 1 M.), alterum in Turdetanis inter Hispalim et Ursonem (II 4, 10 p. 120 M.). Atque illud a Cavicio itinerarii non diversum putat Ptolemaei editor (*ad* p. 114) collocatque in ora maritima meridionali non procul a Sexi et Murgi. Sed dubitari potest de utroque, scilicet duo diversa esse oppida, quae Ptolemaeus memorat (ego puto idem bis ab eo positum esse), et Cavicium a Callicula non differre. Titulus sepulcralis infra editus (n. 5500) sane non sufficit, ut recte Berlanga observavit, ad situm oppidi definiendum. Sed tamen probabile est, secundum ea quae saepius observata sunt de titulorum Baeticae consuetudine, a sepulcro illo non procul abfuisse Caleculam; eam enim nominis formam veram esse lapis demonstrat. Nec obstat quod conventui Astigitano eam adscribit Plinius; fines enim conventus eius et Cordubensis prope absunt a loco sepulcri illius. Tamen quod oppidi ipsius situs potest aliquantum distare a sepulcri, nolui titulos hos separare a reliquis conventus Cordubensis in valle Singilis fluvii repertis.

Addidi huic capiti tegulae titulum (n. 5502) quamvis paullo longius inde repertum, sed in loco, qui item utrum ad Cordubensem conventum pertineat an ad Astigitanum incertum est.

La Zubia regni Granatensis vicus est, unde prodiit titulus unus (n. 5503).

5500 (Eph. I n. 303 *c* et Eph. II p. 249). Tabula lapidea rep. a. 1869 in sepulcro prope aedificium Romanum dictum *el Casarón*; alta est m. 1.01, lata 0.61. Servatur in museo Granatensi; ectypum gypseum est in museo archaeologico Matritensi. Litterae sunt rudes, sed saeculi circiter primi exeuntis.

C · IVNIVS · SEVRVS *sic*
CALECVLENSIS
N LXXX
AMICI · ET · CONVICT
5 ORES · CIVES · POSV
E R V N T
H · S · E · S · T · L

Descripsi. Edidit Emmanuel Berlanga *los bronces de Osuna* p. 153 et ex exemplo eidem et Emmanuel Oliver ab amicis misso non bono ego; quod postea correxi ex imagine photographa a Berlanga missa.

V. 1 non ANNIVS, sed IVNIVS in lapide est; videtur hic homo maritus fuisse Anniae Rusticae. V. 3 Convictores contubernalesve Severi quali cum eo societatis vinculo coniuncti fuerint definiri nequit. V. 5 Berlanga *ci*[*nere*]*s* supplevit, ego olim cogitavi de *eius*. Sed in tabula photographa et in lapide potius CIVES esse vidi, i. e. *cives*; quod aptissimum est. V. 6 nihil praeterea ibi legitur.

5501 Lapis repertus a. 1869 in sepulcro prope *el Casarón*; in museo Granatensi. Altus est m. 1.30, latus 0.65, crassus 0.36. Litterae sunt aetatis eiusdem ut n. 5500, scilicet saeculi primi exeuntis.

Ibidem prodiit una cum C. Iunii Severi a. 1872 alter lapis, altus m. 1.10, latus 0.54 eiusdem feminae inscriptus sic

a ANNIA · C · F
RVSTICA · AN
ORVM · XXII
HIC · SITA · EST · S · T · L ·

b ANNIA · C · F · RVS
TICA · ANORVM
XXII · HIC · SITA · E
SIT · TIBI · T · L

Descripsi; ediderunt Oliver et Gomez Moreno *informe sobre varias antigüedades descubiertas en la Vega de esta ciudad* cet. (Granada 1879 4.) p. 15. Moreno filius contulit accurate a. 1880.

Quod F et E iusta inveniuntur itemque S·T·L formula brevior pro magis solita S·T·T·L ne mireris; exempla enim utriusque inconstantiae frequentia extant. Scilicet fines areae sepulcralis variis locis lapidibus videntur designati fuisse titulo eodem inscriptis.

5502 Tegulae pars, reperta *en el Cortijo del Carrillo, término de Campo-Agro, frontera del obispado de Granada con los de Cabra y Ecija.*

. . . .
ANN · XXVXII
PIA · IN · SVIS
HIC SITA EST
S · T · T · LEVIS

Cueto misit Guerrae, qui edidit *revista histórica* vol. III a. 1875 p. 955.

5503 *La Zubia, en la Cruz de San Antón*; basis marmorea supra imminuta. Litterae sunt pictis similes saeculi tertii ineuntis (cf. Exempla mea n. 660), altae m. 0.05.

PVBLICIA · L · F · LAETINA

Descripsi ex ectypo a Berlanga misso; Moreno filius contulit accurate a. 1889 legitque L·SIAETINA.

VII. ILVRCO p. 284.

n. 2062 Excidit 'Descripsi'. In oppido *Pinos* a Granata urbe duabus leugis distante. Venturinus f. 241 ex libro docis Theodosii (inde Eph. IV p. 14).

2063 et 2064 Ectypa gypsea per Gongoram sumpta extant in museo archaeologico Matritensi. 2062.

2065 Extat nunc in museo Granatensi, ubi contuli a. 1888. Ectypum gypseum est in museo archaeologico Matritensi.

2066 Extat ibidem; litterae sunt saeculi primi bonae. Contuli a. 1888. 2067.

2068 Extat ibidem, contuli a. 1888.

Titulus unus nuper accessit (n. 5504). De nummis Ilurconis vide quae exposita sunt apud Antonium Delgado (*nuevo metodo* II p. 116).

5504 *Pinos Puente*, rep. a. 1887, servat Gomez Moreno pater; fragmentum altum m. 0.22, latum 0.38; litteris saeculi secundi tertiive pictis similibus, altis v. 1 m. 0.05, v. 2 0.04.

P · CORNELIVS
ILVRCONESIS
D · F

Descripsi ex ectypo, quod misit Emmanuel Gomez Moreno filius.

VIII. ILIBERRIS p. 285. 705.

n. 2069 Unicum monumentum genuinum, quod olim in Monte-Sacro servabatur, ignoravit, ut expectaveris, ouperus fraudium sacrarum defensor, de quo infra in praefatione huius capitis dixi.

2070 Ex folio impresso Gorii puto habuit etiam Lami, ecclesiae Florentinae monumenta, ms. biblioth. Marucellianae, IV append. Servatur nunc in museo, ubi contuli a. 1888. V. 4 in M· lineola superposita legitur in lapide. Ectypum gypseum est in museo archaeologico Matritensi.

2071. 2072 (v. infra n. 5505). 2073 (v. infra n. 5506).

2074 Est in museo, ubi etiam inferior pars tituli (vv. 5—8) denuo comparuit, lectionem editorum plane confirmans. Contuli a. 1888.

2075 Est in museo, ubi contuli a. 1888. V. 2 extremo AEMIL*io* supplendum est, nam AEMIL*iano* vocabulum lapis vix capit. Appellabatur igitur homo ille *Cn. Papirius Aelianus Aemilius Tuscillus*. Litterae facile esse possunt saeculi secundi medii. 2076—2078.

2079 Est in museo, ubi contuli a. 1888. Litterae nunc quoque visae sunt saeculi primi exeuntis esse. V. 4 in. TRIA plene apparet. V. ultimo haec leguntur Q·F·C|. 2080.

2081 Exhibet etiam Filonardianus liber f. 81, qui habet V. 1 GALBAIO et GAIO, V. 3 PERPEN.

2082 Est in museo, ubi contuli a. 1888. 2083 (v. infra n. 5507). 2084 (v. infra n. 5508). 2085. 2086.

2087 Est in museo, ubi contuli a. 1888. Ectypum gypseum est in museo archaeologico Matritensi. Litterae sunt saeculi tertii ineuntis. V. 3 P · VALERIVS · LVCANVS. 2088—2091.

2092 (v. infra n. 5509). Ectypa gypsea sunt in museo Granatensi et in museo archaeologico Matritensi.

2093 Extat nunc in museo archaeologico Matritensi, ubi etiam ectypum gypseum servatur.

2094 Est ara rudis; nunc servatur Matriti in museo archaeologico. Litterae quamvis evanidae lectionem a me propositam confirmant.

2095 Extat nunc in museo archaeologico Matritensi; cippus litteris saeculi secundi tertiive elegantibus.

Municipium Iliberritanum in ipso situ Granatae hodiernae, fortasse in colle *la Alcazaba* dicto, fuisse inde a temporibus dominationis Arabicae, testimonia lapidum inscriptorum, qui frequentes inde prodierunt, secutus olim statui. Nec potuit aliter statuere, qui loutes examinaverit, qui tum patebant, testesque consultaverit. Sed inde ab illa aetate status causae mutatus est atque, ut breviter praecipiam quae infra expositurus sum, iam eo res inclinat, ut Iliberrim sitam fuisse credamus iuxta *Atarfe* vicum in montibus *la sierra de Elvira* hodie quoque dictis, in Arabum urbis situ vero statuamus collocatum fuisse vicum olim fortasse ab Iberis et Romanis, deinde a Iudaeis et Christianis habitatum et Granata fortasse iam antiquitus dictum; non *Natívola*, ut ex titulo christiano Inscr. Hisp. n. 115 fuerunt qui concluserint falso. Ita cum fratribus Oliver plerique hodie censent docti Hispani, etiam Granatenses; contra sentiunt et vetustam de loco concilii Iliberritani opinionem adhuc defendunt Aurelianus Guerra (inde ab a. 1840, vide in *Alhambra* vol. IV a. 1841 p. 24 ss. *notas para la historia de Granada*), Leopoldus Eguilaz (*del lugar donde fue* Iliberris, Matriti 1881 8.), alii (ut Marianus et Secundus de Pineda, in *Alhambra* vol. V a. 1842 p. 103 ss.).

Iosephus enim et Emmanuel fratres Oliver primum in epistula a. 1870 ad Iohannem Facundum Riaño data (*Iliberi y Granada, el Arte en España* 1870), deinde paullo etiam accuratius in libro inscripto *Granada y sus monumentos árabes* (Malacae 1875, XXXVIII 623 pp. 8. cum tabulis lithographis tribus) quaestionem illam retractaverunt (*apendice I, sobre el asiento de la ciudad de Iliberi*, p. 390 ss.). Atque demonstraverunt primum, scriptores Arabes, de quorum fide non est dubitandum, inde a saeculo octavo ad undecimum (quo ineunte deleta est), uno consensu omnes Ilibiram sive Elviram civitatem distinguere a Granata illamque collocare septem ab ea milibus passuum iuxta *Atarfe* vicum. Quae testimonia ex parte e libris manuscriptis desumpta et antea ignota sane non exigui momenti sunt. Deinde aedificium illud Romanum, sive basilicam sive thermas, in *Alcazaba* situm, cuius formam effossores Granatenses academiae historicae Matritensi miserunt, re vera non extitisse, sed a falsariis istis fictum esse non demonstraverunt quidem ita, ut nemo obloqui posset, sed tamen statuerunt aliqua cum probabilitate. Mihi forma illa olim genuina visa est, praesertim cum tituli in aedificio reperti omni suspicione maiores adhuc extent. Sed cum aedificii formam cum situ, in quo illud inventum esse relatum est, amici mei Matritenses Granatensesque conferrent, inprimis Eduardus Saavedra, apparuit ne spatium quidem loci sufficere ad mensuras formae eius ibi collocandas. Formam ipsam denuo inspicere non potui (latet enim inde ab itinere meo priore); sed locum adii cum amicis a. 1888 et illud intellexi, forum sane urbis Iliberritanae ibi quaeri omnino non posse. Itaque, etiamsi fortasse non procul inde reperti sunt tituli illi inscripti, tamen ad aedificium hoc faciendum videntur postea demum adhibiti esse ab incolis gentis sive Arabicae sive christianae. Inde ab *Atarfe* vico potuisse eos avectos ibique collocatos esse aetate recenti semper concessimus, cum talis migrationis exempla minime desint. Tertium accedit argumentum, quod iuxta *Atarfe* vicum re vera oppidum vetustum non exiguum locum habuisse probabile est propter aedificiorum parietinas, sepulcreta duo vel tria sepulcrorum circiter trium milium,

supellectilem aeream argillaceam cet. nummosque ibi annis 1842, 1828, 1874 repertos aut effossionibus institutis aut casu. Ego ibi Iliberrim sitam fuisse statui secundum testimonia, quae tum habui; et fatendum sane est titulos, qui inde nuper prodierunt, nomen oppidi nullius continere.

Retractavit quaestionem nuperrime Emmanuel Gomez Moreno pater, pictor Granatensis, de operibus artis antiquae et novae, quae ibi aut extant aut extabant, optime meritus, in dissertatione ante aliquot annos missa societati archaeologicae Valentinae, nunc vero edita aucta emendata, quae inscripta est *Medina Elvira* (Granatae 1888, pp. 24, 8. cum tabulis accurate a filio delineatis XVII, qui etiam elenchum confecit rerum omnium in *Atarfe* repertarum). Oppidum vetustum ibi, ubi *Atarfe* vicus postea fuit, locum habuisse, scriptor diligentissimus extra omnem dubitationem posuit. Quod adhuc dubitat, utrum illud Iliberris fuerit ipsa, an aliud, a Mauris tantum *Medina Elvira* dictum utpote totius regionis Iliberritanae caput, id fecit modeste, ut solet, opinionibus amicorum quorundam cedens et Antonii Delgado, qui voluit demonstrare e nummorum Ibericorum interpretatione incertissima, coniuncta illa cum scriptorum Arabum testimoniis, in *Atarfe* oppidum ab Iliberri diversum, sed foedere cum eo coniunctum, Castilia vel similiter appellatum extitisse. Sed quamquam nondum omni ex parte probatum, ut dixi, tamen veri est simillimum nullum aliud ibi fuisse oppidum praeter Iliberrim indeque Granatam asportatos esse lapides Iliberritanos repertos in collibus ex adverso Alhambrae sitis.

Sed prodierunt sane ex *Atarfe* et qui circa sunt locis (etiam ex vicinia carthusiae Granatensis n. 5212) tituli hi quos infra posui sex cum fragmentis variis; oppidum igitur ibi situm fuisse non exiguum certum est. Itaque quamquam nondum, ut dixi, omni ex parte demonstratum est, Iliberri in *Atarfe* sitam fuisse, non in hodiernae urbis Granatae collibus, tamen multo id nunc maiore probabilitate statuetur quam antea.

Sylloge titulorum, quam Góngora olim in universitate Granatensi congesserat, post eius obitum consilio saluberrimo empta est a ministro regio, qui tum erat, institutioni publicae praeposito atque ex parte inlata in museum archaeologicum Matritense, ex parte mansit Granatae in museo provinciali, cui filius eius praeest (vide *boletin de la Acad.* VI 1885 p. 385). Eodem etiam inlati sunt tituli reliqui per urbem sparsi fere omnes (exceptis n. 5508. 5518). Dolendum quod de origine monumentorum aliquot a Gongora collectorum nihil constat (ut de n. 5513. 5515); scilicet ipse nihil de eis reliquit adnotatum nec per Emmanuelem Gomez Moreno amicum eiusque filium quidquam de eis resciscere potui. Sed cum Granatae consulto relicta sint ea monumenta, quae ad ipsam pertinent eiusque viciniam, cum Granatensibus ea contribui.

Fragmenta duo (n. 5287. 5514) accesserunt ex sylloge Filonardiana.

Quam olim nondum potueram videre et excutere ephemeridem *la Alhambra* dictam (*periódico de ciencias, literatura y bellas artes*, volumina 3, Granatae 1839—1842, 4.), eam a. 1888 in ipsa Alhambra vidi integram et excussi; servat enim hodie admodum raram marchio *de Casa-Loring* in bibliotheca sua Alhambrensi. De effossionibus in *Atarfe* institutis egerunt in ea Michael Lafuente Alcántara (vol. V pars II a. 1848 p. 128 ss.), Nicolaus Peñalver y Lopez (ibid. p. 145 ss.), Iosephus de Castro y Orozco (vol. VI a. 1843 p. 121 ss.).

Aliquot titulos proposuerunt fratres Oliver in libro supra nominato de Granatae monumentis Arabicis; sed nemodum dedita opera monumenta tam in *Atarfe* quam Granatae reperta collegit, delineanda curavit, quaestionem illam topographicam omni studio ad finem perducere conatus est. Emmanuel Gomez Moreno filius, qui monumenta Granatensia nunc omnium optime novit, fortasse aliquando eam suscipiet et absolvet.

De fraudibus Granatensibus olim satis mihi videor exposuisse. Tamen nuper extitit qui fraudes illas dudum a iudicibus tam ecclesiasticis quam profanis damnatas esse aut ignoraret re vera aut ignorare se fingeret Iosephus de Ramos López, *canónigo presidente de esta insigne iglesia*, librumque ederet *el Sacro-Monte de Granáda* (Matriti 1883, pp. 126 8.), in quo fraudes illas omnes ineptissimas repeteret, defenderet, explicaret maioremque inde ecclesiae gloriam redundaturam esse sibi persuaderet.

Tres quos ex vicinia Granatae titulos huic capiti adiunxi (n. 2082—2224) denuo vidi omnes; novi nulli accesserunt.

De nummis Iliberritanis, quos primus recte attribuit huic oppido, Delgado dixit (*nuevo metodo* II p. 22 ss.)

5505 ad n. 2072. Columna servatur adhuc *en el carmen de Valsain* (una cum n. 5512), ubi descripsi et ectypum novum sumpsi a. 1888, quo emendatur lectio mea, quam olim obtinui aegre multis cum difficultatibus. Ectypum gypseum est in museo archaeologico Matritensi. Litterae sunt saeculi tertii, altae m. 0.03. Lego nunc quamvis lineis transductis consulto erasam sic

I · MA
P · VI · COS · II · P · P · PROC a. 243
MVNICIPI · FLORENT
ILIBERRITANI · DEVOTVM
NVMINI · MAIESTATIQVE · EIVS
SVMPTV · PVBLICO · POSVIT · D · D

Apparet statuam positam fuisse Gordiano similem atque Tranquillinae n. 2028 eodem sine dubio anno positam. V. 2 Bayérus ad veritatem proxime accessit cum legeret COS·IIIPP//.

Berlanga ed. *revista archeologica* III 1822 p. 48

5506 ad n. 2072 Est nunc in museo Granatensi, ubi contuli a. 1888 et ectypum sumpsi. Litterae sunt parvae (altae m. 0.023 ad 0.03), sed satis elegantes; marmoris ex *sierra Nevada* procedentis superficies hic illic saltavit lacunisque hiat, neque vero consulto quidquam erasum est.

P · CORNEL · P · F · GAL · ANVLLINO
IBER · PRAEF · VRB · COS · PRO · COS
PROV · AFRICAE · PRAET · TRIB
PLEB · Q · LEG · PROV · NAR
BONENS · PRO · COS · *prov*
BAETIC · LEG · LEG · VII · GEM *p. f.*
leg · AVG · PR · PR · PRO...
.... CVRAT · ALVEI · ET · *rip.*
tiberis......

Contuli; accuratissime mihi delineavit Emmanuel Gomez Moreno filius. Eius cura factum est, ut de lectione vv. 6 ad 8 iam plenius constaret. V. 2 extremo nihil deesse putat Moreno filius. Desunt v. 8 incunte litterae 4 aut 5. In universum hic quoque Bayeri potissimum lectio plane confirmatur. Curam alvei Tiberis nunc demum recuperavimus; ceterum de honorum ordine miro novi nihil ex iterata tituli descriptione discitur.

5507 ad n. 2223. Est etiam in libro Filonardiano f. 82 ita SIR PIRSIVS OEII · ONORIM · VIVIR|ATVS · IOOVBA · AILICALLII · VEA|IIS IIIPIBIICIIÀ · TIOSTIBVSI | CVNTA SVA IORNALA | IDII. Itaque exemplum hoc omnium antiquissimum lectionem quam proposui confirmat. V. 2 GAECLIE ET POSTIEVS certum est propter titulum gemellum n. 2081. Sed non assequor quid lateat in litteris.

Filon.: LII | VEA/ISII|P
Acc.: III | VCILLIAIT|IOI
Montf.: III | VCIIIISTI|TKI
Vel.: III | VCTTIISIT|EAT
Bayér: III | CAEISIT|ARI

5508 ad n. 2084. Denno comparuit et est in museo, ubi contuli a. 1888 et ectypum sumpsi, unde de scriptura tituli praecedentis iam constat. Litterae enim sunt in hoc gemello elegantissimae, pictis similes, saeculi tertii fere ineuntis, altae m. 0.088, et clare dicunt

IOBI · ET · BASILICAS ·
SAECLIS · ET · POSTIBVS ·

Lateine [tra]baeclis pro *trabeculis*? Tituli praecedentis vestigia non obstant. *Trabiculae* memorantur in lege Puteolana parieti faciundo.

5509 ad n. 2022. Ectypum vidi a. 1880 apud Guerram. Litterae sunt elegantes pictis similes saeculi tertii. Lege

L V N · S A C
SERVILIA · CRO
CALE · V · S · L · M

Croco olim dederam Guerram secutus.

5510 *Atarfe, cerca de los baños de Sierra Elvira*, intra parietinas aedificii Romani, basis lapidea. Servatur in museo Granatensi. Infra videtur nihil deesse. Litterae sunt rudes, sed aetatis quam indicant; altae m. 0.00. Quae a tergo sunt paullo graciliores tamen videntur eiusdem aetatis esse.

in facie:

IMP DOM[...]
CAES · AVG
G E R M A N I C I

a tergo:

[.]nis · C · P

Descripsi et ectypum sumpsi. Ios. et Emm. Oliver *Granada* p. 812; Gomez Moreno *Elvira* p. 17 tab. II 1.

V. 1 Pars dextra consulto erasa est; Domitiani nomen videtur perscriptum fuisse. V. 2 post CAES· hastae consulto erasae vestigia supersunt, fortasse errore a lapicida sculptae. Titulum, qui a tergo est, ita legit Oliver: . . . . ·IS·C·P, sed N litterae pars dextra mihi certa visa est. Est fortasse [*fi*]*nis* *c*(*allis*) *p*(*ublici*). Nam de campo sive conciliabulo sive centuria vix cogitaverim; multo etiam minus de *c*(*oloniae*) *P*(*atriciae*) longe inde distantis. Nam expectamus minimum *c*(*olonorum*) *c*(*oloniae*) *P*(*atriciae*) aut *agri c. P.*

5511 *Atarfe*, fragmentum basis marmoreae, rep. a. 1878 *en la inmediaciones del cortijo de las Monjas*; servatur in museo Granatensi. Litterae sunt graciles saeculi tertii, altae m. 0,038. Infra videtur nihil deesse, a laeva servatus est margo antiquus.

. . . . .
RTHICI · N
· PRONE
sur ANTONINO
post · MAX · TRIB
pot. · P · P · D · D
facie M · ANNO
E · ET ·
MACRI

Descripsi et ectypum sumpsi. Gomez Moreno *Elvira* p. 17 tab. II 2.

Supplenda sunt post antecessorum titulos, e quibus supersunt Traiani [*Pa*]*rthici* n(*epos*) et Nervae *prone*(*pos*), nomina [M. Aurelii] Antonini Pii felicis Augusti cum titulis, cui basis posita erat *d*(*ecreto*) *d*(*ecurionum*) ....*m* (?) *anno* ....*e et* ..... *Macri*. V. 7 in. E legi testatur Moreno filius.

5512 Extat Granatae *en la Alcazaba, en el carmen de Valsain, carril de la Lona*, ubi rep. est a. 1878 una cum n. 5004; columna marmorea. Litterae sunt graciles saeculi secundi exeuntis tertiive, altae m. 0.04, consulto erasae ideoque lectu difficiles.

L · CORNELIO · L · F
GAL · PLAC[CO]
FABIA · HYGIA · MATER ·
LOCO · ACCEPTO
A ////// · POSVIT ·

Descripsi a. 1880 primus et ectypum sumpsi; postea misit depictam accuratissime Emmanuel Gomez Moreno filius.

V. 2 Cognomen iam apparet esse *Flacco*. V. 3 Cognomen matris *Hygia* fuit. V. 4. 5 Supplementum incertum, fortasse *a re p*(*ublica*); ad *statuam* vocabulum spatium non sufficere adnotat Moreno filius.

5513 Fuit in Gongorae sylloge, nunc est in museo Granatensi, tabula lapidea alta m. 0.81, lata 0.41, crassa 0.00; litteris optimis saeculi primi exeuntis ineuntisve secundi, altis a m. 0.000 (v. 1) ad 0.035 (v. 7).

D
R Á T V S
F · A V G
O M P T I L I
NA · QVAE
É C E R A T
NA EÓ NÓMINE
· F · SVÁE · D · D

Descripsi. Supplementa incerta sunt.

V. 1 litteram dimidiatam (O sive D) solus vidit Moreno filius. V. 6 in. N fuit, non V.

[–. *Pomptilius* –. *f.* G]*rátus* | [.... *ponti*]*f*(*ex*), *aug*(*ur*), | [*P*]*omptili* | [*Tallus et Celeri*]*na quae* | [*monumentum* ..... *f*]*écerat* | [..... *Celeri*]*na eo nomine* | [*et illius*] *f*(*iliae*) *suae d*(*onum*) *d*(*edit*).

5514 (Eph. III n. 12). Granatae, in quodam marmore trito in Ste Michaele.

L · F · PATRICIA
*ob ho*NOREM SACER
doti epulo POPVLO DATO
D · D

Filonardianus liber f. 81.

V. 2 traditur MOREM.

5515 E Gongorae sylloge tabula lapidea parva, lata m. 0.42, alta 0.15; in museo Granatensi; litteris bonis, altis m. 0.04.

L · AEMILIVS · L · L
ANTIOCHVS

Descripsi; ectypum misit Gomez Moreno filius.

5515 Tabella lapidea, dicitur reperta esse non procul *de la Cartuja de Granáda*. Servatur in museo Granatensi; litterae sunt saeculi secundi elegantes.

D · M · S
AEMILIA · NOW
LA · ANNOR · XXV
P·I·S·H·S·E·S·T·T·L

Descripsi. Berlanga misit ab amicis acceptam. Cf. et Em. Oliver *Granada* p. 612.

5516 Ex sylloge Góngorae; cippus altus m. 2.47, latus 2.42; litteris saeculi primi exeuntis, altis m. 0.02. Servatur in museo Granatensi.

ARRIA · Ɔ · L
HOMNE · ANN · XI
H·S·E·S·T·T·L·

Descripsi; ectypum misit Gomez Moreno filius; idem mihi delineavit accurate.

5517 *Granáda*. Fragmentum tabellae marmoreae altae m. 0.22, latae 0.20, rep. a. 1292 ante portam domus sitae in platea S. Iosephi, in qua habitat Emmanuel Gomez Moreno. Litterae sunt graciles saeculi fere tertii; altae m. 2.020.

d. m. S
MANLIANVS
ISSIMA
NII · M

Descripsi ex ectypo quod misit Moreno.

5518 (= Eph. III n. 44). Granatae, in Sco. Ioseph in uno frusto magnae pilae marmoreae.

TER · NELIGIOSS

Antiquus in libro Filonardiano f. 21.

5518a *Atarfe*, rep. *en el haza de Secano* ante praedium *de las Monjas*; lapis longus c. m. 1.25, latus 2.56; litteris altis m. 0.225.

I N

Emanuel Gomez Moreno *Medina Elvira* p. 24.

IX. CISIMBRIVM p. 292.

n. 2225—2222.

Cisimbrenses cum civitatem Romanam beneficio Vespasiani et Titi consecuti essent, ut testatur titulus n. 2222, in tribum Quirinam adscripti sunt, ut observavit Kubitschek (de orig. trib. Rom. p. 130); inde fortasse explicatur, quod in titulo ante Vespasianum, ut videtur, posito n. 2220 magistratus oppidi Galeriam tribum habuit. In Galeria autem Kubitschek fuisse putat Cisimbrium aut propterea 'quod Augustus fortasse Agrippa demum mortuo oppidanos Latinos vel cives Romanos fecit, aut propterea quod Plinius errore eos inter stipendiarios rettulit' (p. 154). Commemoravi hanc eius opinionem, quae ex universo v. d. illius de Hispania tributim discripta iudicio pendet, neque vero certam iudico. Quod idem Kubitschek (l. s. s.) propter Galeriam eodem rettulit titulum Lucense repertum n. 1233, id probabilitate omni caret.

Ceterum promiscue tam *Cisimbrensis* quam *Cisimbriensis* adiectivi forma in usu fuisse putanda est, ut *Carthaginiensis* et *Carthaginensis* et similia; quod contra Detlefsenum moneo (Philol. vol. XXX 1870 p. 222).

Tituli inde novi non prodierunt.

X. OSSIGI p. 293. 705.

n. 2102 Ectypum gypseum extat in museo archaeologico Matritensi, quod contuli. Lectio mea inde comprobatur. 2121. 2102.

5025 Est Matriti in museo archaeologico. Litterae sunt saeculi primi bonae. Contuli lapidem a. 1226. V. 1 Post v aliquid superest, quod litterae erasae simile videbatur; sed potest casu ortum esse. Fortasse *C. A(ntonii?) V(alentis?) s(inistrorsum?) p(edes) XXIIII s(emis)*.

E titulis n. 3352 et 3354, quorum hic positus uxori Vetuli est e plebe Latoniensi, Vetulum ipsum origine Ossigitanum fuisse coniecit Kubitschek (de orig. trib. Rom. p. 148) indeque Ossigi Galeriae tribui adscripsit. Quod per se non caret probabilitate, e titulis autem illis satis longe inde repertis minime sequitur.

X^a^. CANTIGI p. 705.

n. 5060 Ectypum gypseum, sed admodum evanidum, est Matriti in museo archaeologico; quod contuli fructu nullo.

5027 Iam est Matriti in museo archaeologico. Contuli lapidem a. 1290.

Cantigi oppidum aliunde non notum ibi prope fuisse probabile est, ubi reperti sunt tituli n. 5066. 5287.

XI. VRGAVO p. 294.

n. 2103. 2104 Extat nunc in museo archaeologico Matritensi, litteris non bonis; ubi contuli. 2105.

2126 Ectypum gypseum est in museo archaeologico Matritensi. 2107. 2108.

2109 Ectypum gypseum est in museo archaeologico Matritensi. 2110.

2111 Ectypum gypseum partis superstitis est in museo archaeologico Matritensi.

2112 Ectypum exempli novicii est in museo archaeologico Matritensi. 2113. 2114.

2115 Ectypum gypseum est in museo archaeologico Matritensi, quod contuli. 2116—2122.

Albam cognomen oppidi Romanum esse ab Alba longa fortasse desumptum recte monuit Detlefsenus (in Philologo vol. XXX 1870 p. 275).

XII. ISTVRGI p. 297.

n. 2124 Ectypum gypseum est in museo archaeologico Matritensi. 2122—2125.

XIII. OBVLCO p. 298.

n. 2126 Scrofam cum porcis triginta exemplum esse eius signi, quod ex aere factum Lavinii extitisse Verro testis est (de r. r. III 4, 18), atque Obulcone dedicatum propter ius Latii a Vespasiano concessum probabiliter coniecit O. Hirschfeld *Göttinger gel. Anzeigen* a. 1872 p. 1222.

2127—2137. 2138 Extat in museo Cordubensi, ubi contuli a. 1881. Litterae sunt elegantes saeculi secundi, altae 0.235.

2139—2144. 2145 Lege *Cn(aeo) n(ostro) Hyllus l(ibertus)*. 2146—2148.

2149 a (p. 301 et Eph. II p. 240). In tradita lectione PRAEFECTO | IIVIR·POLESI latet II·VIR·POTEST, i. e. *duumvirali potestate* (v. Cor. Moral in *the Academy* a. 1870 p. 301).

Novi accesserunt tituli duo (n. 5519. 5520). De nummis Obulconensibus dixit Gago apud Delgadum (*nuevo metodo* II p. 218 ss.).

5519 Obulcone rep. a. 1823, cippus ex lapide calcario altus m. 1.38, latus m. 0.58, litteris elegantibus saeculi secundi exeuntis tertiive. Nihil deest.

LIBERALIS ·
INFECTOR·H·S·E
S·T·T·L·

Descripsi ex ectypo, quod misit Victorianus Rivera Romero Cordubensis; Aur. Guerra *boletin de la Acad.* XI 1887 p. 172 ex ectypo ab eodem misso.

Infectoris officium ex Cicerone notum est, ut lexica docent.

5520 Cippi magni pars inferior, a sinistra fracta, rep. a. 1881 prope Obulconem; servatur ibi in horto Iosephi Mengibar. Litterae sunt saeculi primi ineuntis vel etiam antiquiores, altae m. 2.07; puncta magna quadrangula.

m e n s u r a
[...]VM · IN FRO
P XII · IN · AGRO
P XV · OFFILLIENA ·
5 L · L · FAVSTA ·
H · S · S ·

Descripsi ex ectypo, quod misit Victorianus Rivera Romero Cordubensis.

Aur. Guerra *boletin de la Acad.* XI 1887 p. 172 ex ectypo ab eodem misso; qui supplet initio [*L. ped*]*um* et v. 4. 5 legit *Offilie* (s. *Ofeilie*) *Na(r)*|*ri Fausta*.

Vv. 4. 5. 6 extremis puncta extant.

XIV. *BVJALANCE* p. 304.

n. 2150—2154.

XV. EPORA p. 304.

n. 2155 REGINAE illud in mentem revocavit RECTINAE nomen tituli n. 2168. Neque videtur ille diversus esse ab hoc. 2156—2176.

2177 Extat adhuc ibidem (*calle corredera* n. 83); a. 1872 exemplum mihi misit Raphael Ramirez de Arellano Cordubensis. 2178—2180.

Eporam olim foederatam, cum Galeriae tribui adscripta fuerit, 'iam ante Vespasianum vel potius Claudium, fortasse Augusti ipsius aetate posteriore, cum Agrippae commentarii iam perfecti essent', municipium factum esse coniecit Kubitschek (de orig. trib. Rom. p. 130). Nummi rarissimi AIPORA inscripti, ut videntur, utrum Eporae huic tribuendi sint (v. Delgado *nuevo metodo* II p. 120. 228 tab. 78 D) an, si AIBORA potius legendum, Eborae Lusitanae (ut Zobelius opinatur *estudio* II p. 442 adn. 1), in incerto relinquendum est. V. supra p. 205.

XVI. *ADAMVZ* p. 304.

n. 2181—2185.

XVII. SACILI p. 305.

n. 2186—2190.

De nummis huius oppidi dixit Delgado (*nuevo metodo* II p. 274 ss.).

XVIII. CORDVBA p. 306. 705. XLIV.

n. 2191—2205. 2206 (errore typothetae editum est 2006). 2207. 2208.

2209 et 2210 (errore typothetae editum est 2109 et 2110). 2211.

2212 (errore typothetae editum est 2112). Denuo comparuit in curte domus marchionis *de la Fuensanta* et inlata est in museum. Raphael Romero y Barros *bol. de la Acad.* XII 1888 p. 442. Vv. 1. 2 interierunt.

2213 In adnotatione pro 'olim legebatur' lege 'olim extabat'. Titulum hunc non ad Cordubam pertinere, sed ad aliud oppidum aliquod suspicatur Kubitschek (de orig. trib. Rom. p. 125) cum propter locum a Corduba satis remotum, ubi prodiit, tum propter Papiriam tribum; Cordubensium enim tribus Galeria fuit. *Algarbejo* vicus a Corduba leugas $3^1/_2$ versus septentriones situs est in pago *del Monedero*; ad Astigim igitur, ut ille voluit, titulus omnino non pertinet; neque ex tribus diversitate certi quidquam colligitur.

2214. 2215 (errore typothetae editum est 2115).

2216—2220. 2221 (errore typothetae editum est 2121). 2222—2235.

2236 Extat Cordubae in museo, ubi descripsi a. 1881 et ectypum sumpsi. Litterae sunt tenues saeculi tertii. V. 2 GAECVS, ut Bayer legit, in lapide est; reliqua vv. 3 et 4 olim scripta evanida sunt, sed tamen distinguuntur.

2237—2271. 2272 Extat Cordubae in museo, ubi contuli a. 1881. V. 2 in fine litterae C o S denuo comparuerunt.

2273—2279. 2280 Extat in museo, ubi contuli a. 1881. 2281—2288.

2289 V. 4 pro SAHELICIA emenda SVLPICIA. 2290—2321°.

Cordubam urbem primariam denuo adii a. 1884 ibique adiutus ab amicis Francisco de Paula Pavon et Victoriano Rivera Romero titulos contuli tandem aliquando collectos in museo provinciali. Accesserunt novi huic capiti sedecim (n. 5521—5533. 5535—5537), quorum tres gravioris momenti sunt, reliqui sepulcrales. Ad iam editos perpauca addenda inveni. De nummis Cordubensibus Delgado dixit (*nuevo metodo* I p. 120 ss.); quod Caesaris nummi nulli, Augusti multi Cordubae cusi sunt, inde minime sequitur, quod olim Zumptius voluit, nunc Kubitschek ei assensus repetivit (de orig. trib. Rom. p. 138), coloniam eo deductam esse ab Augusto. Nam hodie quoque ei opinioni puto obstare, quod Corduba *Iuliae* Augustaeve nomen nunquam gessit. Itaque a quonam viro, patricio fortasse, coloniae ius acceperit Corduba, ignoramus.

Ad ea quae de vita S. Eulogii a Morali scripta dixi addere potui repetitam eam esse etiam in operibus patrum Toletanorum a Lorenzana editis Matriti vol. II a. 1785 p. 887 ss.

Titulum sepulcralem repertum in vicina *Alcolea* (n. 5534) contribui cum Cordubensibus, quamquam potest etiam ad Sacili pertinere.

In antiquitates Romanas huius oppidi titulosque inscriptos nemo denuo cum cura inquirere instituit; quod sane merentur. Interpretes nullos nanctum est museum Cordubense, cuius ne catalogus quidem extat. Qui de Cordubae historia scripsit ultimus Theodemirus Ramirez de Arellano y Gutierrez (*paseos por Córdoba, ó sean apuntes para su historia*, voll. I—III. Cordubae 1875—77 8.; cf. *boletin de la Acad.* I 1877/9 p. 302), titulos non tetigit.

5521 (= Eph. III n. 15). Cordubae, rep. a. 1872 *á poco mas de 3 metros de profundidad abriendo las sanjas para una casa, que hace esquina á la calle del Conde de Gondomar y paseo del Gran Capitán*; ara marmorea grandis, nunc ibi in museo. Litterae sunt elegantissimae, pictis similes, caudatae, saeculi tertii, altae v. 1 m. 0.035, vv. reliquis m. 0.03.

SX IVSSV MATRIS DEVM •
PRO SALVTE IMPERII
TAVRIBOLIVM FECIT PVBLICIVS
VALERIVS FORTVNATVS THALAMVS
SVSCEPIT CRIONIS PORCIA BASSEMIA
SACERDOTE AVRELIO STEPHANO
DEDICATA VIII KAL APRIL •
PIO ET PROCVLO COS p. C. 234

Contuli a. 1881 et ectypum sumpsi. Fita *museo español de antigüedades* IV 1875 p. 638 ex ectypo misso a Victoriano Rivera Romero.

De lectione iam constat, unde quae olim adnotavi de ea omitti potuerunt. V. 4 in THALAMVS et v. 6 in STEPHANO vocabulis M ita formata est Ŀ. V. 5 natr. *Bassenia* clare legitur. Puncta ubique desunt neque quidquam per compendia scriptum est.

Legendum igitur:

Ex iussu matris deum | *pro salute imperii* | *tauribolium fecit Publicius* | *Valerius Fortunatus Thalamus*; | *suscepit crionis Porcia Bassenia*; | *sacerdote Aurelio Stephano* | *dedicata VIII kal(endas) April(es)* | *Pio et Proculo co(n)s(ulibus)*.

Ad *crionis* cogitatione supplendum est *bolium*, ut olim adnotaverat Mommsenus, qui addidit *crionis* pro κριοῦ non offendere, cum *bolium* ipsum non multo melius formatum sit. Nomina dedicaolis quattuor hac aetate non mira sunt.

5522 (= Eph. IV n. 20). Cordubae, basis magna inde ob Arabum temporibus arcui uni pontis supra Anam fluvium inserta, sed anno demum 1877, dum pons instauratur, inde remota et collocata in museo Cordubensi.

IN HONOREM
MEMORIAE
C • ANNII • C • F
LEPIDI
MARCELLI
TRIVMVIRI
KAPITALIS
ORDO
SPLENDIDISSIMAE
COLONIAE
CORDVBENSIVM
STATVAM
EQVESTREM
PONI • DECREVIT
QVINTIA • P • F
GALLA
MATER
HONORE•ACCEPTO
IMPENSAM *remisit*

Contuli, sed ectypum sumere non potui; A. Guerra in ephemeride *la Ciencia cristiana* vol. III 1877 p. 464 ex exemplo misso a Raphaele Ramirez de Arellano.

V. 7 KARITALIS Ramirez.

C. Annius Lepidus Marcellus iuvenis nobilis aliunde videtur notus non esse; fortasse parentela coniunctus erat cum Annio Vero avo M. Antonini imperatoris.

5523 (= Eph. III n. 16). Cordubae rep. 1872 una cum n. 5521. Tabula marmorea, longa m. 0.78, alta 0.47, quae videtur olim in basim statuae inmissa fuisse. Servatur ibi in museo. Litterae sunt parvae saeculi secundi exeuntis tertiive, altae v. 1 m. 0.02, vv. reliquis m. 0.015.

COLONIA • PATRIC
L • IVNIVS • P • F • SERG • PAVLINVS • PONTIF • FLAMEN • PERPET • IIVIR • C • C • P • FLAM • PROVINC
BAET • EDITO • OB • HONOREM • FLAMINATVS • MVNERE • GLADIATORIO • ET • DVABVS • LVSIONIB
STATVAS • QVAS • OB • HONORES • CONIVNCTOS • PROMISERAT • EX • HS CCCC • POSVIT • ET • FACTIS • CIRCIENS • DED

Contuli a. 1881 et ectypum sumpsi; Fita *museo español de antigüedades* IV 1875 p. 638 ex ectypo misso a Victoriano Rivera Romero. De lectione omnino constat.

Colonia Patric(ia). | *L. Iunius P. f(ilius) Serg(ia) Paulinus, pontif(ex), flamen perpet(uus), IIvir c(olonorum) c(oloniae) P(atriciae), flam(en) provinc(iae) Baet(icae), edito ob honorem flaminatus munere gladiatorio et duabus lusionib(us),* | *statuas, quas ob honores coniunctas promiserat, ex HS (sestertium)* CCCC *(milibus) posuit et factis circiens(ibus) ded(icavit)*

V. 2 LVSSIONIB Fita errore. V. 3 in. vocabula duo priora aut eradi coepta sunt tempore recentiore aut humore exesa, sed tamen leguntur.

5524 Prope Cordubam rep. a. 1887, basis marmorea alta m. 1.54, lata 0.89, crassa m. 1.47. Litterae dicuntur esse saeculi II optimae.

L • AELIO • L • F • GAL
FAVSTINO II VIR
C • C • P • D • D
AELIA • FAVSTINA • F
HONORE • ACCEPTO
INPENSAM
REMISIT

Fita *boletin de la Acad.* XII 1888 p. 102. 189. 416.

V. 1 T•AELIO alii Fita teste.

Disputarunt amici Hispani utrum v. 3 solvendus esset *colonorum coloniae Patriciae decreto decurionum* an *coloni*; hoc puto esse veri similius. D•D non *donum dant* sed *decreto decurionum* solvendum esse cum iis consentio.

5525 Prope Cordobam rep. a. 1888 una cum n. 5584; fragmentum litteris optimis, similibus tituli Carthaginiensis n. 3418.

*cn. corne*LIO · L · F
sal. C I N N A E
praef. ECTO IIVIR
aed pot E S T A T E
d D · C · P
*impe*NSA REMISSA ES*t*

Fita *boletin de la Acad.* XII 1888 p. 189, qui misit d. 6 m. Febr. a. 1888; ectypum nondum vidi.

5526 (= Eph. III n. 17). Cordubae rep. *cerca de la ciudad, haciendo un desmonte para la via ferrea de Belmez.* Extabat ibi apud Emmanuelem Tela, nunc est in museo. Litterae sunt saeculi primi.

Q · ANNEDIVS · Q · L · SVRILLIO ·
H · S · E · S · T · T · L
LVCLENA · ƆƆ · L · GRATA · PIA · FRVGI
H E E S T T L

Descripsi; Fita *museo español de antigüedades* IV 1875 p. 837 ex ectypo misso a Victoriano Rivera Romero.

V. 4 puncta deesse adnotavi in re praesenti.

5527 Cordubae, basis parva, rep. *en un huerto de la calle de Arrancacepas* prope portam *de Colodro*, in sepulcreto vetusto, in quo sigilla multa ex terra argillacea facta servata erant. A. 1881 frustra quaesivi.

Q · ATINIVS · ATTIC
PIVS IN·SVIS
ATINIA · Q · LIBE
H · S · S

Guerra misit descriptam ab amicis.

5528 Cordubae rep. a. 1880 ad ripam Baetis in fundamentis muri alicuius veteris; fragmentum tabellae lapideae parvae, altae m. 0.38, latae m. 0.30. Litterae sunt malae saeculi tertii, altae m. 0.03.

A V R E *lia ... vixit annis*
· V · M *a* . . . . .   *pia*
· IN · *pace*

Descripsi ex ectypo quod misit Victorianus Rivera Romero; idem miserat academiae historicae Matritensi, in cuius schedis vidi.

V. 3 *in* [*pace*] supplevit Romero, titulum christianum putans. Non recte, nisi fallor.

5529 Cordubae, arula rep. a. 1880, servatur in seminario S. Pelagiae. Litterae sunt saeculi tertii non bonae.

D M S
AVRELIA
VALERINA
ANN · LXXII
P · I · S · H · S · E
S · T · T · L

Descripsi a. 1881.

5530 Cordubae.

D · M
LVCILIA · AN
NOR · V · PIA
I N S V I S
H · S · E · S · T
T · L

Rafael Ramirez de Arellano misit. Fortasse non diversa a n. 2287.

V. 2 LVCILIA Ramirez.

5531 Cordubae, rep. a. 1887 *en la calle de los moros*, servatur apud Ioh. Gutierrez Sanchez, *calle de Cabrera* 3. Est cippus parvus marmoreus, altus m. 0.98, latus m. 0.45, litteris saeculi secundi.

L V C R I O
ANN · XVIII
A M A N T I S S I
MVS · DOMINO
RVM · PIVS · IN
OMNI|VS · HSESTT

Ioh. Ficker mihi descripsit a. 1888; Guerra misit descriptam ab amicis et supplevit; prodit *boletin de la Acad.* XI 1887 p. 308 s.

V. 6 Ficker solus descripsit; lege *pius in omnibus h. s. e.* cet.

5532 Cordubae, in museo; tabella lapidea litteris saeculi fere secundi.

Q · MINIVS · ATTICVS
PIVS · IN · SVIS
ATINIA · Q · LIB · C
H · S · S

Descripsi a. 1881. Eadem atque n. 5527?

5533 Cordubae rep., olim apud Franciscum Caballero Infante, nunc Matriti in museo archaeologico. Lapis quadratus altus et latus m. 0.33, litteris saeculi secundi.

D · M · S
M Y R T A L E
ANN · XXXXV
PIA · INSVIS
H · S · E · S · T · T · L

Descripsi. Rada *museo español de antigüedades* VI 1875 p. 272.

V. 2 MIRTALE Rada, errore.

5534 *Alcolea*, tabella lapidea; servatur Cordubae in museo.

D · M · S
O C T A V I A
ANN · XXXX
PIA · IN · SVIS
e T · T · L

Descripsi a. 1881.

5535 Cordubae, cippus rudis rep. a. 1878; in museo. Litterae visae sunt saeculi secundi esse.

C · SAR · ACVT
I V S · A N V
CLVS · ET · MES
V · DV · HC · S · E · S
T · T · L

Descripsi; Zobel misit ab amicis descriptam.

Lege *C. Sar*(*renus?*) *Acutius anuclus et mesu du*(*orum*) *hic s. e. s. t. t. l.* Sarrenam gentem praebet titulus Italicus vol. IX 4080. Nota etiam gens Sarronia.

5536 Cordubae, in museo provinciali, tabula lapidea litteris bonis saeculi primi, altis v. 1 m. 0.043, vv. reliquis m. 0.030. Puncta triangula, unus post prima 2 v. 5 foliolo hederaceo similis.

M · SEMPRONIO · M · L
PRINCIPI · SEMPONIAE *sic*
L · L · SECVNDAE · LVRIAE
C · L · FAVSTILLAE · ANN · XXVI
H · S · S · S · S · T · T · L
H · M · H · N · S

Descripsi a. 1881 et ectypum sumpsi.

5537 Cordubae, olim *en un huerto de la calle de Arrancacepas* prope portam *de Colodro* (ut n. 5527); servatur Hispali in museo; tabella marmorea litteris saeculi fere secundi.

D M S
SENTIA · MAPALIA
P · I · N · S · AN XXX *sic*
H · S · T · R · S · T · T · L

Descripsi a. 1881; vidi etiam ectypum Matriti apud Guerram.

V. 4 quadratarius in formula trita erravit.

5538 Rep. *en la hacienda llamada Valenzoneja, cerca del Puente de Alcolea*; unde Cordubae servabatur olim, nunc est Hispali in museo, tabella marmorea litteris parvis sed elegantibus.

D · M · S
T R O P H I M E ·
ANNOR · XX ·
P · I · S · H · S · E · S · T · T · L

Descripsi a. 1881; ectypum vidi Matriti apud Guerram.

XIX. CARBVLA p. 321.

n. 5355—5365.

De nummis huius oppidi exposuit Delgado (nuevo *metodo* I p. 52 ss.).

XX. *PEÑAFLOR* p. 321.

n. 2356—5328. 2355 Exemplum Stradae redit in Servii iuvenilibus feriis p. 137. 2330—5337.

Tituli aliquot sepulcrales ibi reperti Hispalim asportati sunt; de nomine oppidi antiquo nihil inde discitur.

5539 *Peñaflor*, tabula marmorea; servatur Hispali apud Francisc. Matthaeum Gago.

N · ASNILIVS
M · F · NARCIANVS
ANNORVM · XXXXIII · PIVS
IN · SVIS · N · S · S · S · T · T · L ·

Descripsi a. 1881.

5540 *Peñaflor*, cippus parvus; servatur Hispali apud Francisc. Matthaeum Gago.

D · M · S
L · VALERI
ANVSV
ICSIT AN
S NIS XXXI P
I S H S EST

Descripsi a. 1881.

Lege *L(icinius?) Valerianus*.

5541 *Peñaflor*, tabella ex lapide calcario; Hispali apud Franciscum Matthaeum Gago.

SVCCESSVS
SER · ANN · XXX
H · S · E · S · TT · L ·

Descripsi a. 1881.

5542 *Peñaflor*, Hispali apud Franciscum Matthaeum Gago, tabella marmorea, litteris saeculi tertii elegantibus.

VS · CHRES
CS · NENSIM
VI · PIVS · INSVI · *sic*
S · HIC · S · S · S · T · T · L
palma capra (?) bos

Descripsi a. 1881.

[*L. Titi*]*us Chres*[*ti*]*cus* infans cauponis filius videtur fuisse.

XXI. *AZVAGA* MVNICIPIVM IVLIVM V....? p. 323.

n. 1025 (v. infra n. 5543). 5335. 5339 (v. infra n. 5544). 2345 (v. infra n. 5545). 5341 (v. infra n. 5546). 2345 (v. infra n. 5547).

Azuagae in oppido Baeturiae dudum extare adhuc excepto uno (n. 2335) titulos a me compositos inter Baeticae inscriptiones cap. XXI quattuor (n. 5332—2342) Guerrae testati sunt amici miseruntque praeterea exempla duorum nondum notorum (n. 5548. 5542) et adfirmaverunt Azuagae item extare neque umquam fuisse Llerenae, ubi Mameranus posuerat unicus eius auctor adhuc notus, titulum n. 1025. Exstitit inde series titulorum ad Traiani domum pertinentium (cum coaevo fortasse uno magistratus municipalis n. 5547) haec plus uno nomine memorabilis, quam integram putavi repetendam esse, quamquam dolendum est nequiisse nec Guerram nec me ipsum ectypa eorum procurare. Adire autem locum nisi itinere longinquo ad hoc suscepto cum non licuerit, standum est scriptis exemplis.

A. 1575 de titulis huius oppidi libellum composuit P. Antonius Duran *apuntes sobre las antigüedades de Azuaga*, qui tamen non videtur publici iuris factus esse. Titulos inde descripsit Vincentius Barrantes *aparato bibliográfico* I p. 151 ss. correctos ab Aureliano Guerra.

De oppidi nomine tituli hi testimonia continent non satis certa. Certum autem est Azuagae vel in vicinia quaerendum esse municipium aliquod vetustum Baeturiae Celticae, de cuius oppidis etiam post alteram Detlefseni curam (in Philologo XXX 1875 p. 292 ss.) ex Plinio incerta tantum testimonia eruuntur. Nomina eius inesse patet litteris singularibus hisce:

in n. 5543 D · D · M · F · V · P · P · F · D
5544 D · D · M · I · V · P · I · S · D
5545 D · D · M · I · V · P · P · F · D

Certum est Ugultuniacum non posse Llerenae collocari; inter reliqua oppida elenchi Pliniani *Nertobriga Concordia Iulia* (cf. p. 125), *Curiga* (p. 134), *Lacimurga Constantia Iulia* (infra n. 5550) cum probabilitate ubi sita fuerint potuit demonstrari. Restant igitur quae in censum vocari possint haec tantum *Seria Fama Iulia*, *Segida Restituta Iulia*, *Tereses Fortunales*, *Callenses Aeneanici*; eorum nullum in litteras traditas quadrat. Videntur autem litterae illae in n. 5545 optime traditae esse; in n. 5543 F male lectum esse potest pro I, quamquam de Flavii nomine cogitari omnino non posse minime mihi videtur demonstravisse Detlefsenus (l. c. p. 273 s.); in n. 5544 I·S in fine facile a descriptoribus potuerat poni pro P·F. Possunt igitur P·P·F·D litterae formulam aliquam indicare minus solitam, veluti *pecunia publica factam dat*; initio certum est legendum esse *decreto decurionum*. Restat m(*unicipium*) *I*(*ulium*) *V*...... De Ugultuniaco non cogitavi propterea quod Plinii eiusve auctoris aetate visum est Contributae Iuliae cognomina gessisse. *Vama* a solo Ptolemaeo in Baetica Celtica collocata (II 4, 15) et in titulo Salvatierrae reperto (n. 965) nominata num municipium Iulium fuerit ignoramus. Itaque quale fuerit municipium illud Iulium V... .. adhuc incertum est. Neque hoc admodum mirandum in tanta oppidorum ignotorum per regiones illas multitudine; verum magnopere optandum, ut situs monumentaque oppidi eius diligentius explorentur, quod Azuagae vel circa eam fuisse certum est.

5543 ad n. 1025 (= Eph. III n. 15). Azuagae extat *en el patio corral de la escuela de niñas*, est cippus altus m. 1.58, latus 0.55, crassus 0.45; Llerenae, ubi tamen videtur nunquam fuisse, MAMERANUS.

IMP · CAESARI
DIVI · NERVAE · F
NERVAE · TRAIANO
OPTIMO · AVG · GER
PARTHICO
DACICO · PONTIF
MAXIM · TRIBVN
POTEST · XVIIII · IMP · XI p. C. 115
COS · VI · P · P
D · D · M · F · V
P · P · F · D

Edidi ex exemplo Guerrae ab amicis misso; Barrantes *aparato* I p. 152 e schedis Antonii Duran; Ios. Rodriguez Diaz *boletin de la Acad.* XIII 1888 p. 577.

V. 5 PATRICO Mamerani exemplum scriptum, quod Occo correxit in PARTHICO fortasse meliore eius schedarum exemplo usus.

V. 8 POTEST · XVIII Mam., XIIII Guerrae amicus errore aperto.

V. 11 P·P·D Mam.

5544 ad 2339 (= Eph. III n. 18). Azuagae.

D I V O
NERVAE
D·D·M·I·V
P·I·S·D

Ita edidi iam supra ex exemplo Guerrae ab amicis misso; Barrantes *aparato* I p. 182 e schedis Antonii Duran.

Divo | *Nervae* | d(*ecreto*) *d*(*ecurionum*) m(*unicipium*) *I... V...*, p. [*p. f.*] d(*at*).

5545 ad n. 2345 (= Eph. III n. 21). Azuagae.

MARCIAnae · AVGVSTAE · IMP
CAES · DIVI · NERVAE · F · NER
VAE · TRAIANI · OPTIMI · AVG
GERM · DACICI · PARTHICI
5 SORORI

Edidi ex exemplo Guerrae ab amicis misso; Barrantes *aparato* I p. 183 e schedis Antonii Duran.

V. 1 videtur male habitus esse initio, nam etiam Moralis exemplum adhuc notum solum prave exhibet MARCIAE · IMP · CAES (omisso AVGVSTAE vocabulo), ut MARCIAE quoque, quod Guerrae exemplum habet, e Morali fluxisse videatur. Tamen Moralis exemplum versus aliter dividit et desinit v. 3 in AVG vocabulo additis duobus versibus, qui lineolis indicantur legi ab auctore eius non potuisse. Quae nova hoc in fine eddit ad supplendum proclivia ipse quoque suppleveram; tamen non est cur ficta putemus.

5546 ad n. 2344 (= Eph. III n. 22). Azuagae.

MATIDIAE · AVGVSTAE
IMP · CAES · DIVI · NAERVAE
F · NAERVAE · TRAIANI
OPTIMI · AVG · GERM · DACICI
5 PARTHICI · SORORI·f

Edidi ex exemplo Guerrae ab amicis misso; Barrantes non habet.

V. 2 et 3 *Naervae* scriptura bis repetita rustica quidem est, sed memorabilis, cum videatur docere e illud produci solitum esse pronuntiatione. V. 5 SORORIS Mor., SORORI Guerrae amici nullo lacunae indicio addito.

A titulo n. 5548 hic diserte traditur diversus esse; neque mirum duabus statuis honoratam fuisse in municipio illo Matidiam Augustam.

5547 ad n. 2342 (= Eph. III n. 24). Azuagae.

M · HERENNIO
M · F · GALERIA
L A E T I N O
AED · IIVIR · III
5 PONTIF · AVG
HEREDES
EX TESTAMENTO · EIVS

Edidi ex exemplo Guerrae ab amicis misso; Barrantes *aparato* I p. 182 e schedis Antonii Duran. Morales versus aliter disposuit et praeterea habet v. 5 PONTIF·AVGG; videtur potius solvendum esse *pontif*(*ex*) *aug*(*ur*).

5548 (= Eph. III n. 20). Azuagae.

DIVI
TRAIA
PAR

Ex exemplo Guerrae ab amicis misso.

5549 (= Eph. III n. 23). Azuagae.

M A T I D I A E
A V G V S T A E
IMP · CAES · DIVI
NERVAE · F · NERVAE
5 TRAIANI · OPTIMI
AVG · GERM · DACICI
S O R O R I S · f · D d.
M · I · V
P · P · F · D

Edidi ex exemplo Guerrae ab amicis misso; Barrantes *aparato* I p. 182 e schedis A. Duran.

V. 7 SORORIS ID... traditur; apparet in lapide fuisse SORORIS·F·D·D.

Titulus videtur gemellus fuisse eius, qui Traiano ibi positus est a. 115 (n. 5545); nam de Matidia iuniore cogitare vetat Augustae nomen.

XXII. MELLARIA p. 324. 705.

n. 2343—2347. 2348 Exemplum novicium nunc est Cordubae in museo, ubi contuli a. 1881. 2349—2351.

XXII^a. LACIMVRGA (*Villavieja* prope *Navalvillar*) p. 705.

n. 5065 (v. infra n. 5550).

Inter Baeturiae Celticae oppida apud Plinium (3, 3, 14) est *Lacimurgi Constantia Iulia*; *lacinimuriae* habet codex Leidensis, *lacinimurge* Riccardianus, *lacimurge* Parisinus n. 6725, id quod titulus verum esse indicat. Itaque *Lacimurga* oppidum circa loca illa quaerendum est. Hoc loco inserui, quamquam Baeturia Celtica Hispalensis conventus erat, non Cordubensis, cum titulus positus esse possit loco alieno; tamen Baeticae esse volui, non Lusitaniae, cum *Pueblo de Alcocer* certe cis Anam sita sit. De loco vero, ubi titulus prodiit, non traditur, utrum cis an trans Anam sit; *Navalvillar* (*de Pela*) videtur esse Lusitaniae. Lacimurgam in *Puebla de Alcocer* collocat Guerra, in *Villavieja* Lacipeam itinerarii.

5550 ad n. 5065. Reperta est circa a. 1858 *en la que llaman mesquita cerca del Pedroe de Cogolludo* in *Villavieja* loco deserto, 1/2 chiliom. a dextra Anae ripa, *término de Navalvillar de Pela*, *partido de la Puebla de Alcocer*, *provincia de Badajoz*. Est lapis altus plus m. 1.55. Servatur in *Navalvillar*, in aedibus *Arroyo Porras*, *calle nueva* n. 20, ubi *sirve de sosten al arco del horno próximo á la cocina.*

GENIO · LACI
MVRGAE ·
NORBANA
Q·F·QVINT
5 ILLA · NOR
BENSIS

Zobello dedit Iosephus Moreno Nieto (cf. supra n. 5038 inde n. 5555); Fita *boletin de la Acad.* X 1887 p. 89 et 155 ex ectypo misso a Petro Cano Muñoz.

XXIII. IVLIPA p. 326. XLIV.

n. 2352—2354.

XXIV. MIROBRIGA p. 327.

n. 2355—2365.

PARS TERTIA.

TARRACONENSIS
PROVINCIA ASTVRIA ET GALLAECIA.

CONVENTVS BRACARAVGVSTANVS.

I. OPPIDA VARIA p. 331. 706. XLIV.

n. 2370—2372 Frustra post me in Portus oppido titulos hos quaesiverunt Fidelis Fita et Aurelianus Guerra *viaje á Santiago* (v. infra conventus Lucensis cap. II) p. 72. Videntur periisse.

2373. 2374 (v. infra n. 2521). 2375 (v. infra n. 5252). 2376.

2377 TAMEOBRIG| in lapide esse, qui iam extat in museo Vimaranensi, affirmat SARMENTO. 2378. 2379.

2380 Schedae Moreirae vol. III f. 222 vv. paullo aliter divisis et omissa O littera ante ET v. 2; recte.

2381—2384b.

2385 (= Eph. II p. 242). 2386—2388.

2389 (v. p. XLIV). 2402. 2424. 5222.

Per regiones hasce universas in titulis perquirendis et emendandis duce usus sum Francisco M. Sarmento, viro fido et perito, de cuius meritis dicetur infra accuratius capitibus proximis. Huius sive novi sive emendati ei debentur plerique, pauciores aliis amicis.

Libellum anonymi alicuius (*um Flaviense* se ipse appellat) de loco *Panoias*, quem frustra me quaesivisse dixi eph. II p. 242 ad n. 2382, indagavit meaque causa inspexit Eduardus Augustus Allen, bibliothecarius bibliothecae publicae Portuensis. Acceperat ille libellum a Ludovico de Bessa Correa, advocato in *Villa Real* degente; de titulis autem Panoiensibus scriptor nota tantum ex Argotio repetivit neque vero ipse ea vidit. Inde de Kingstonis quoque fide nova subnascitur suspicio.

Etiam Moreirae schedae vol. III f. 522 v. et vol. IX f. 27 et 122 Argotii tantum textum repetunt.

5551 ad 2374 (= Eph. IV p. 12). *Santo Thyrso, na parede d'um dos claustros do mosteiro*, litteris saeculi primi grandibus et optimis.

L · VALERIVS · SILVNVS
MILES · LEG · VI · VICT
TVRIACO
V · S · L · M

Descripsi ex imagine photographa, quam misit Sarmento, qui denuo edidit *boletim de archit. e de archeol.* IV 1284 p. 122 et *revista Lusitana* I 1887 p. 232; schedae Moreirae vol. IX f. 76, e quibus sumpserat Soromenius; etiam Alphonsus d'Andrade misit exemplum a se depictum, quod fere consentit.

V. 3 IVRIACO Moreira, KVRIACO Andrade, Sarmento primum vestigium O litterae ante T deprehendere sibi visus erat, quod putabat pertinere ad DEO vocabulum. Sed videtur magis casui tribuendum.

Dederam secutus exemplum nunc notum Cardosi, quod nunc apparet impudenter interpolatum esse. Sarmento olim putabat lapidem allatum esse e vico vicino *Burgães*, ubi res vetustae variae Romanae prodierunt. Sed idem etiam in *Santo Thyrso* vicum cadere ideoque de origine lapidis opinionem suam iam non obtinere postea mihi scripsit.

Cum lapis a parte sinistra non prorsus integer sit, dubitari potuit utrum nomen dei initio mancum fortasse ...a]uriacus fuerit; sed docet litterarum collocatio aequalis et confirmat Sarmento nunc iam de visu *Turiaco* certum esse.

Legio sexta, quae usque ad Vespasiani tempora in Hispaniis tetendit, Augusti potissimum aetate in regionibus septentrionalibus videtur castra habuisse post victos Cantabros, inde a quo tempore nomen victricis accepit.

5552 ad n. 2372. Rep. in *Burgães* vico, servat nunc Franciscus Martins Sarmento; arula parva litteris minutis, quae videntur esse saeculi fere secundi.

D E · D
O N E N
O C V B V
N E N S O
S C O E X
V O T O

a latere S A V E
R V S P
O S V I
T

Sarmento descripsit accuratissime misitque imaginem photographam. Legendum

deo domeno Cusuneneoeco ex voto Severus posuit

Cogitavi aliquando de *cust(odi) Neneoeco*; sed praestat abstinere ob emendandis nominibus hisce barbaris.

5553 *Panoias, circa Villa Real, Tras os Montes*, cippus ex lapide granite, iam in museo Vimaranensi; altus *5 palmos e 2 pollegadas*, latus *1 palma 2 pollegadas*.

d M S
*f*LAVIO
ALBINO
N A X V
M I N A
VXOR PI
*e*SSIMA
f C

Sarmento descripsit et supplevit; I. Leite de Vasconcellos *revista archeologica* II 1888 p. 22 q. v. a. 1888.

5554 *S. Miguel de Creixomil, suburbio de Guimarães*, lapis parvus in pariete ecclesiae, litteris bonis et perspicuis.

IVLIAE
AVITAE
NIGRI
SENPRO

Sarmento misit a se descriptam, affirmans in fine nihil praeterea unquam scriptum fuisse.

5555 *Abbação, freguesia do concelho de Guimaraens, 3/4 legoa de Guimaraens, em poder de Dinis Santiago, de casa da Loma, freguesia de S. Cypriano de Taboadello*, iam in museo Vimaranensi; fragmentum arcus lapidei, in cuius latere haec leguntur

-. S|VLPIC|ius
I. I|IS·PO|suit



Sarmento *boletim de architectura e de archeologia* IV 1883 p. 55 et *revista de Guimarães* II 1885 p. 199 s., idem misit a se descriptam legitque v. 2 *s]ib(i) po[suit]*. Quae proposui supplementa videntur magis convenire cum litteris traditis.

5556 (= Eph. II n. 318). Prope *Villa Real* repertus, cippus altus m. 1.32, latus 2.35, crassus 0.22; extabat ibi infixus parieti domus alicuius iuxta portam, iam est in museo Vimaranensi cura Sarmenti. Titulus trifariam divisus est marginibus extantibus; P hanc formam apertam P habet. Litterae optimae sunt et perspicuae, altae m. 0.07 ad 0.04.

TRITES · M ·
EBDIH · S ·
EST · TAVR
OCVTIVS ·
APOLTAE ·
F · F · C ·
D · S · P
AVCALVS
HOSPITES ·
ARCIVS · ET
VRTINVS
P

Sarmento descripsit. Ludovici de Bessa Correa civis Villae Realis et Paes Portuensis exempla mecum communicavit Eduardus Augustus Allen Portuensis; Bessae etiam Guerra misit.

Quae Bessa male descripsit, non adnoto. V. 2 EBDIIR, 5 APOLTAE, 5 HOSCITES Paes. V. 3 elementum quartum T inversam esse affirmat Sarmento.

Legendum *Trites Mebdi h(ic) s(itus) est, Taurocutius Apoltae f(ilius) f(aciendum) c(uravit) d(e) s(ua) p(ecunia), Aucalus hospites Arcius et Urtinus p(osuerunt)*.

De lectione iam constat; *hospites* fortasse referendum etiam ad nomina duo, quae sequuntur.

II. *CALDAS DE VIZELLA* prope *GVIMARAENS* et vicinia p. 335.

n. 2385 (v. infra n. 5527). 2452 Imaginem photographam misit Sarmento; litterae videntur esse saeculi primi exeuntis; idem de deo Bormanico egit *revista de Guimaraens* I 1884 p. 57 ss.

2403 (v. infra n. 5558).

2404—2407 Frustra indagavit Sarmento *Revista de Guimaraens* I 1884 p. 123. 170; videntur periisse omnes.

2457c In fine videtur supplendum esse *dus sedis per[petu]ae [e]t mo[rtis]*.

2152 Sarmento titulum recoperare studuit et destinavit museo Vimaranensi; *revista de Guimaraens* II 1885 p. 195 s.

2455 Repetivi in suspectis christianarum *Inscript. Hisp. christ.* n. 37* propterea quod scriptores Portugalienses *episcopi* alicuius *fidi* in titulo illo memoriam deprehendere sibi visi sunt.

2410 (v. infra n. 5529). 4792 (v. infra n. 5520).

De pagis vicisvé antiquis regionis eius haec adnotanda videntur. Duo in ea sunt locorum a Romanis olim habitatorum genera. Alterum eorum, quae ab indigenis antiquitus condita praeter murorum et tuguriorum admodum rudi arte factorum reliquias pauca aetatis posterioris vestigia exhibent, titulos aliquot inscriptos litteris et vocabulis Latinis, sed ab inscriptionibus vere Romanis plane diversos, deinde instrumenti domestici exempla varia. Eius generis exempla optime servata *Citania Sabroso Santo Iria* aliaque quaedam sunt, quae composui capita insequenti. Verum multo plura extant, a *Crasto* sive a *Monte Cristello* sive similiter etiam hodie a vulgo dicta, arte interdum coniuncta cum vicis Romanis aetatis recentioris. Ita ubi nunc thermae Vicellenses sunt, si fuit omnino locus et ipse antiquitus habitatus, aetate demum Romana conditum esse observavit Sarmento, atque servari inter incolas Vicellenses famam oppidi vetusti, quod ibi olim fuerit, *Susana* dicti. Tituli inde prodierunt duo (n. 5555. 5574). Castrorum vero eius generis, qualis Citania fuit, reliquias esse plerumque aediculas christianas ad radices monticulorum eorum sitas, in quorum cacumine oppida illa indigenarum collocata fuerunt. Unde circa aediculas illas tituli (ut

n. 5563) aliaque vitae Romanae testimonia reperiri solerent. Castrum eius generis idem observavit olim situm fuisse in *Santo Adrião de Visella*, ubi extat aedicula da *Senhora da Tocha* sive *Dátocha*, quam parturientes invocarent veluti Lucinam aliquam; id quod etiam alibi acciderit. Unus ibi repertus est titulus sepulcralis (n. 5559). E *Guimaraens* oppido ipso unus Nympharum titulus prodiit (n. 5560), duo e *Freixo* (n. 5557. 5584), duo item e *S. Thomé de Negrellos* (n. 5588. 5582), ex *Ronfe* (n. 5583), *Basão* (n. 5587), *S. Martinho de Penacova* (n. 5584) singuli.

Deinde etiam prope *Cerzedêlo*, ubi tituli duo n. 5582. 5565 reperti sunt, in loco iuxta sito et *o crasto* dicto extant reliquiae oppidi, quod vulgus appellat *a cidade de Pedráuca*; ibique abundant tegulae aliaeque res vetustae. Prope *S. Verissimo* similia observata sunt testimonia vetustatis *na cidade de Pégas*, item *na Lagó*, qui est locus situs ab occidente ecclesiae *d'Enfias*, in parte occidentali montis *Polvoreira*. Prodierunt inde tituli duo (n. 5581. 5585), quorum alter ex eorum genere est, qui castris indigenarum peculiares sunt (n. 5588), similis eius, qui in *S. Martinho de Penacova* extat (n. 5584). Etiam specus aliquot ibi extant sepulcris destinatae, veluti '*a Furna dos Mouros*', altera *de Soalhães* (*Marco de Canavezes*); quae ibi inventa sunt ossa et utensilia varia, servantur in museo Vimaranensi. Castellum dictum *o monte da cividade, na freguezia de Bagunte, 30 kilom. ao norte do Porto e 9 a oeste de Villa do Conde*, exploratum est nuper a Richardo Severo et Arthuro Cardoso Portuensibus; multaque alia eiusdem generis iuxta illud indicavit Sarmento (*revista de Guimaraens* III 1886 p. 137 ss.), velut montem *de S. Miguel* (n. 5561). Non pauca praeterea monumenta inscripta extare per loca illa sparsa affirmat Sarmento, quae frustra adhuc investigare conatus est.

Viam Romanam per loca illa ductam esse iam Augusti fortasse aetate testantur miliarii aliquot ibi reperti, qui infra edentur suis locis. Non ad viam ipsam pertinet, sed splendidum curae ab imperatore Traiano regioni illi adhibitae testimonium titulus est praegrandis rupi vivae insculptus, quem olim in errorem inductus ab auctoribus Portugallensibus inter miliarios posui (n. 4766), nunc autem repetendum curavi suo loco (n. 5568). Regio fertilis inter Tamagum et Limiam fluvios sita, cuius caput Bracara fuit, satis frequenter videtur olim habitata fuisse. Tamen desunt praeter Bracaram oppida maiora; vicatim per valles et rivos sparsi ibi habitabant Gallaeci veteres, deos colentes locorum proprios contributique, ut videntur, capiti conventus, propriam rem publicam habentes nullam. Exploravit regionem illam multis abhinc annis unus Franciscus Martins Sarmento, cui debemus quidquid omnino certi de ea novimus. Editae sunt aliquot observationes eius, inscriptae partim *materiaes para a archeologia do concelho de Guimaraens*, partim sub aliis titulis in ephemeride, quam una cum museo in urbe patria Vimaranensi societas ab ipso creata et nomine eius insignita condidit et sustinet, *revista de Guimaraens, publicação da sociedade Martins Sarmento, promotora da instrucção popular no concelho de G.* (vol. I 1884 p. 87 ss. 181 ss. II 1885 p. 189 ss. III 1886 p. 137 ss. IV 1887 p. 185 ss. V 1888 p. 5 ss. p. 102 ss.). Alia quaedam, quae huc faciunt, tractavit idem in ephemeride Portuensi *revista Lusitana* ('*para o pantheon lusitano*' I 1887 p. 227 ss.). Neque vero ea tantum mecum communicavit officiosissime, quae publici iuris facta sunt, sed quae in dissertationibus editis interdum breviter exposuit scriptor diligentissimus, ea litteris ad me datis frequentibus atque etiam submissis imaginibus photographicis et ectypis chartaceis accuratius illustravit, interroganti mihi respondere semper paratus neque ulli operae parcens ad me plene et fideliter informandum. Ipse quamquam loca illa denuo adii a. 1881, monumentorum eius vix unum alterumve visere potui, exceptis Citaniensibus (infra cap. II[a]); museum enim Vimaranense tum nondum conditum erat. Itaque qui aut primum hic proferuntur tituli aut melius quam antea (n. 5587), Sarmento debentur (n. 5582. 5581—5572. 5580—5588) paucisque aliis amicis, Alphonso d'Andrade pictori Genuati origine Portogallensi, J. Leite de Vasconcellos Olisiponensi (n. 5573—5572), Eduardo Allen Portuensi.

Appendicis loco cum hoc capite coniunxi inscriptiones repertas in *Carqueres* s. *Carquere* vico, sito illo in *concelho de Rezende*, in *Beira alta* i. e. in Durii fluvii ripa meridionali. Itaque ad Lusitaniam provinciam pertinent debebantque coniungi cum Lamecensibus; ut dixi supra p. 818. Sed cum sero in manus meas pervenerint simillimaeque sint eis titulis sepulcralibus, qui in septentrionali Durii ripa extant, nolui ad addenda huius supplementi eas relegare. Collem, in quo sita est ecclesia S. Mariae *de Carquere*, castrum simile esse Citaniae muris cinctum adnotat J. Leite de Vasconcellos, qui locum adiit a. 1888 titulosque ibi descripsit. Religionem aediculae eius, fabellas ab incolis de rupe narrari solitas, reliqua in castris eius modi observata hic quoque reperiri ab eodem scriptore edocemur.

5557 ad n. 2385. *S. Mª de Freixo*, ara utrimque paullulum imminuta.

AVS IOV
O M V
M

Sarmento cum Iosepho de Barros medico denuo investigavit et cum cura descripsit, affirmans lectionem certam esse; postea edidit *boletim de archit. e de archeol.* IV 1884 p. 105 et *rev. Lusitana* I 1887 p. 237. Ideo nomen dedicantis putat *Aniue* fuisse et confert cum n. 5581. Fuit fortasse simpliciter [*Fl*]*avus Iov*[*i*] | *o*(*ptimo*) *m*(*aximo*) *v*(*otum*) | *m*(*erito*). In *Flavus* litterae AVVS uno nexu videntur ligatae esse; de AVS dubito.

5558 ad n. 2403. Titulum iam servatum in museo Vimaranensi mea causa qua est peritia contulit Sarmento edidítque denuo *revista Lusitana* I 1887 p. 226 atque ectypa litterarum aliquot mihi misit. Ara alta est m. 0.78, lata 0.48, crassa 0.37. Lapis est granosus ita, ut superficies paene tota corrosa sit; unde litterae (altae m. 0.05) ex parte perquam evanidae sunt.

V. 2 GAL in lapide est, sed GAL dare voluisse quadratarium etiam Sarmento certum visum est.

V. 3 ita legitur MISFMCIN. Inde cognomen nondum restitui potuit; si ab M incipiebat, de *Madiceno* vel *Meid*[*ugeno*], si ab AT, ut putat Sarmento, de *Atod*[*ugeno*] cogitari potest. Illa nota sunt ex aliis inscriptionibus, hoc ignotum.

V. 6 REO, non DEO legi affirmat Sarmento; atque in ectypo sane apparet D littera linea transversa addita, sed videtur illa orta esse ex instauratione facta hisce temporibus. Ita recte rem explicavit Sarmento; nam dei vocabulum desiderari certum est.

V. 8 in formula votiva distinguuntur haec V·S·L sive V·S·P, ut dedit Sarmento; quarta littera, siqua fuit, in margine tantum potuit locum habere. Unde videtur legendum aut *v*(*otum*) *s*(*olvit*) *l*(*ibens*) aut *v*(*ota*) *s*(*olutus*) *p*(*osuit*).

De honoribus dis habendis potui addere alium Vergilii locum ex Aeneide XII 777 *colui vestros si semper honores*; et *honorem agitare* dictum est ut *gloriam agitare* a rhetore Sallustiano ad Caesarem II 13, 6 (p. 152 Iord.[3]), ubi quod traditur non recte puto in *gloria agitare* mutatum est.

Uxama quae hic nominatur utrum oppidum conventus Cluniensis sit a Plinio (III 27) inter stipendiaria relatum, an aliud, cum nomen Plinio teste crebro in aliis locis usurpetur, incertum visum est Kubitschekio (de orig. trib. Rom. p. 152) propter tribum Galeriam, quam oppido civium vel Latinorum vel Romanorum potius convenire putat. Sed haec incerta sunt.

5559 ad n. 2410. Extat *em Santo Adrião de Vizella, no lado da capella mór que volta para o Castro* SARM.

D · M · S
PROVINCIV·
NEREVS · P · I
PROVINCIAL
5 PROTIDI · CO
NIVGI CARISSI
MAE·ANN·XVI

Sarmento *revista de Guimaraens* I 1884 p. 176, qui examinavit diligenter atque textum Argotii damnavit. Idem per litteras mecum communicavit quae legere sibi visus esset.

V. 2 *Provincius* nomen quamvis rarum in lapide esse affirmat Sarm. Etiam v. 4 illa PROVINCIAE magis quam PROVINCIALI putat in lapide esse.

5560 ad n. 4722. *Caldas das Taipas.* Lapis paene quadratus ingens ex viva rupe excisus, altus m. 3.16, latus 5.32, crassus 1.24; scalis admotis ascenditur. Litterae quamvis renovatae a. 1812, ut dixi, tamen in universum formam optimam retinent; altae sunt v. 4 (nam huius tantum de scalis mensuras sumere potui) m. 0.230; v. 1 aliquanto maiores, vv. 2. 3 paullo minores sunt. M littera v. ultimi lata est m. 0.212.

IMP · CAES · NERVA
TRAIANVS · AVG · GER · DAC
PONT · MAX · TRIB · POT · VII
IMP · IIII · COS · V · P · P p. C. 104

Descripsi a. 1881 una cum Francisco Sarmento et Pereira Caldas amicis. Caesario Augustus Pioto *boletim architectonico* I 1874—78 p. 22 tab. 3 delineatam exhibet non bene; Sarmento *observações a Citania* p. 18 et *revista de Guimaraens* IV 1887 p. 122.

V. 1 extr. addita est a. 1818 a quadratario, qui instauravit, imperito I littera, quam apparet noviciam esse.

Monumentum huius regionis longe clarissimum, diu quidem notum, sed hic necessario repetitum non ad viam situm est Romanam, quae pone rupem illam fuisse Sarmento adnotat. Itaque opus aliquod magnum, rupem excisam vel simile, videtur commemorasse, fere ut tituli pontis Alcantarensis Traiani (n. 759) et Aquiflaviensis Vespasiani (n. 2477), item ut Traiani ad Danubium rupi incisus (CIL III 1699). De thermis a Traiano institutis cogitavit Sarmento.

5561 *Delães concelho de Villa Nova de Famalicão*, in monte *de S. Miguel o Anjo*, ubi oppidum fuit parvum Citaniae simile muris cinctum cum solita aedicula christiana vetusta; ara alta m. 0.63, lata 0.34, crassa 0.15; litteris altis m. 0.06.

A · BRICO
FLAVE A
PILI VAL
ABRICII
5 NEIBVO
TVM · S · L
M · MERITO

Sarmento *revista lusitana* I 1887 p. 231 cui a. 1884 indicavit Iosephus da Cunha Sampaio.

V. 1 A litteram paullo obscuram esse, sed punctum quod sequitur certum adnotat Sarmento. Tamen puto legendum esse *Abrico.* Valabricam idem non diversam existimat a Valobriga Ptolemaei (II 6, 40), quod fuit oppidum Nemetatarum sive Nemetavorum. Muellerus pro Valobriga Avobrigam corrigere voluit; minus probabiliter.

5562 *Cerzedêllo, no logar do Crasto*, ara alta m. 0.78, lata 0.27, crassa 0.25, litteris ex parte evanidis, altis m. 0.04.

PATERN
VS FLAV
AM POS
VIT EXSV
5 OTO MII
RITO VO
VOLII

a dextro latere

CORONO

Sarmento descriptam accurate mihi misit a. 1887 et edidit *revista Lusitana* I 1887 p. 232 non plenam.

V. 2 extr. utrum V cum E coniuncta an V simplex sit non satis patet. V. 3 RAM ligatae sunt. V. 2. 7 confusos esse Sarmento adnotat. Legendum igitur fortasse *Corono* (hoc enim dei nomen esse recte coniecit Sarm.) *Paternus Flav(i)* | *aram posuit ex voto merit(o) anima vole(ns?).*

5563 *Ronfe* prope *Guimaraens, n'uma pedra da torre da egreja*; basis ex lapide granite, litteris saeculi primi. Extat in museo Vimaranensi.

CELEA
CLOVTI
DEOD
VRBED
5 ICOEXV
OTOA

Sarmento descripsit a. 1881 misitque imaginem photographam, unde descripsi; postea edidit *boletim de archit. e archeol.* IV 1884 p. 78 et *rev. Lusitana* I 1887 p. 236.

Celea Clouti deo Durbedico ex voto a(nimo) [l(ibens)?].

V. 2 in fine inferior I litterae pars videtur superesse. V. 2 in fine post A litterae vestigium superest, sed incertum.

5564 *No logar de Freixo, concelho de Marco de Canavezes*, ara ex lapide granite alta m. 2.24, lata 0.22, crassa 0.35, litteris bonis saeculi primi, altis m. 0.03, sed in parte inferiore paene evanidis. Extat in museo Vimaranensi.

·]RNIO
[ONCOBI
CENEIVM
[AIVS[...]
5 V·S·ALM[...]

Descripsi ex imagine photographa, quam misit Sarmento, qui summa cum cura legit a. 1882 et postea edidit *boletim de archit. e de archeol.* IV 1884 p. 78 et 105 et *rev. Lusitana* I 1887 p. 232.

VV. 1—2 satis certi sunt; huius primum elementum I aut L fuisse putat Sarm. V. 2 extr. Sarm. O et B ligatas vidit, ego potius OR mihi videor legere. V. 4 in. A solum vidi, sequebantur litterae quattuor vel quinque, quae nomen dedicantis continebant; *Anius* Sarm. V. 5 VSALMS legere sibi visus est Sarmento; ego in imagine VSAINO tantum dispicio. Formula solita V S L M non quadrat in litterarum apices, sed V·S·A·L·M fortasse legi posse concessit Sarmento.

[G]enio | *[L]on[g]obr[i]censium* *[Fl]avius v. s. a. l. m.*

Tongobricenses habemus n. 743; de Longobriga cogitavit Sarmento.

5565 *Cerzedêllo, concelho de Guimaraens*, ara magna, alta m. 1.24, lata 0.30, crassa 0.34 quae pro gradu erat scalarum in aedibus parochi, litteris rudibus altis m. 0.06; extat in museo Vimaranensi.

IOVI·OPTI
MO MAX
SVMO

Sarmento misit a se descriptam a. 1887 et edidit *revista Lusitana* I 1887 p. 233.

5566 *S. Faustino de Vizella*, arae pars superior; extat in museo Vimaranensi.

IOVI
OPTI
MOM
. . .

Sarmento *revista de Guimaraens* IV 1887 p. 122.

5567 *Na quinta de Mosteirô, concelho de Baião*, asportata inde ab incola quodam vici *Baião*, ubi latet.

IOVI
NIEPRO
EX VOTO

Sarmento *revista de Guimaraens* IV 1887 p. 127 et V 1888 p. 11, qui descripsit ex ectypo tituli atque certae esse lectionis.

Niepro videtur nomen esse dedicantis.

5568 *S. Thomé de Negrellas, concelho de S. Thyrso*, fragmentum arae superius. Extat in museo Vimaranensi.

IOVI

Sarmento descripsit et misit a. 1887.

5569 *Guimaraens, n'uma latrina*, ara paene integra alta m. 0.85, lata 0.32, crassa 0.26, litteris altis m. 0.05. Extat in museo Vimaranensi.

VRBAN
PXOCRY
SIDE
NYNFHIS
5 EX VOTO
POSVI

Sarmento descriptam accurate mihi misit et edidit *revista Lusitana* I 1887 p. 238.

V. 1 extr. NVS nexu uno coniunctae.

5570 *Carqueres*, cippus supra in formam protomae rudis terminatus, altus m. 0.81, latus 0.33, crassus 0.13, litteris altis m. 0.08; servatur in museo Vimaranensi, '*tudo isto d'uma rudeza dos meos pecados*' SARM.

D M S
F · A ME
NAILXI

Sarmento *revista de Guimaraens* IV 1887 p. 186 cf. V 1888 p. 10, qui descripsit summa cum cura mihique misit a. 1887; I. Leite de Vasconcellos *revista archeologica* II 1888 p. 114 tab. VI 4.

Sarm. cogitavit sive de *Amena Iluxi* sive potius de *F(lavia?) Amena (annorum) LXI*; fuit fortasse *f(ilia) Amen(i) ann(orum) XI*. V. 3 NA^IXI Leite.

5571 *Carqueres*, cippus altus m. 0.46, latus 0.39, crassus 0.18, litteris altis 0.07; servatur in museo Vimaranensi.

AVITVS
GRACILI
S · H · S

Sarmento *revista de Guimaraens* IV 1887 p. 186, qui descripsit mihique misit a. 1887.

Fortasse *Gracili s(ervus)*, genetivi forma barbara.

5572 *Caldellas, em Villa Verde, districto de Braga*, arulae duae parieti insertae.

a
CABS
CLSM
NYM
PHIS
5 EX · EVO
TO

b
LAO
NYN
PHIS
EXVO
TO 5

Sarmento misit acceptas a. 1884 ab amicis, quorum exempla non consentiebant; dabant enim

a V. 4. 5 CAEP|CLENI b V. 2 OAB.

Sed quam dedi lectionem veriorem esse probabile est.

5573 *Carqueres*, in pariete domus parochi, ex adverso ecclesiae.

ADA
VC
X . . IIV
I · M · X
5 N · G · G · S · Y ·
F · F · C

I. Leite de Vasconcellos *revista archeol.* II 1888 p. 113, qui adnotat in culina eiusdem domus alterum extare titulum sepulcralem, in quo annorum tantum numerum legerit.

5574 *Carqueres*, in praedio *Mosteiró* Emmanuelis Nicolai Osorio Pereira Negrão; cippus similis reliquis (n. 5575. 5576).

D M S P
ANA
XXCII

I. Leite de Vasconcellos *revista archeol.* II 1888 p. 114 tab. VI 2.

5575 *Carqueres*, cippus forma simili atque n. 5574; in museo Vimaranensi.

D M
SAFA
ANA
LXXV

I. Leite de Vasconcellos *revista archeol.* II 1888 p. 114 tab. VI 1.

5576 *Carqueres*, in praedio *Mosteiró*, cippus eiusdem formae atque n. 5574.

MSLIA
TOCSTA
A · XXV · F
M · C · T

I. Leite de Vasconcellos *revista archeol.* II 1888 p. 114.

5577 *Carqueres*, in praedio *Mosteiró*; cippus rudis supra in protomen humanam formatus.

SVNVA
CASASI · F
AN · LX

I. Leite de Vasconcellos *revista archeol.* II 1888 p. 113.


V. 1 primum elementum magis c esse quam o adnotat Leite.

5578 *Carqueres, á entrada da porta de uma corte.*

N
NN . . . L
F · F · C

I. Leite de Vasconcellos *revista archeol.* II 1888 p. 113, qui recte se legisse non affirmat.

5579 *Carqueres*, in praedio *Mosteiró*, cippus rudis, sed forma a reliquis (n. 5574—5578) diversa.



I. Leite de Vasconcellos *revista archeol.* II 1888 p. 115 tab. VI 3, qui adnotat reliqua, quae olim scripta fuerant in lapide, prorsus evanida esse.

5580 *Carqueres*, servatur in museo Vimaranensi, cippus fastigiatus, altus m. 0.86, latus 0.64, crassus 0.11; litteris altis 0.06.

PISSIRVS
MESDI · F
tridens AN · XV · H *tridens*
S · S · S · T · T · L
5 F · F · C

Sarmento *revista de Guimaraens* IV 1887 p. 166, qui descripsit mihique misit a. 1887.

5581 *S. Verissimo*, in rupe viva, non procul ab ea, in qua iacet n. 5585, *á beira d'um caminho, não muito distante das ruinas da tal cidade de Pêgas.*

C A C A L E
MAO IVME
OCI CENE
[illegible]NIFATVHN

Sarmento descripsit summa cum cura mihique misit in epistula a. 1887, adnotans praeter v. 1, qui facilis sit lectionis, reliqua omnia satis incerta et evanida esse. In v. 2. 3 latet fortasse *genium loci*.

5582 *S. Thomé de Negrellos, concelho de S. Thyrso*, rep. *ao pé da egreja*, arula ex lapide granite alta m. 0.65, lata 0.35, crassa 0.30, litteris altis m. 0.05.

D · M · P · FLA
VINVS · SOR
ORI · A · XX[illegible]

Sarmento *revista de Guimaraens* IV 1887 p. 187, qui descripsit accurate mihique misit, adnotans a laeva paene nihil deesse.

Lego *d(is) M(anibus) P(ompeius) Florinus sorori a(nnorum) XX* . . .

5583 *Caldas de Vizella, na parede d'uma córte da casa de Sobrado* (ubi extabat n. 5487), fragmentum e lapide granite rudi, litteris altis m. 0.08. Servatur in museo Vimaranensi.

[illegible]
ENSIS
H S [illegible]

Sarmento *revista de Guimaraens* I 1884 p. 183 s. (cf. II 1885 p. 188), qui in litteris ad me datis a. 1887 affirmat clare legi -*vec*|*ensis h. e. s. f.* (sive *e.*). Latet igitur adiectivum a loci alicuius nomine derivatum.

5584 *S. Martinho de Penacova, concelho de Felgueiras, o norte de Santo Cambo de Regilde*, in rupe viva.

GA · R

Sarmento *revista de Guimaraens* I 1884 p. 185 et in litteris ad me datis.

5585 *S. Verissimo*, in rupe quadam viva, chiliom. 3 a loco ubi extat n. 5581; inter vocabulum prius et reliquas litteras spatium interest metri unius.

GA VNNG

Sarmento misit a se descriptam a. 1887, qui adnotat easdem litteras VNNG ab Argolio etiam in aliis rupibus observatas esse.

Cf. n. 5488 *b*.

II[a]. CITANIA. Accedunt *Sabroso, Santa Iria, Bocas.*

In valle *Ave* fluvii et ad radices montium *Serra de Falperra*, non procul a thermis *das Taipas* et ab oppido *Guimaraens*, relliquiae extant oppidorum vetustorum trium eius generis, de quo dixi in addendis ad praef. cap. II (supra p. 895). Maximum eorum inde a saeculo minimum decimo sexto, quo tempore adhuc ibi pastores aliquot dicuntur vixisse, ab accolis appellatur *a Citania*, sive *Citania de Briteiros*, etiam *o monte de São Romão de Briteiros*; nam aedicula huius sancti ibi servata erat usque fere ad huius saeculi initium. Nomen hoc, etiam *Citaina* a vulgo interdum pronuntiatum, dari solebat non paucis eiusdem generis oppidis. Cum praeterea *a cidade* sive *a cidadelha* nomina aliaque similia, veluti *o castro* (sive *o crasto*) et *o castello* in usu fuerint eadem significatione, Citaniae quoque nomen fuerunt qui ex *civitania* derivandum esse putarent; ratione nulla. Immo nomen aliquod loci proprium probabile est in Citaniae servatum esse, quod similiter ut ex Igaeditanorum antiquo vocabulo Egitaniae et *Idanha*, ita verbi causa ex Cibilitanorum, quos Plinius inter gentes Lusitanas memorat, per Cibitaniae vel Civitaniae formas potuit oriri. A civitatis autem vocabulo, etiamsi fieri potuit, ut *civitania* quaedam inde forma in latinitate infima deducta fuerit, tamen Citania nunquam potuit originem capere; immo *cidadanha* vel *cidanha* (ut *Idanha* ex Egitania) inde fieri debuit necessario. Observavit hoc quae harum rerum peritissima est Carolina Michaelis de Vasconcellos. Apud Valerium Maximum (VI 4 ext. 1), qui Livium videtur exscripsisse, haec leguntur ad anni u. c. 616 (p. C. 138) res gestas referenda: *cum ei* [i. e. Decimo Bruto postea Callaeco appellato] *se tota paene Lusitania dedidisset ac sola gentis eius urbs *Cinginnia pertinaciter arma retineret, temptata redemptione prope modum uno ore legatis Bruti respondit ferrum sibi a maioribus, quo urbem tuerentur, non aurum, quo libertatem ab imperatore avaro emerent, relictum.* Ita *cinginnia* codices habent Valerii Maximi optimi vetustissimique itemque epitome Iulii Paridis; in deterioribus *cinania ciranio cinninia* traduntur, Guelferbytanus unus saeculo XV in Italia scriptus *cytania* habet. Iam inde a saeculo decimo sexto exeunte hoc nomen in Citaniae Portugallicae deprehendere sibi visi sunt viri docti. Sed frustra; nam primum Citania haec ne ad Lusitaniam quidem pertinet, sed ad Gallaeciam. Deinde vero, etiamsi hoc sive scriptorum veterum ignorantiae sive vetustiori finium discriptioni tribuere liceret, tamen Cinginnia nominis forma sive qualis illa re vera fuit (nam a radice Cingae fluvii et Cingetorigis simili Cingilania formari sane potuit) a Citania prorsus diversa est. Itaque Citaniae nomen potest quidem derivatum esse ex antiquo aliquo nomine nobis ignoto, cum oppido autem illo Lusitano ab historicis Romanis memorato componi non potest. Atque haec quidem de Citania ipsa. Reliqua oppida duo, quae chiliometris singulis a Citania distant, *Sabroso* et *Santa Iria*, nomina novicia habent neque quidquam praeterea de eis novimus. Oppidi alterius cuiusdam, quod *Citania menor* dici solet, titulum inscriptum unum infra exhibemus (n. 5597), item prope *Bocas* repertos (n. 5598). De reliquis, veluti de *Britonia* in monte Sanctae Luciae prope Viannam sita et de montibus *Affife* et Sancti Rochi dictis, rettulerunt Ioachim Posidonius Narcissus da Silva et Ludovicus Figueiredo da Guerra *boletim architectonico* ser. II vol. II a. 1877—1878 p. 38. 40. 52. 158 ss.

In Citania vero maiore sola tituli inscripti reperti sunt infra editi (n. 5586—5596); relliquiae operis tectonici, ornamentis admodum singularibus instructi, etiam a *Sabroso* provenerunt. Tituli illi sermone et litteris Latinis quidem scripti, sed ab oppidorum Romanorum titulis solitis prorsus diversi sunt. Etiam supellectilis domesticae ex argilla factae tituli peculiares hic reperti sunt; quae omnia rarum quandam vitae peregrinae cum Romana mixturam exhibent. Scilicet tituli lapidibus insculpti nec votivi nec sepulcrales sunt, sed more singulari ipsae domus nominibus incolarum videntur distinctae fuisse; *domus* vocabulum in duobus legitur (n. 5590. 5593). Tituli omnino nomina tantum peregrina continent, formulae solitae prorsus desunt. Imprimis frequens *Camali* nomen est (n. 5588—5586. 5588. 5594. 5595. 5591. 5594); inter reliqua aliunde nota sunt *Aturo* (n. 5590) *Caturo* (n. 5590) *Medamus* (n. 5594) *Viriatus* (n. 5595), alia aut nova sunt, velut *Airgus* sive *Argus* (n. 5591. 5593) *Canicus* (n. 5591) *Coronerus* (n. 5595) *Larus* (n. 5597), aut incerta, velut *Aureius* (n. 5587) *Cronus* (n. 5588) *Corus* (n. 5594) *Culceius* (n. 5593). Eiusdem atque tituli illi inscripti generis est lapis ornamentis variis sculptus, quam *a pedra formosa* dicunt accolae. Iacebat usque fere ad saeculi proximi initium in monte Citaniae; deinde amotus est inde per abbatem aliquem monasterii S. Stephani *de Briteiros*, nuper vero per Franciscum M. Sarmento iugis boum viginti quattuor adhibitis in locum pristinum restitutus. Altus est m. 2.90, latus 2.08, crassus 0.54, videturque site erectus ad domus alicuius frontem ornandam inservisse; nam

aram fuisse atque adeo ad sacrificia humana destinatam, quod sibi persuaserunt docti quidam Lusitani, probari nequit. Litteris, quas olim fuerunt qui in eo agnoscerent, omnino caret; nam quod in postica eius parte insculptum est signum, neque intellegitur neque litterae simile est. Etiam alia eiusdem generis exempla artis quadratariae ibi reperta sunt, statua mulieris et anaglyphum homines duos exhibens; quae hoc loco commemoro, quia peregrinam totius loci indolem illustrant. Lucernae aliquot et vascula patellaeque ex terra rubra hic quoque repertae sunt figulorum nominibus signatae eisdem, quae ubique in provinciis et in reliqua potissimum Hispania reperiri solent; eorum titulos infra inter reliqua instrumenti domestici exempla recensebimus. Alia vero praeterea Citaniae extant vascula rudioris operis, ornata ornamentis linearibus punctis circulis cet., amphorae dolia pocula patellaeve, et materia et titulis ab illis plane diversa. Horum titulos, qui et ipsi nominibus tantum peregrinis consistunt neque alibi unquam reperti sunt, noluimus segregare a lapidariis huius loci; unde hic una cum illis proponuntur (n. 5600—5606). Extant praeterea vitae vetustae testimonia arma ex silice facta, ex aere pauca, fibulae armillae aeneae, vascula e lapide facta aliaque eius generis a vitae Romanae instrumento ex aere et argilla facto, cuius exempla quaedam non desunt, ut diximus, plane diversa. Nummi quoque ibi inventi sunt, quorum antiquissimus ad seriem Emporitanorum semibarbaram pertinet, reliqui a liberae rei publicae temporibus usque ad Traianum perveniunt; casu fortasse, nam vix dubitari potest, quin usque ad infimam aetatem vici illi aliquo modo habitati fuerint.

Iam in Bernardi de Britto *monarchia Lusytana* (a. 1597) Citaniae mentio facta est; item in Gasparis Estaço *varias antiguidades de Portugal* (a. 1625). Paullo accuratius primus Ludovicus Alvares de Figueiredo, episcopus Uranopolitanus, de ea rettulit (a. 1725) in dissertatione manuscripta de archiepiscopatu Bracarensi, qua potissimum usus est Hieronymus de Argote in *memorias ecclesiasticas de Braga* (vol. II a. 1734 p. 388 ss.), scriptis a. 1724 et sequentibus, et in antiquitatibus conventus Bracaraugustani (a. 1738 p. 161 ss.). Sed nuper demum Franciscus Sarmento Vimaranensis, loci dominus, Citaniam diu neglectam denuo resuscitavit effossionibus institutis, monumentis eius instauratis et contra intemperiem et ruinam custoditis, imaginibus deinde photographis optimis sumptis, quas liberaliter mecum communicavit. Eiusdem hospitio usus ipse m. Septembri a. 1881 Citaniam adii et *Sabroso* una cum eo invisi omniaque accurata perlustravi. Dolendum sane est, quod opus splendidum a Sarmento de his et vicinae antiquitatibus diu sumptu suo paratum nondum publici iuris factum est. Modestia ea, quae virum illum strenuum doctum liberalem ornat, titulum operi suo imponere voluit *materiaes para a archeologia de Entre Douro e Minho*. E materia vero ab eo solo oblata profluxerunt quotquot adhuc scriptae sunt dissertationes variae plus minus amplae doctaeve de Citania. E quibus eas omitto, quae in opusculis quibusdam et in ephemeridibus prodierunt, breviusculas et utilitatis exiguae, scriptas illas ab Emmanuele Maria Rodrigues, Augusto Philippo Simões, S. R. Ferreira, aliis. Aliquanto plenius, neque vero plene, de Citania egit Lucianus Cordeiro Olisiponensis, inter viros doctos eius urbis hodie clarus, in dissertationibus variis insertis in ephemeridibus *boletim da sociedade de geographia de Lisboa* II 1877 p. 66 ss. (cf. *boletin de la sociedad geográfica de Madrid* III 1877 p. 70), in *la Academia* I 1877 p. 328 s. 368 s. 388 s. II 1878 p. 68 et in opere *museo español de antigüedades* I 1880 p. 158 ss. Deinde A. C. Teixeira de Aragão (1877) in *revista archeologica* I 1887 p. 39—45 breviter de ea exposuit. Ipse Franciscus Sarmento praeter epistulas aliquot ad scriptores datas, quos supra memoravi, de Citania deque *Sabroso* quaedam acute observata, ut solet, et diligenter exposita edidit in ephemeridibus a *Renascença* a. 1878 p. 33 ss. et a. 1879 p. 118 ss. et o *Occidente* II 1879 p. 157 ss. His subsidiis usus atque praeterea epistulis multis Francisci Sarmento edictus ipse antequam viderem Citaniae situm monumenta titulos descripsi breviter sermone Portugallico in Ioachimi de Vasconcellos *archeologia artistica* (vol. V Porto 1876, 36 pp. 8.), deinde paullo accuratius Germanice in Hermae Berolinensis vol. XV 1880 p. 49 ss. et p. 597 ss. Quam descriptionem cum ipse Sarmento accuratam esse professus est in libello, quem propter eam edidit (*observações á Citania do Sr. Dr. E. H.* Porto 1879, 48 pp. 8. cum tabulis lithographis duabus), tum is qui a. 1880 una cum anthropologis Olisipone conventum habentibus Citaniam adiit deque antiquitatibus eius relationem fecit Rudolfus Virchow (in *Verhandlungen der Berliner Gesellschaft für Anthropologie, Ethnologie und Urgeschichte* a. 1880 p. 338—359). Virchowii relationem in sermonem Gallicum vertit Aemilius Cartailhac (in *matériaux pour servir à l'histoire primitive de l'homme*, a. 1880 p. 647 ss.; cf. H. Martin *rev. archéol.* XLII 1881 p. 166 ss.), qui etiam in libri sui *les âges préhistoriques de l'Espagne et du Portugal* (Parisiis 1886, 8. cum tabulis multis) de Citania eiusque aetate exposuit.

Postea nemo quantum scio denuo verba fecit de oppido deque monumentis eius.

Praeterea in regionibus illis sive in vicinis dicuntur extitisse tituli alii rupibus inscripti atque anaglypha operis rudis.

Ita Iohannes de Barros refert (*antiguidades de Entre Douro e Minho* a. 1549 ms. c. 13) prope *Ave* fluvium in termino S. Thyrsi (cf. n. 2374 supra p. 681) in loco deserto (*em huma deveza*) extare rupem (*um grande penedo de marmore*) inscriptam litteris ignotis (*ensimo tem huãs regas e lauas que se não sabe determinar para que forão feitas*).

In loco *Valles* dioecesis S. Michaelis *de Tresminas* (cf. n. 2386 ss.) aediculae S. Mariae *dos prazeres* altare ornatum esse anaglyphis singularibus referunt Francisc. Xav. da Serra (*memorias de Entre Doiro e Minho* a. 1783 ms. f. 416) et Antonius de Souza Pinto (*noticias de Anciães* ms. f. 148 v.).

Etiam in territorio *de Anciães, comarca da Torre de Moncorvo* (v. infra n. 5608), inter vicos *o Cachão da Rapa* et *Pesqueira* appellatos rupes dicitur extare a *Penha de alem Douro* dicta, quae signis et lineis et litteris inscripta sit. Extat de illa commentariolus Iosephi Macedo Rosales ad Antonium de Faria missus d. 25 m. Nov. a. 1735 inter schedas bibliothecae Olisiponensis (A 2, 10 in fine; 4, 28 f. 14; 4, 33 f. 170).

Haec olim adnotavi in inscriptionibus Hispaniae christianis (p. 37 s. ad n. 88*. 89*); christiani sane nihil in locis illis diversis videtur unquam apparuisse (unde inter suspectos etiam titulos relegavi n. 5596. 5597). Sed reliquias ibi observatas eiusdem generis esse atque Citanienses probabile est.

Qui ab Antonio Teixeira d'Aragão *revista archeologica* I 1887 p. 40 tab. VIII 1 editus est titulus, eum novicium esse et *Balthasar Cardoso* nomen continere dixi Hermae vol. XV 1880 p. 73 adn. 1.

5586 Citaniae, lapis altus m. 0.34, latus 0.44, crassus 0.03, sine ornamentis, litteris male sculptis et evanidis, altis m. 0.12. Sarmento servat.

ATVRO
· VIRIATI—

Descripsi a. 1881 et contuli tabulam photographam a Sarmento a. 1888 missam; edidi Hermae XV 1880 p. 606; Sarmento *boletim de archit. e de archeol.* IV 1884 p. 186, *Citania* tab. XLII.

A prior supra aperta est lineamque transversam solutam habet, altera est formae solitae. Non fuit [*C*]*aturo* (cf. n. 5590); nam affirmat Sarmento lapidem integrum esse. Ceterum *Aturo* redit in titulo apud Brambachium C. I. Rh. n. 666, *Atturus* apud eundem n. 1885. Hermannus Blass v. d. de Silio bene meritus meliusque meriturus, nisi fato praematuro abreptus obiisset, Aturo nomen comparavit cum Aturi (Aturri, Aturis) noti fluvii Galliae (*Adour*). Punctum v. 2 in. certum est, neque vero lapis aliud quidquam continebat, ut affirmat Sarmento.

5587 Citaniae, in domo quadam intus; sita est in ima parte viae, quae per oppidum ducit, in serie ea lapidum, quae solum tangit.

AR rh

Descripsi a. 1881; edidi Hermae XV 1880 p. 78 (ubi errore in tegula scriptam esse dixi, ut tum putabam) et p. 801; Teixeira d'Aragão *revista archeol.* I 1887 p. 43 tab. VIII 8; Sarmento *boletim de archit. e de archeol.* IV 1884 p. 100, *Citania* tab. XLII 4.


Aur initio certum est; quod sequitur elementum nisi ornamentum tantum est, quod non credo, videtur E littera esse prona iacens cum I coniuncta. Unde lego *Aurei*; *Aureius* nomen videtur esse.

5588 Citaniae, limeo portae superius ornatum; titulus integer est.

CAM

Descripsi a. 1881, edidi Hermae XV 1880 p. 20. Sarmento *Citania* tab. XLIII 1 et *boletim de archit. e de archeol.* IV 1884 p. 100, qui m. Oct. a. 1887 mihi scripsit alterum comparuisse lapidem 'no *môrro* (*mamelon*) *do norte*', inscriptum et ipsum similiter CAM.

5589 Citaniae, in lapide magno, qui pro limine inferiore sive pavimento fuit. Figura adiecta magis elliptica est quam circularis.



Non vidi a. 1881; edidi Hermae XV 1880 p. 27. Sarmento *Citania* tab. XXXVI 4, Teixeira d'Aragão *revista archeologica* I 1887 p. 40 tab. VIII 3.

5590 Citaniae, in lapide granito non magno, alto m. 0.28, lato 0.43, crasso 0.23, olim muro domus alicuius inserto, litteris ascia punctim excisis, altis m. 0.07; olim fuit pro lapide molari SARM.

CAM · DOMI ·
CATVRO · CAM

Descripsi a. 1881; Sarmento *Citania* tab. XLIII 2, *boletim de archit. e de archeol.* IV 1884 p. 100.

Camali domi | *Caturo Camali.*

Collato titulo n. 5595 puto *domi* genetivum esse et intellegendum partem fortasse domus Camali Caturonis Camali (filii) fuisse.

5591 Citaniae rep., ut affirmat SARM., sed servabatur in vico *Ribas, S. Estevão de Briteiros*, apud parochum, ubi denuo comparuit; lapis integer est.

CAVICI

Non vidi a. 1881; edidi Hermae XV 1880 p. 800 a Sarmento missam, qui nuper ectypum misit. Elementum alterum utrum ligatum sit ex A et V an ex A et N non satis liquet; hoc in lapide apparere Sarmento scripsit. Quod qui invenit olim legit CIVICI certe in lapide non est.

5592 Citaniae, lapis granites rudis, sine ornamentis, qui videtur parieti inserius fuisse.

CRONI
CAMI

Non vidi a. 1881; edidi Hermae XV 1880 p. 27; Sarmento *Citania* tab. XLIII 3.

Primum elementum in imagine photographa videtur potius L esse aut F (unde cogitavi de *Fronto* nomine); sed affirmat Sarmento in lapide C apparere clarum, angulo tantum inferiore paululum acutiore. Post N tabula hastam profundam indicat, quam Sarmento non pro littera accepit; videtur tamen I esse. Unde legendum *Croni* | *Camali* (*filii*). Sarmento putabat in CRON latere Coroneri nomen ex n. 5595 notum; fortasse recte.

5593 Prope Citaniam, *na bouça do Capitão, freguesia de S. Claudio de Barco*, in planitie inter *Sabroso* et *Rabelo* fluvium, qui radices Citaniae praeterfluens circa thermas *de Taipas* in *Ave* influit; in rupe viva olim inscriptus his litteris profunde sculptis, quae sine ulla difficultate leguntur; iam in museo Vimaranensi SARM.

CVLCEI
V

Non vidi a. 1881; Sarmento nondum in tabulas suas recepit, sed edidit *boletim de archit. e de archeol.* IV 1881 p. 100.

Cf. n. 5587 Legendum *Culcei V...*, aut *Culceiu*.

5594 Citaniae, in rupe viva, quae in solo est ante lapidem, qui dicitur *a pedra formosa*, nunc tectum tugurio novicio propterea a Sarmento extructo.

CORV A
ABE
MEDAMVS
CAMI

Descripsi a. 1881; Sarmento, qui edidit *revista Lusitana* I 1887 p. 331, descripsit prorsus easdem litteras, sed lapidem nondum in tabulas suas recepit, quia propter locum incommodum non potuit exprimi imagine photographa.

Coru-|*abe* | *Medamus* | *Camali*

Quid vv. 1. 2 significent ignoro. *Medamus* nomen in illis regionibus frequens est. Cf. praeterea Κόρου ἄκρον in Callaecorum Lucensium regione situm secundum Ptolemaeum II 6, 4.

5595 Citaniae, lapis supra et infra ornamentis variis insculptus, qui potest pro limine superiore portae (*padieira*) fuisse; altus m. 0.55, latus 1.42, crassus 0.15; litteris altis 0.09.

CORONERI
C AMI
DOMVS

Descripsi a. 1881, edidi Hermae XV 1880 p. 73. Sarmento *o Occidente* II 1878 p. 107 (cf. *a Renascença* a. 1878 p. 80 ss.), *Citania* tab. XLIII 4; Teixeira d'Aragão *revista archeologica* I 1887 p. 43.

5596 Citaniae, *n'uma pedra servindo de ladrilho a uma praça.*

C T

Sarmento *boletim de archit. e de archeol.* IV 1884 p. 100.

5597 Citaniae, lapis granites informis, altus m. 0.38, latus 0.48, litteris rudibus; potest ad domum aliquam pertinuisse SARM.

L AR

Non vidi a. 1881; edidi Hermae XV 1880 p. 800. Teixeira d'Aragão *revista archeologica* I 1887 p. 43 tab. VIII 7. Sarmento *Citania* tab. XLII 1.

L litterae forma haec alioqui satis nota est (vide Exempla mea p. LXI). A et R in tabula photographa videntur iunctae esse linea inferiore. Quae R litterae superposita est hasta I iacentis est. Unde lego *Lari*, a *Larus* vel *Larius* nomine. *Larus* Galli cuiusdam et Cantabri nomen esse apud Silium IV 234 XVI 47 monuit me H. Blass.

5598 Citaniae, in lapide granite informi, qui non videtur pars fuisse aedificii vel muri alicuius; elementa punctim incisa sunt.



Non vidi a. 1881. Teixeira d'Aragão *revista archeologica* I 1887 p. 40 tab. VIII 5. 6. Sarmento *Citania* tab. XLII 8.

Si omnino litterae sunt, ut videntur, ligatae sunt neque intelleguntur.

5599 Citaniae, *perto das Vigas das Rebatas nas ruinas de huma ermida, huma lage no chão.* Frustra quaesivit SARM.



Francisc. Xav. de Serra Craesbeek *memorias resuscitadas de Entre Doiro e Minho* f. 34 v. (inde Argote *memorias do arcebispado de Braga* 6, 402. 407); ego inscript. Hisp. christ. p. 87 n. 08*.

5600 Citaniae, in circulis parvis ex argilla factis et perforatis duobus (diam. 0.088 et 0.060), veluti bacae monilium.

a · · V
b AV

Non vidi a. 1881; Sarmento *Citania* tab. XXVI 6.

5601 Citaniae, in margine doliorum ex argilla factorum multorum, litteris satis elegantibus. In a litterae altae sunt m. 0.01, in b 0.035, in c 0.04.



Descripsi a. 1881, edidi Hermae vol. XV 1880 p. 60; Teixeira d'Aragão *revista archeologica* I 1887 p. 43; Sarmento *Citania* tab. XXXIV 4 et XXXV 1. 6.

Videtur esse *Airg... Camali*; de *arg(illa) Camali* cogitavit Teixeira d'Aragão.

5602 Citaniae, in vasculo rudi ex argilla facto, alto m. 0.06, supra in margine exteriore, scariphatum litteris evanidis.

AVRVI

Descripsi. Sarmento *Citania* tab. XXIX 3.


5603 Citaniae, in fragmentis vasculorum ex argilla factorum, rudium, impressum sigillis, litteris altis c. m. 0.088 ad 0.03 (c).



Non vidi a. 1881; edidi Hermae vol. XV 1880 p. 28; Sarmento *Citania* tab. XXXI 1. 2 XXXII 1. 6 Legendae *Arc..* vel *Airg....*

a et b diversa sunt a n. 5601.

5604 Citaniae, in marginibus doliorum non paucorum. In a litterae altae sunt c. m. 0.808; in b 0.048, in c 0.080.



Descripsi a. 1881; edidi Hermae vol. XV 1880 p. 88, Sarmento *Citania* tab. XXXIII 1. 6. et XXXIV 6.

b et c non videntur pertinere ad n. 5601, propterea quod nexus litterarum paullo aliter formatus est.

5605 Citaniae, in margine dolii argillacei, litteris rudibus, quae videntur digito in argilla adhuc molli inscriptae esse.

M

Descripsi a. 1881. Sarmento tab. XXXI. *Man(i?)*.

5606 Citaniae, in doliis magnis argillaceis.

Descripsi a. 1881. Sarmento nondum in tabulas suas recepit.

5607 In monte *de S. Romão* [ita etiam Citania dicta est], in confinio pagorum *de S. Perofins* et *de S. Joao de Eiris*, leugam dimidiam a rivis *Ave* et *Visella* versus meridiem, lapis rotondus dicitur repertus esse una cum fragmento operis tectonici, cuius ornamenta similia videntur esse lapidum Citaniensium (unde saeculo quinto sextove olim tribui) SERRA. In Citania minore quae dicitur, versus meridiem a valle *Ave* fluvii, rupes extat arte formata in circulum dimidium stantem; altus est circiter m. 1, latus in basi amplius m. 8. In parte antica (occidentali) titulus extat (a) litteris inaequalibus scriptus (altis m. 0.18 ad 0.05), quae spatiis quoque inaequalibus (m. 0.01 ad 0.15) dispositae sunt; in latere postico orientali alter titulus est (b) litteris similibus scriptus SARMENTO.

a *Serra:* FIDV . . . HIC

Sarmento:



b *Serra:* COE · NE Æ / P · S

Sarmento: COEW Æ / H S

Francisc. Xav. de Serra Craesbeek *memorias resuscitadas de Entre Doiro e Minho* f. 84. 85. 86 (inde Argote *memorias do arcebispado de Braga* 2, 480. 487, ubi etiam citat Ludovici Alvares de Figueiredo relationes, in quibus ego certe non vidi; e Serra ego inscript. Hisp. christ. p. 07 n. 37*; visi sunt enim sibi antiquarii Portugallenses *aepiscopum* [b] oppidi eius aliquem *fidum* [a] hic deprehendere); Sarmento misit a. 1878 (inde edidi Hermae vol. XV 1880 p. 651), postea edidit *boletim de archit. e de archeol.* IV 1888 p. 88.

Sarmento adnotat in a v. 6 in. spatium cavum in lapide consulto vacuum relictum, praeterea elementum primum non satis clarum, sed F potius quam P esse.

Lectio incerta est, *nimidi* (sive *niminid*) *fiduenearum hic* et *cosuneae h s.*


Similis est titulus n. 6408 eiusdem regionis *iunomeiruenarum* | *Quintillo et Prisco cos* (a. 189). Cf. tituli litteris quidem Latinis scripti, sed sermone barbaro n. 416. 700. 708.

5608 *No logar das Bocas, frequezia de S. Martinho do Campo, a poca distancia do rio Visella, a'uma lage,* litteris altis m. 0.017.



Sarmento misit, cui litterae in lapide b noviciae visae sunt.

Naõ muito longe do precedente, a'uma lage enorme.



Sarmento *boletim de archit. e de archeol.* IV 1883 p. 58; idem mihi misit (unde edidi Hermae vol. XV 1880 p. 650) observans a—a sulcum esse antiquitus factum, qui fortasse ad titulum praecedentem pertinuisset, cum eodem loco lapides ambo reperti sunt.

III. BRACARA AVGVSTA p. 338. 706. XLIV.

n. 2411—2415.

2416 v. Eph. IV p. 16. Venturinus f. 241 ex libro ducis Theodosii. Contuli a. 1881. Post ISIDI, v. 2 extr., item v. 3 post ROM et ET puncta habent formam hederae.

2417. 2418 Cf. p. 706. 2419 Dei ignoti nomen fuit fortasse RONCOE|NAETAECO, *Roncoenaetaecus.*

2420 v. Eph. IV p. 16. Venturinus f. 241 ex libro ducis Theodosii. Contuli a. 1881; in vocabulo SIPITES primum elementum incertum visum est, unde ad veterum testium lectionem RIPES iam magis inclinat animus.

2421 v. Eph. IV p. 16. Venturinus f. 241 ex libro ducis Theodosii. Contuli a. 1881; supra nihil videtur deesse, ita ut FVLGVA vocabulum, si omnino initium tituli fecit, in alio lapide scriptum esse putandum sit. Explicavit titulum Pereira Caldas in ephemeride Bracarensi a *Escola* vol. I 1884 p. 10 s., novi nihil addens.

2422 v. Eph. IV p. 16. Venturinus f. 241 ex libro ducis Theodosii.

2423 Contuli a. 1881. In luce paullo clariora v. 1 mihi visus est ita potius legendus esse C · GAL · FRONTO[s]... In reliquis versibus nihil novi extricare potui.

2424 v. Eph. IV p. 16. Venturinus f. 241 ex libro ducis Theodosii.

2425 Contuli a. 1881.

2426 Contuli a. 1881. Non Camalus Meigaecus, sed Camalus Melgaeci filius, ut olim proposui, videtur legendum esse, cum nomina duo peregrina non soleant coniungi. T. Caelicus autem Fronto, sive Tripes Fronto, eo differt, quod Caelicus aperte ibi pro nomine gentilicio est.

2427—2446.

2447 (v. infra n. 5609).

2448—2461.

5123.

Bracaram cum denuo adirem a. 1881, aliquid sane novi me reperturum esse credidi in urbe primaria; sed spes me fefellit. Pereira Caldas affirmavit nihil prodiisse titulorum monumentorumve his viginti annis proximis; sed nuper Sarmento mihi scripsit titulos aliquot Bracarae repertos esse, quorum tamen frustra adhuc operam dedisset ut ectypa vel exempla obtineret. Duo qui novi accedunt tituli Bracarenses debentur Anonymo Taurinensi (n. 5123) et schedis Moreirae (n. 5610); hic non ad ipsam urbem, sed ad viciniam eius pertinet. Contuli titulos antea iam descriptos quotquot denuo videre potui: perpauca inveni emendanda, quae supra enotavi.

Tribum Bracarensium Quirinam fuisse tituli docent n. 2424. 2437. 2438. 2440 et Tarraconenses n. 4237. 4257; quos Kubitschekius (de orig. trib. Rom. p. 167) affert aliarum tribuum testes titulos n. 2381. 2436. 2434, eorum omnium lectio prorsus incerta est. Neque igitur quidquam probant.

5609 ad n. 2447. Bracarae.

REBVRRVS · CMAL
AN AENVS XXX

Contuli a. 1881. Textus mihi visus est ita accipiendus esse, ut *ann(orum)* vocabulum versu altero collocatum cum numero coniungeretur; unde legi *Reburrus Camali Aenus, ann(orum) XXX.* Aenus vero videtur gentis nomen esse.

5610 *No igreja de S. Thomé de Perosello*, in vicinia Bracarae.

G · AEMIL
VALENS
EQ · AL FL
IVR · M · ARI
A NANL · VI
V S L M

Schedae Moreirae vol. V f. 943 versibus non divisis.

Dei nomen initio videtur excidisse, fortasse I·O·M; nisi latet in versibus 4. 5.

Fuit igitur fere ..... | *G. Aemil(ius)* | *Valens* | *eq(ues) al(ae) Fl(aviae)* | *[t]urma (P)rimani* | *Vi....* | *v. s. [l.] m.*

IV. VIANNA et vicinia p. 344.

n. 2462 (v. infra n. 5611).

2463. 2464 Frustra quaesiverunt Fita et Guerra *viaje á Galicia* a. 1886 p. 14.

2465 Tectam hodie esse tabulatis laniorum, qui ibi negotiantur, testes sunt Fita et Guerra l. s. s. p. 15.

5611 ad n. 2462. Statuam post me edidit Ioh. de Deo de la Rada y Delgado *museo español de antigüedades* vol. VII 1876 p. 569 ss. cum imagine ligno incisa. Titulum exhibet ex lectione Aureliani Guerrae ita: *L. Sest(ius) Clodomenis Flavius Coroeus, filius Corocauci, et T. Sempronius contubernalis* cet. Crucem impositam pro testimonio habet homines illos — nam plures esse putat — christianos fuisse aetatis Flaviae. Deinde Ludovicus Figueiredo de Guerra in libello *Vianna do Castello, esboço historico*, Conimbrigae 1872 8., statuam totam noviciam esse contendit propter signum equitum *de Rocha* postea inditum; sed de antiquitate eius operis nemo sani iudicii unquam dubitavit. Sarmento statuam repertam esse mihi scripsit *em S. Paio de Meixedo*, ubi fuit *a solar dos Rochas* extantque oppidi vetusti Citaniae similis vestigia; caput vero statuae, quod mihi visum est vetustum esse, sed instauratum, ut signum crucis addita tempore novicio. Tres statuas eiusdem generis praeterea detexit in *Santo Ovidio (Fafe)*, in *Refoios de Basto* et in *San Jorge de Vizella* (*revista de Guimaraens* I 1884 p. 165), sed titulis carentes omnes. Propter nomina Gallaeca similia cf. n. 2631 et titulus Salonitanus CIL III 2016.

Prope Viannam extat eiusdem generis ut videtur oppidum vetustum, *de Santa Luzia* dictum, ut Citania (supra cap. II[a]); eius reliquias post scriptores antiquiores descripserunt Ioachim Posidonius da Silva architectus *boletim dos architectos e archeólogos portuguezes* II 1877 p. 27 ss. et Ludovicus de Figueiredo da Guerra ibidem III 1881 p. 152 ss.

IV^a. TVDAE (*Tuy*).

Ut Valentiae ad Minium, ita etiam in urbis oppositae *Tuy* loco oppidum aliquando antiquum situm fuisse cum per se probabile est, tum titulis hisce novis, quos infra composui (n. 5610—5614), aliqua ex parte comprobatur. Nam quamquam possunt illi ex vicinia eo delati esse tempore recentiore, ut in vicinia repertus est unus eorum (n. 5614), tamen ipsa urbis hodiernae collocatio in rupe alta ad fluvii ripam vetustatem indicat. Grovii sive Gravii, Gallaeca gens, quam non minus quam Hellenos vicinos cum Graiis Graecisque composuit aut peregrinatorum Graecorum Pytheae Timaei Posidonii Asclepiadis Myrleani Artemidori docta vaniloquentia aut eorum qui cum D. Bruto ibi fuerant narratio, videntur ibi habuisse oppidum Tudae a Plinio (IV 112 *Tyde*) et Ptolemaeo memoratum (II 6, 44 Τοῦδαι), quod pronum erat cum Tydeo et Diomede componere, ut fecerunt Iustinus (XLIV 3, 3) Strabo (III 4, 3—5) Dionysius Periegeta (v. 485) Silius (III 366. 367). Apparet haec omnia a scriptorum Graecorum hariolationibus orta esse, quae fallaci nominum similitudine nituntur; nam certa coloniarum Graecarum in regionibus illis testimonia nulla omnino extant. Neque commemorarem haec, quae nota sunt litterarum illarum gnaris, nisi Aurelianus Guerra in narratione itineris sui Compostelani (*viaje á Santiago* p. 20) fusius disputasset contra eos, qui testimoniis illis, quae putat, fidem denegare et fundamenta solida, in quibus rerum memoria nitatur, labefactare voluissent; in quibus ad ea respicit, quae adnotavi ad n. 5550.

Richardi Rodriguez Blanco, canonici Compostelani, liber de Tudis (*apuntes historicos de la santa iglesia catedral, ciudad y antigua diócesis de Tuy*, Santiago 1879, 408 pp. 8.) novi nihil continet.

Tituli huic potius capiti adscribendi adhuc noti tres (n. 2403—2405) aut interierunt aut latent; novi itineri docto Fitae et Guerrae debentur. Ipse Tudas denuo adii a. 1881, sed tituli illi novi a possessoribus consulto celabantur. De titulis illis deque antiquitatibus Tudensibus post Fitam et Guerram statim adorsus scriptor quidam Tudensis, Ioachim Fernandez de la Granja, libro singulari (*recuerdos históricos de occidente, contestacion á los recuerdos de un viaje de los Sres. P. Fidel Fita y D. Aureliano Fernandez Guerra*, Tuy 1880, cum tabulis) opiniones eorum impugnare titulosque aliter interpretari conatus est. Librum illum non vidi neque aegre fero me non vidisse; nam ex eis quae Figueiredo inde rettulit scriptorem bonae frugis nihil protulisse apparet. Idem Fernandez de la Granja alium libellum scripsit '*la ciudad de Tuy la fundó Diomedes de Etolia*', quem refutavit scriptor anonymus D. A. N. P., '*apuntes historicos sobre la antigüedad de Tuy*'; scriptionem utramque non vidi, sed commemoro, ne ignorasse vitio mihi vertatur. Egit de titulis illis post editores Hispanos Antonius Cardoso Borges de Figueiredo primum in ephemeride Portugallica '*as Colonias Portuguezas*' a. 1886 atque deinde fusius et accuratius in *revista archeologica e historica* vol. I 1887 p. 17 ss. cum tabulis a libro Ioachimi Fernandez de la Granja desumptis; nam ne ipsi quidem contigit videre lapides.

5612 *Tuy*, ara rep. a. 1864 *al ensanchar* la *calle del arrabal de S. Bartolomé*, alta $4^1/_2$ *cuartas*, lata 3 *cuartas*, litteris rudibus saeculi, ut videntur, primi.

MARTI CA
RIOCIECO
L · HISPANI
VS FRONTO
EX · VOTO
SACRVM

Fita et Guerra *viaje á Santiago* (1880) p. 10 ex hist. ms. Francisci de la Cueva, p. 93 ex ectypo; Fernandez de la Granja *recuerdos históricos* p. 69 cum tabula; ex his A. Borges de Figueiredo in ephemeride '*as Colonias Portuguezas*' a. 1886 p. 115 et *revista archeologica* I 1887 p. 10 cum tabula.

V. 1. 2 CAI|LOCIECO, 3 L·HISPANI Fernandez de la Granja, HISPAN Fita et Guerra p. 93, 4 IRONIO de la Cueva; F in lapide hanc videtur habere formam F.

5613 *Tuy*, rep. a. 1850 *desmontando un tejal en la llanura de Santa Eufemia, termino de San Bartolomé de Rebordanes, a medio cuarto de legua de la ciudad*. Fragmentum basis, altum m. 0.80, latum infra m. 0.80, supra 0.57, litteris saeculi primi magnis. Ectypum sumi vetuit dominus aedium, in quibus lapis servabatur.

CAEPOL
CONV

TI · CLAVD
CHO BRA
AVREA

Fita et Guerra *viaje á Santiago* (1880) p. 10 ex hist. ms. Francisci de la Cueva et p. 93 ex lapide; Fernandez de la Granja *recuerdos históricos* p. 84 cum tab.; ex his A. C. Borges de Figueiredo in ephemeride '*as Colonias Portuguezas*' a. 1886 p. 115 et *revista archeologica* I 1887 p. 91.

Fita legit: *Caepol* ... | *Conu* ... | *Ti. Claud*[*ii liberto*] | *Chobra*[*mara*] | *Aurea* [*posuit*];

Figueiredo legit: [*deo*] *Caepol* ... [*et genio*] | *conv*[*entus Lucensis*] | *Ti. Claud*[*ius* ...... *praef.*] | *cho*(*rtis*) *Bra*[*caraugustan*(*orum*)] | *Aureae* [*ex voto sacrum*]

Quae Fernandez de hoc titulo hariolatus est mentione digna non sunt. Recte Figueiredo *cho*(*rtem*) *Bracaraugustanorum* agnovit; quod eandem auream dictam putat, memor scilicet cohortis I Hispanorum Aurianae (CIL III p. 887), id minus probabile est. Quem idem memorat *Ti. Claudius Claudianus, praefectus cohortis I Bracaraugustanae* ex titulo Naronensi CIL III 1773 videtur aetatis esse paullo recentioris. Probabiliter vero idem Figueiredo initio dei peregrini nomen latere putavit. Conventus alicuius si mentio facta est in titulo, quod fieri potuit, aliter illa cum dedicatione videtur coniuncta fuisse. Titulus certa ratione suppleri nequit; in fine cogitavi de *Auren*[*si*], ab Aurense vel Auriense, hodie *Orense* oppido (v. p. 903).

5614 *San Pedro de Zela, dos leguas al norte de Tuy y casi una al occidente de Porriño, en la falda oriental del monte de San Colmado, cerca de la ermita de N^a S^a del Castro*, lapis altus m. 0.91, latus 0.70, litteris, ut visae sunt, aetatis Augustae optimis, altis m. 0.849 ad 0.038.

*vi*TO CANANIO
*m*ARCELLIANO
ANN · XVII
*ca*NANIVS MONTANVS
*fa*BIA · MARCELLA ·
DOMINO · PISSIMO
F · C ·

Fita et Guerra *viaje á Santiago* (1880) p. 99 ex ectypo dato a Paschale Carrascosa Tudensi. Suppleverunt editores ita, ut supra scripsi, praeterquam quod v. 5 [*Na*]*bia* praetulerunt, ut servi liberti ambo nomina gentilicia peregrina gererent. Cananius sane gentilicium novum videtur originis peregrinae esse.

Zela nomen Zoelarum commonefacit, v. infra cap. I^a conventus Asturum.

V. AQVAE FLAVIAE p. 344. 706. XLIV.

n. 2466. 2467. 2468 (v. infra n. 5615). 2469—2472.

2473 Ex Argotio schedae Moreirae vol. III f. 581 et IX f. 87. 2474—2476. 2477 (v. infra n. 5616).

2478 (Eph. IV p. 16 Venturinus f. 240 v. ex libro ducis Theodosii, recte).

2479 (v. infra n. 5617).

2480 (Eph. IV p. 18). Venturinus f. 242 v. vv. non divisis ex libro ducis Theodosii; est exemplum Tavorae alterum f. 85 et ipsum interpolatum nec sufficiens, unde vera tituli lectio restituatur.

2481—2486.

2487 (Eph. IV p. 16). Venturinus f. 242 v. ex libro ducis Theodosii, unde etiam fluxit exemplum Tavorae, quod praeterea solum extat. Nomina barbara certo restitui nequeunt.

2488—2497.

Ex Aquis Flaviis earumque viciniis novi nihil prodiit praeter titulum unum (n. 5618) a Venturino solo ex antiquissima sylloge Lusitana ducis Theodosii exscriptum, a reliquis omnibus neglectum; nemo enim inter viros doctos Portugallenses loca haec adiit et titulos investigavit. Ad iam notos pauca adnotanda erant ex fontibus potissimum vetustis; unius oppidi antiqui nomen Figueiredo resuscitare conatus est (ad n. 2477). Quirinam tribum fuisse Aquensium, quod iam docuerat titulus Tarraconensis (n. 4204) Ceraecii Fusci (v. supra n. 2473), praeterea probatur titulo Africano *C. Tannoni L. f. Qui. Felicis, qui et Aquensis*, militis leg. III (CIL VIII 6311); nam illud *qui et*, quamquam contra consuetudinem usurpatum, videtur patriam indicare.

5615 ad n. 2468 (Eph. IV p. 16). *Chaves.*

SEPTVMIVS
ARGILICVS
V · S · L · M

Venturinus f. 242 ex libro ducis Theodosii.

Tavora testis saeculi XVII non satis fidus, qui solus praeterea servavit, addit initio IOVI O M et scribit AGRILICVS; utrumque fortasse male. Potest enim dei nomen (fortasse peregrini) omnino aut latuisse aut periisse. Tamen fatendum est, Tavorae elenchum et ipsum omnino fluxisse ex libro ducis Theodosii, qui periit; unde fortasse exemplo eius usus est pleniore. *Agrilicus* pro *Argilicus*, quod videtur verum esse, Tavora exscripsit neglegenter.

5616 ad n. 2477 (Eph. IV p. 11). In oppido aquis Flaviis nunc *Chaves* in columna.

Venturinus f. 242 ex libro ducis Theodosii, male. Legitur etiam ex parte apud Panvinium ms. f. 12 (v. 1—4) cf. f. 66 v. (v. 7—12). Exemplum antiquiora repetunt, non denuo ex archetypo descriptum exhibent schedae Moreirae vol. IV f. 857 v.

Ad v. 7 QVIRINALE non QVIRINALI scribendum contra testium omnium auctoritatem censuit O. Hirschfeld *archaeol. epigraph. Mittheilungen aus Oesterreich* V 1881 p. 213 propterea quod ablativi requirerentur; sed etiam hac aetate forma in *i* pro ablativo potest adhibita esse.

Ad v. 11. Fuerunt qui v. 11 errore lapicidae positum iudicarent ante v. 10, ut iungerentur *leg(ato) Aug(usti) | leg(ionis) VII gem(inae) fel(icis)*. Sed *leg(ione) ... provinciam obtinente* recte se habet neque necessarium est errorem statuere.

Ad v. 15. Antonius Cardoso Borges de Figueiredo in dissertatione 'oppida restituta, *as cidades mortas de Portugal*' (*boletim da Sociedade de Geographia de Lisboa*, Series V n. 5 1885) recte observavit, cum nomina civitatum decem Callaecarum, quae ad opus viae Bracara Aquas Flavias aliudve aliquod opus publicum contulerunt, disposita sint ordine litterarum, unum *Aebisoc(orum)* extra hunc ordinem positum esse. Unde putabat fuisse in lapide NEBISOC sive, ut postea in litteris ad me datis proposuit, NEBISOC. Nomen civitatis derivatum esse existimat a *Nebis* fluvio, hodie *Neiva* (unde non videtur *Naebis* fuisse), cuius Mela (III 1) et Ptolemaeus (II 6, 1) mentionem faciunt. Figueiredo igitur forum, quod voluit, *Nebisocum* situm fuisse sibi persuasit *no monte Lousado junto ao Ponte de Anhel sobre o Neiva;* ibi enim chartas aetatis mediae 'antiquum oppidum Nebiae' collocare. Probo emendationem (NE pro Æ), quam proposuit Figueiredo, quae facilis est et nexuum in titulo illo frequentia aliquo modo commendatur. A Nebia vero vel a Nebi fluvio Nebisocos adiectivum factum esse non probo; potest sane hoc nomen cum Nebis fluvii aliqua ratione cohaerere, sed de situ Nebisocorum nondum certiores facti sumus.

Figueiredi de Nebisocis opinioni nuper assensus est Aurelianus Guerra (*revista archeologica* II 1888 p. 54 ss.), qui oppida omnia in titulo Aquiflaviensi enumerata ubi sita fuerint indagare studuit, docte et copiose, ut solet.

5617 ad n. 2479. In *Alcacer do Sal* ponunt errore et ita exhibent:

CHVS PR · CAESARVM BIS T PERP
FLAMEN PERP · T PR FABRV TR MIL
D S P P

Schedae Moreirae vol. IV f. 880 v. nescio unde. Unde videtur ita fere restituenda esse, versibus paullo aliter quam antea feci dispositis:

. . . .
I tulius . l f. . . . . plutar
CHVS PR*aef.* CAESARVM BIS
*pon*T · PERP · FLAMEN · PERP
5 *i*T · PR*aef.* FABRV · TR · MIL
D · S · P · F

Titulum esse saeculi primi apparet.

5618 (= Eph. IV p. 15, 21). *Chaves.*

T V T E L A E
M · AQ · LEDA
PEREGRINORVM
EX · V · P

Venturinus f. 242 vv. non divisis ex libro ducis Theodosii, unde Tavora exscribere omisit.

V. 2 nomen hominis latet, servi puto vel ancillae duorum Peregrinorum. V. 3 [*y*] *Peregrinorum* in lapide fuisse coniecit Mommsen.

VI. BRAGANÇA. Accedunt *Sacoias*, *Sanceriz* p. 348. 706.

n. 6466—2514. 5070 (v. p. 706).

Bragantiam aliquam veterem sive Bragantiam ibi fere situm fuisse, ubi hodierna *Bragança* est, cum admodum probabile sit, tamen nemo adhuc demonstravit. Nam quae nuper institutae sunt effossiones in *Castro de Avellãs*, ad Zoelarum vicum pertinent, de quo infra dicetur (in conventus Asturum capite I[a]). Credunt incolae oppidum vetustum situm fuisse prope *Sabor* fluvium, ad septentriones et orientem ab oppido hodierno; ibi Figueiredo sibi visus est vestigia quaedam eius observavisse.

Cum ex eadem regione *Sacoias* vicus situs sit (*duas leguas de Bragança para o NE*) ibique dicantur apparuisse lapides inscripti multi aliaeque antiquitates, titulos duos, quos Figueiredo nuper descripsit (n. 5619. 5660), huic capiti adieci.

Tertius accessit titulus in *Sanceriz* repertus (n. 5076), qui vicus situs est meridiem versus a *Bragança*. Scriptio hominis alicuius, qui *Rangel de Lima* se dicit, *uma visita artistica a Bragança e Vinhaes*, quam legi editam in ephemeride *Diario de Noticias de Lisboa* a. 1886 n. 5305. 0367 cet. novi nihil profert.

5619 *Sacoias* prope *Bragança*, lapis altus m. 1.37, latus m. 0.3. Litterae sunt rudes, altae m. 0.06, saeculi puto primi.

ARRO
CIOV
A L

Descripsi ex ectypo misso a Figueiredo qui edidit *revista archeologica* I 1887 p. 92; Pinheiro *rev. de Guimaraens* V 1889 p. 86. Figueiredo comparat Arronis nomen in titulo Segoviensi n. 2735. Dei nomen deest.

Figueiredo legit *Arro Clou(ti) a(nimo) l(ibens)*. Nescio num praestet *Arro Clouti*.

5620 *Sacoias* prope *Bragança*, ubi servatur. Cippus altus m. 1.6, latus m. 0.4.

pino
D ∘ M
F L A O
F S E T I F
. ANN XXX
S T T L

Figueiredo *revista archeologica* I 1887 p. 66 q. v.

VII. LIMICI p. 350. 706.

Accedit *Roqueiro*.

n. 6515 *Cerca de la iglesia de Codesedo* a se repertam dicit Barros Sivelo *Galicia* p. 161; Guerra *boletin de la Academia de la historia* I 1877/79 p. 104 exhibet a me restitutam.

2016—6565.

Ad regionem Limicorum vici duo pertinent, e quibus Murguia, de cuius libro dicetur ad titulos Lucenses, et Barros Sivelo titulos singulos protulerunt novos (n. 5621. 5622). Atque Raimundus Barros Sivelo (ita ipse nomen suum imprimendum curavit, antea constanter ipse scripserat Sibelo), cuius merita de via Bracam Asturicam explorandis olim laudavi (p. 350. 640), postea librum edidit inscriptum *antigüedades de Galicia* (*Coruña* 1875, II et 610 pp., 8. cum tabula geographica et tabulis aliis lithographis sex). De quo libro recte omnino indicavit Aurelianus Guerra (*boletin de la Academia de la historia* I 1877/78 p. 176 ss.), cum laudaret diligentiam, qua patriae suae partem aliquam exploravisset scriptor, vituperaret vero, quod laborem suscepit omni fere et arte et eruditione ea carens, sine qua eius generis quaestiones cum fructu ad finem perduci non possunt. Scilicet Latini sermonis ignarus nec fontes novit, quibus itinera tradita sunt, nec quae in lapidibus scripta invenit legere potuit. Praeterea ex scriptis eorum, qui ante eum regiones illas exploraverant aut commentarios de eis ediderant, fere falsos tantum aliquot titulos excerpsit. Itaque quae protulit de titulis Gallaecis caute adhibenda sunt. Adieci tertium ex Roqueiro vico Portugallensi propter deae Naviae nomen, servatum in schedis Moreirae (n. 5623).

Posui denique hoc capite titulum (n. 5664) a Sarmento repertum iuxta viam Romanam, quae a Bracara per *Geres* montem Asturicam ducit (v. p. 636), cum appareat miliariis eum non adnumerandum esse.

5621 *En la Limia* (sic; intellegendum *Lemos* oppidum), ara *a modo de pilastra, su asiento de basa de vara y tercia de alto y de tercio de ancho, y sostiene una piedra ancha de tres cuartas, y vara y media de largo.*

III
urceus

in facie
I V L I A
PRÆNIA
MOCION
VS ∘ LM

LVPVLVS
F
patera

Murguia *hist. de Galicia* II p. 566 e Fr. Malachiae de la Vega libro manuscripto *epitome de la familia y casa de los Lopez y Lemos*.

A latere sinistro adscribitur LEMICON, quae videtur esse loci indicatio; supra additur ARA·SOL; scilicet propter pateram solis esse aram putabat is qui descripsit. Quae praeterea adduntur in lateribus possunt vera esse. Subest certe inscriptio genuina, sed cave confidas traditae lectioni.

5622 *En el Monte de San Pedro, feligresia de Nocelo da Pena, ayuntamiento de Sarreaus, en el atrio de la pequeña iglesia* (una cum n. 6516. 6517, quos tamen non videtur vidisse) BARROS.

I N T O
L · LACI
S · NA
V I A E
. S · L · M

Barros Sivelo *Galicia* p. 163 q. v.

Naviae deae tituli in Gallaecia varii inventi sunt, ut n. 6601. 2606; *Navia* flumen nomen vetustum servat. Nomina eius, qui aram hanc ei dedicavit, male descripta sunt neque certo restitui possunt.

5623 *Freguezia de S. João Baptista de Pedregão Pequeno, na parede de umas casas do lugar de Roqueiro.*

CICERO
MANCI
NAGIAS
L V S

Schedae Moreirae vol. III f. 565 auctore indicato nullo.

Nomen filii Romanum, patris peregrinum (fortasse *Manti* vel *Mantai*), non offendunt. De Navia dea vide ad n. 5666.

5624 In parte suprema lapidis magni tabulae similis (*no topo d'uma grande lage*), *na volta da Cova* (*Geres*).

LV RIACI

Sarmento *boletim de archit. e de archeol.* IV 1884 p. 105 qui addit inter secundum et tertiam elementum certo unum deesse.

CONVENTVS LVCENSIS.

I. OPPIDA VALLIS MINII p. 351.

n. 2526 Barros Sivelo *Galicia* p. 64 q. v. 2527. 2528.

2529 '*Permanece en la pared N. de la primera casa fronteriza á la iglesia*' Barros Sivelo *Galicia* p. 166. Guerra *boletín de la Acad. de la hist.* I 1877/79 p. 183 exhibet a me restitutam; m. Sept. a. 1887 descripsit mihique misit E. W. Dodgson Anglus, vv. 1—4 ut Barros, reliqua ita TAVGOA | IDIVS N | RINVS | ROODI|CAVIT. In quo dicavit potest recte lectum esse.

2530 Fuit *en Baños de Bande, en la casa rectoral, embutida en la pared* etc.; *se mandó recojer por el obispo Sr. Avila, pero ignoramos la suerte que le habrá cabido despues del fallecimiento de este* Murguia *hist. de Galicia* II p. 568 descr. ab Avila episcopo Auriensi; inde habuit Barros Sivelo *Galicia* p. 115. 2531—2538.

De huius regionis antiquitatibus praeter Raimundum Barros Sivelo, qui titulum inde protulit unum exemplo, ut solet, malo (n. 5623), meriti sunt Fr. Petrus Cid, parochus in *Junquera de Ambia* (*partido de Allariz, provincia de Orense*), iam defunctus (v. Aurelianum Guerra *boletín de la Acad. de la hist.* I 1877/79 p. 179), qui viae Romanae potissimum vestigia persecutus est, et P. Franciscus Saco y Arce, sermonis Gallaeci investigator clarus. Eum adire volui, cum a. 1881 *Orense* oppidum via ferrea tum demum patefactum primum inviserem, ut quae de rebus patriis collecta haberet ab eo tradita acciperem; nam ipse chartis nihil de eis mandavit. Sed casu accidit infausto, ut ea ipsa nocte d. 15 m. Sept., qua *Orense* veni, diem ille obiret supremum. Unde multa utilia scituque digna sepulta manebunt. Ne paucos quidem titulos illos in oppido thermarum celebritate noto videre potui propter varias causas, nondum notos investigavi nullos. Quod ut melius succedat eis, qui post me venient, opto; sine dubio enim in regione fertili et amoena plura adhuc supersunt vitae antiquae cultusque pagani vestigia.

5625 *En la parroquia de Alongos cerca del Miño*, basis rep. a. 1606 *entre los cantos que obstruian una fuente cegada*.

NIMPHIS SILONSACLO
VIANA EX VOTO F·C

Barros Sivelo *Galicia* p. 118 e schedis *Temes Araujo*, '*que vimos copiadas en una crónica del Monasterio de Celanova*'.

Certo restitui nequit; in Nympharum nomine fortasse *Sil* fluvii memoria quaedam latet.

II. IRIA FLAVIA, *el Padron*. Accedunt *Santiago de Compostella, San Vicente de Berris, Brandomil, Caldas de Reyes, San Andrés de César, Puerto del Son* p. 353. 706.

n. 2539. 2540 (v. infra n. 5628). 2541—2546. 2547 (v. infra n. 5627).

2548—2550 Frustra quaesiverunt Fita et Guerra *viaje á Santiago* p. 69 s. 5071 (v. infra n. 5828).

A *Coruña* iter faciens a. 1881 denuo adii *Santiago, el Padron, Pontevedra, Vigo* oppida; rumores enim incerti ad me pervenerant de monumentis epigraphicis ibi detectis. Sed casu tum neque Raimundus Barros Sivelo, qui ex Iria locisque vicinis titulos aliquot protulerat cum indicatione locorum, ubi servarentur, aut nulla aut non idonea (n. 5629—5631), neque Antonius Lopez Ferreiro canonicus Compostelanus, quos consultare volui, aderant; unde quamvis quaerendi operae non parcens titulos nullos vidi. Exempla autem titulorum quamquam per se non magni momenti a Barros Sivelo et Murguia edita emendatione quam maxime indigent. Aliquanto feliciores paullo ante me fuerunt Fita et Guerra, quorum in has regiones iter iam saepius memoravi. Scilicet cum in crypta basilicae Compostelanae aedicula vetusta adhuc supersit, quae sepulcrum esse creditur, in quo saeculo primo ossa sancti Iacobi mirabiliter a Palaestina septem dierum itinere navali huc translata una cum discipulorum eius duorum condita sint, iussu Michaelis Payá cardinalis archiepiscopi Compostelani docti illi duo Matritenses iter susceperant ad aediculae eius aetatem definiendam (*recuerdos de un viaje á Santiago de Galicia por el P. Fidel Fita y D. Aureliano Fernández-Guerra*, Matriti 1880, pp. 166 fol., cum imaginibus ligno incisis 31). Scriptores utrum demonstraverint, quod demonstrasse se credunt, aediculam illam re vera saeculi primi esse verasque sanctorum illorum reliquias continere, non definio; vide quae de libro eorum dixerunt Ioh. de Deo de la Rada y Delgado (*boletín de la Acad. de la hist.* II 1882/73 p. 418) et W. Webster (*Academy* 1882 n. 523); reliquias veras esse pronuntiavit ex sententia sacrae congregationis rituum Leo XIII papa (v. *boletín de la Acad.* V 1884 p. 65 et VI 1885 p. 144 ss.). Occasione autem illa oblata optime meriti sunt scriptores ambo de antiquitatibus Gallaeciae Romanis, ut huius supplementi capita docent, quotquot huc pertinent. Titulos iam notos indagaverunt (n. 5626—5628), frustra ex parte; novos aut ipsi descripserunt aut acceperunt ab Antonio Lopez Ferreiro aliisve amicis (n. 5632. 5634. 5636. 5637), veluti a Raimundo Barros Sivelo (n. 5636. 5637). Cum Antonio Lopez Ferreiro, scriptore de rebus Gallaecis fecundissimo, Fita postea alium librum edidit aliqua ratione cum his studiis coniunctum (*monumentos antiguos de la iglesia Compostelana, artículos escritos y publicados por .... D. Antonio Lopez Ferreiro. ... y el R. P. Fidel Fita*, Matriti 1883, pp. 184, 6.); multa enim continet documenta vetusta ad topographiam et historiam eius provinciae illustrandam idonea; v. quae de eo exposuit Marcellinus Menéndez y Pelayo *boletín de la Acad.* III 1883 p. 295 ss.

Liber abbatis I. B. Pardiac, *histoire de S. Jacques le Majeur et du*

pelérinage de Compostella (Parisiis 1863, pp. 203, 8.) nihil continet, quod huc faciat; scriptor caeca fide Flavium Dextrum omnesque fraudes Higuerae et sociorum diu explosas amplectitur.

Iosephus Villaamil y Castro, de antiquitatibus Gallaecis bene meritus (v. infra cap. V), variis libris libellisque de ecclesia Compostellana scripsit (*la Catedral Compostelana*, Matriti 1860 8., et *la Catedral Compostelana en la edad media* cet., Madrid 1870 8.), titulos aetatis Romanae duos (n. 5633. 5638) e regione illa rettulit.

Ut Compostellae, ubi vicus antiquus vix videtur fuisse (sedes episcopalis cum apostoli reliquiis saeculo demum duodecimo eo translata est ab Iria), ita in aliis quoque huius regionis locis ais, quos supra enumeravi, monumenta Romana inscripta (n. 5633—5637) prodierunt. Plura ibi adhuc latere persuasum habeo.

5626 ad n. 2540. Fita et Guerra *viaje á Santiago* (1880) p. 30 affirmant titulum adhuc ibi extare, quamquam ipsi nec viderunt nec potuerunt ectypum nancisci; descriptum vero proferunt ab Antonio Lopez Ferreiro canonico Compostelano ita:

......
......
N O
O R I
E S E S
D·S·P

Exempla auctor videtur coniungere duo Moralis. *Aurienses* vel *Orienses* possunt esse incolae oppidi hodierni *Orense*, cf. titulus Tudensis n. 5613.

5627 ad n. 2547. Lapidem adhuc extare, altum m. 0.67, latum 0.85, narrant Fita et Guerra *viaje á Santiago* p. 31 neque vero quidquam superesse litterarum. In eodem libro Fita edidit commentarium Fr. Iohannis de Azcona, servatum illum in codice Calixtino bibliothecae publicae Matritensis (p. 128 f. 214—317) scriptumque saeculo XVI ineunte sive medio, in quo inter notabilia ecclesiae Compostelanae etiam ara illa describitur ita (p. 142):

'*En Sant Paya monesterio de Monjas á las espaldas de Santiago está en el altar mayor una piedra de alabastro puesta por ara ....; tiene tanto en ancho como en largo; en medio está una scriptura en seis renglones que no la pueden acertar á leer:*

D M · S
AT · IAMO · ET · AT ·
T · ET · LVM · P · S ·
VI · R · I · AMO · M
MEPTIRPI · AMO
XVI · ET · B · F · C

Quae litterae sic possunt interpretari [sic]: neptis pia anno decimo sexto etatis [suae] faciendum curavit, Atia Modestina pro salute suorum. *Los interpretes de Santiago dizen por las primeras letras* discipuli mei subscripserunt. *Por lo demas, anda y buscaldo* [i. e. *andad y buscadlo*]'.

Testis huius antiquissimi (nam Moralem superat aetate quinquaginta fere annis) lectio a Moralis vix differt; interpretatio eius quaedam continet probabilia, ut *Atia Modesta* nomen. Reliqua vero restitui nequeunt repetendumque scriptoris monitum iocosum: ite et quaerite.

5628 ad n. 5071. Non *Coso M(arti)*, ut olim cogitavi, nam Mars paene nunquam in Hispania nominibus peregrinis distinguitur soletque tum Martis nomen praecedere (ut supra n. 5612). sed

Coso M. Vegetianus Fuscus v. s. — Cosus deus aliunde notus non est.

5629 Rep. *en las cercanias del Padron, al hacerse las obras del ferro-carril.*

media luna
CAMRAVIVS
CORALI · F
SENATORIS · S
ANNORVM · L ·
H · S · E
SIT · T · T · L

Barros Sivelo misit academiae Matritensi historicae n. 1867, unde edidit P. Sabau *noticia de las actas a.* 1868 p. 52; postea idem Sivelo edidit *Galicia* p. 197; Murguia *hist. de Galicia* II p. 573. Fita et Guerra *viaje á Santiago* p. 38 qui non dicunt utrum ipsi viderint an acceperint ab Antonio Lopez Ferreiro.

V. 3 SENATORIE·S Sivelo not. errore puto typographico; ut dedi *Gal.*, SENATOR·IRIES Murg. cum Fita et Guerra de senatore iriense cogitantes. Non puto indicari senatoris Romani servum; sed Senator nomen esse potest proprium.

V. 5 ·S·T·T·L Fita et Guerra.

5630 *En Iria.*

D · M · S
COR · CH
RESIMO
AN · P · M
L · IVLIA
VALENTI
A · C · P · P

Barros Sivelo *Galicia* p. 197; Murguia *historia de Galicia* II p. 574, qui videtur paene recte descripsisse; Fita et Guerra *viaje á Santiago* (1880) p. 34 descriptam ab Antonio Lopez Ferreiro.

6 VALENTII|A Murguia, qui nexus litterarum solus servavit, Fita et Guerra. Hi *Valentiia* scriptum putant secundum sermonis Gallaeci proprietatem quandam hodie quoque servatam pro *Valentilla* sive *Valentina*. VALENTIN|A (N) puto in lapide esse.

D(is) M(anibus) s(acrum) | Cor(nelio) Ch|resima | an(norum) p(lus) m(inus) | L. Iulia | Valenti[n]|a c(oniugi) p(io) p(osuit).

5631 *En Iria, en la casa oficina de la compañia inglesa del ferro-carril*

Sivelo:	*Murguia:*	*Guerra:*
		media luna
D M S	D M S	D · M · S
IVLIAM	IVLIA · M	IVLIA · M
FILIO PI	FILIO · PI ·	FILIO · PI
MAVIOO	MAVI · U: O	NAVIO · TO
AVGMLVIS	AC · ML · BS	HOM · LIBS
AMOS XIIII	ANOSI	ANOX
	IIIII	XIIII

Barros Sivelo *Galicia* p. 197 q. v.; Murguia *hist. de Galicia* II p. 574; Fita et Guerra *viaje á Santiago* (1880) p. 21 descriptam ab Antonio Lopez Ferreira.

Exempla quae habemus tria videntur imperfecta esse omnia. Guerra putat cognomen *Am(maia)* esse, et reliqua sic legit *filio pi(o)* | *Navio, To|ision(i) libe(rto)* deamque Naviam et fluvium Naviam commemorat. Ab emendando abstinui.

5632 Rep. prope *el Padron* et *Cesures*, *al hacerse las obras del ferro-carril* (una cum n. 9929), cippus altus m. 1.49: servatur in domo quadam privata iuxta ecclesiam Iriensem.

media luna

D · M · S
SECVN
DIANVS
SECVND
AN · LVIII
H·S·S·FLA
CENIVS
SECVND
IA... F

Fita et Guerra *viaje á Santiago* (1980) p. 30 acceptam ab Antonio Lopez Ferreiro; qui suppleverunt.

5633 *San Vicente de Berris, feligresia del ayuntamiento de la Estrada, partido de Tabeiros, provincia de Pontevedra; en el museo arqueologico de Santiago*, cippus altus m. 1.5, latus 0.45.

D M S
VRBANI
MA AN
NORVM
XXV

Iosephus Villaamil y Castro *memoria descriptiva del museo arqueológico de Santiago* (Santiago 1997 9.) p. 79 (inde *boletin de la Acad.* X 1897 p. 416), quem libellum non vidi.

5634 *Brandomil, en la casa parroquial y en su cocina.*

lortibus ei-
ALISVS
DSNTON
IVS · VERA
CVNDVS
V · S · L · A

Fita *boletin de la Acad. de la hist.* VI 1885 p. 432 cui misit Antonius Lopez Ferreiro. Fita supplevit.

5635 *En Caldas de Reyes.*

CAV
TI
NTO
.....

Murguia *hist. de Galicia* II p. 994 qui non dicit unde habeat.

Videntur latere *Cauto Pati* nomina dei Mithrae nota.

5646 *Caldas de Reyes, en la iglesia de S. Marin, convertida, hácia el siglo XIV, en mensula que figura un leon.*

∪
D · M · S
PLACID
AN · L

Guerra *nuevos descubrimientos* (Matriti 1979) p. 7 acceptam a Raimundo Barros Sivelo; Fita et Guerra *viaje á Santiago* (1880) p. 144.

5637 *San Andrés de César, entre Caldas y Cuntis*, cippus altus m. 0.7, latus m. 0.65.

PLACIDIO
SEMSCAS · F
NVMEN · AMICVS

Guerra *nuevos descubrimientos* (1879) p. 7 acceptam a Raimundo Barros Sivelo; Fita et Guerra *viaje á Santiago* (1999) p. 144.

5638 *Puerto del Son, ria de Noya*, ara rep. a. 1999, qui est sinus Oceani ab Iria versus occidentem situs.

DIANE
VENAT
RICI · AR
PO · VR
ST · FAVS
TNVS
SX · PR
VICTOR
S · PRO · S
A · SVA

Iosephus Villaamil y Castro misit m. Iulio a. 1889 ab amicis acceptam.

Lege: *Diane venatrici Arpo Ure*[*i*] *f*(*ilius*) *Faustanus ex pr*(*aecepta*) *Victor*[*i*]*s pro sal*(*ute*) *sua*.

III. CASTRVM S. CHRISTOPHORI p. 355. 707.

n. 2551—2557.

Cum anno 1891 Gallaeciam denuo adirem, ubicunque potui, Legione, in Luco Augusti, in *Coruña*, in *Santiago*, de loco illo quaerere non desii virosque cognoscere studui, qui de eo certiorem me facerent. Nemo vero de antiquitatibus in eo loco servatis quidquam indicare potuit. Secundum Francisci Coello mappam geographicam locus situs est in provincia *de Lugo, partido judicial S*ᵃ *M*ᵃ *de Chantada*, prope viam publicam de *Lugo á Chantada*, inter *Mesonfrio* et *Bembibre*. Ibi indicantur (*SOE de Mesonfrio*) mons aliquis *de San Cristóbal* et *Castro* (*OE del valle del Miño*). Extat ibi in vicinia etiam locus aliquis *San Cristóbal de Ilha* dictus, sed diversus ille a *Castro de S. C.* Ab ipso loco adeundo propterea tantum destiti, quod tempus impensaeque in itinere consumenda non visa sunt cum aliquo eventus spe convenire. Itaque invitus exploranda haec reliqui eis qui post me venient, neque neglexi amicis Matritensibus commendare, ut praesoliis propositis monumenta illa investiganda curarent.

IV. *LA CORUÑA*. Accedunt *Villa de Santa Eulalia de Logrosa* et *Vilachán, feligresia de Negreira* p. 357. 707. XLV.

n. 2958. 2559 (v. infra n. 5939). 2569. 2591.

2592 Murguia *hist. de Galicia* II p. 578 acceptam a Ianuario Mariñas y Quiroga, qui v. 2 SEILIENSIS legit.

2593—2569. 2567 Barros Sivelo *Galicia* p. 119 interpolatam. 2568. 2599.

Inter huius capitis inscriptiones primarium locum obtinet phari titulus (n. 2559), de quo quae ex iterata inspectione pronuntiari posse visa sunt infra composui. Novi ex urbe *Coruña* ipsa nihil prodiit. Sed in vicinis locis quibusdam tituli aliquot (n. 5940—9943) exigui momenti reperti sunt, quos cum academia historica Matritensi (v. Oliveri *noticia de las actas de la R. Acad. de la hist.* a. 1879 p. 58) et cum Fita et Guerra communicavit Antonius Lopez Ferreiro (v. cap. II). Ego nullos eorum videre potui, quamquam operam dedi ut de antiquitatibus regionis illius certior fierem, cum locum denuo adirem a. 1981. Raimundus Barros Sivelo academiae Matritensi tres titulos sepulcrales misit a se descriptos, *descubiertos extra muros de la Coruña, terreno de D. Eduardo Santos* (v. Rossell *noticia de las actas* cet. a. 1876 p. 16), unumque ex *Caldas de Cuntis* (v. Olivar *noticia de las actas* cet. a. 1879 p. 56); eos frustra Matriti in bibliotheca academiae mea causa quaesivit praepositus eius. Quod commemoro, ut postea aliquando investigentur successu meliore. Unum tantum titulum ex hac regione Barros Sivelo edidit in libro suo de antiquitatibus Gallaecis, sed ita interpolatum, ut necessario relegandus fuerit inter suspectos. Unum praeterea exhibet huius capitis titulum (n. 2567) pessime interpolatum.

5639 ad u. 2889 (Eph. I p. 183). Cuius oppidi Lusitani nomen versu tituli huius quinto legendum sit, cum inde a saeculo XVI (cf. p. XLV) ante me nemini, ut putabam, contigisset certo definire, facile me quoque concederem erravisse meliora edoctus. Examinavit titulum rupi incisum prope turrim Herculis, quae vocatur, nuper Eduardus Saavedra nomenque legit, ut legerat inter tot testes oculatos unus hoc saeculo Rada Matritensis omnium nuperrimus,

AFLVNIENSIS

Nomen hoc aliunde notum non esse nec satis commendari forma sua non satis est ad lectionem refellendam. Sed misit Saavedra ectypa chartacea eius vocabuli quinque, in quibus omnibus quamquam in facie chartae AFLVNIENSIS illud legi posse facile concedo, tamen in aversa clare mihi videor distinguere idem quod olim in lapide legi AEMINIENSIS.

Scilicet distinguo I litterae ante N positae hastam rectam, quae nullo modo V litterae hasta altera fuisse potest, nisi perversae; distinguo M litterae, quae antecedit, partem alteram, cum priorem paene oblitteratam esse tot saeculorum imbribus easque tantum hastam ibi rectam apparere et in lapide viderim et in ectypo, in quo adeo anguli superioris, quem hastae M litterae priores duae formant, vestigia deprehendo; L vero litterae quam volaerunt itemque V illius perversae lineas inferiores fortuitas esse contendo. Spatium autem M litterae conveniens L et V duabus recipiendis nimis latum est pro huius versus scriptura alta et tenui. Secundum denique totius vocabuli elementum tam F quam E esse posse reliqua eiusdem litterae in hoc titulo exempla demonstrant. Itaque quam ex lapidis curiosa et repetita inspectione olim erui lectionem ectypum mihi videtur plane comprobare.

Sed ne solus iudicarem, Mommsenum et Bormannum viros rei epigraphicae admodum peritos consului. Hi primo aspectu recte legisse Saavedram iudicaverunt; re vero accuratius ponderata concesserunt, Mommsenus V litterae saltem formam tam singularem evadere et L litterae lineam inferiorem nimis alte positam esse, Bormannus praeterea, I ante N certam esse spatiumque M litterae magis convenire quam L et V, remanere autem scrupulum in priore parte M litterae.

Postremo hoc addo, Afluniem Afluniumve inaudita esse nomina, ut dixi, Aeminium vero notum esse Lusitaniae municipium (cf. supra p. 815 n. 5238). Unde confido homines in titulis legendis exercitatos, qui postea saxum inspicient, meam lectionem esse confirmaturos.

Quae praecedunt scripseram a. 1871 (Eph. I p. 183); a. vero 1881 pharum denuo adii, ut versum sextum tituli denuo examinarem. Tum AEMINIENSIS re vera in lapide esse neque legi posse AFLVNIENSIS in re praesenti vidi atque e mensuris litterarum perspexi. V. 7 in. LV litterae (in LVSITANVS) moduli eiusdem atque v. 6 litterae spatium implent latum m. 0.070, M vero vocabuli AEMINIENSIS late est infra m. 0.180. Praeterea EMI litterae mihi visae sunt ex parte refectae esse, ita ut AFLV litteris similiores evaderent; sed tamen FL operta ac M factae apparuerunt, ita ut M, quae subest, clare perspiciatur. Denique AE, non AF, in lapide esse, extra omnem dubitationem positum est. Itaque maiore etiam confidentia quam antea affirmo AEMINIENSIS in lapide esse.

Exemplum Francisci Masdeu bis protulit Murguia *hist. de Galicia* I p. 537 II p. 583.

5640 *Villa de Santa Eulalia de Logrosa, distrito de Negreira, prov. de la Coruña,* prope ecclesiam ad murum praedii alicuius.

I · O · M
A · P · S · F
v. S · M

Guerra *nuevos descubrimientos* (Matriti 1879) p. 8, cui misit Antonius Lopez Ferreiro; Fita et Guerra *viaje á Santiago* p. 144.

5641 *Villa de Santa Eulalia de Logrosa,* in atrio ecclesiae.

IOVI
OPMA

Guerra *nuevos descubrimientos* (1879) p. 9, cui misit Antonius Lopez Ferreiro; Fita et Guerra *viaje á Santiago* p. 144.

5642 *Villa de Santa Eulalia de Logrosa,* in atrio ecclesiae.

D · M · P
AVGGL
AVRGL
IANVG
5 ANN
OGVM
XXXVI

Guerra *nuevos descubrimientos* (1879) p. 8, cui misit Antonius Lopez Ferreiro; Fita et Guerra *viaje á Santiago* p. 144.

5643 *Vilachán, feligresia de Negreira,* litteris paene evanidis.

. . . . AS
. . . . SA
. . . . . . .NO
. . . . M
5 . . . .

Guerra *nuevos descubrimientos* (1879) p. 9, cui misit Antonius Lopez Ferreiro; Fita et Guerra *viaje á Santiago* p. 144.

V. LVCVS AVGVSTI. Accedunt Gallaeciae loci varii p. 359. 707.

n. 2570. 2571 Contuli a. 1881, extat ibi ad portam *de Santiago*. 2572.

2573 Extat *en el torreón rectangular que mira al viaducto de la Charca y hace frente á una huerta situada entre las casas* n. *30 y 32 de la Ronda, por la parte interior, en el pretil del paseo;* Villaamil *bol. de la Acad.* XII 1888 p. 97. Frustra quaesivi a. 1881.

2574—2580.

2581 Exemplum pessimum Guerrae ab amicis missum omitto.

2582 (v. p. 707).

2583 Rada *Museo español de antigüedades* V 1877 p. 174.

2584. 2585 Frustra investigavi a. 1881. 2586.

2587 Contuli a. 1881; extat *en el torreón rectangular frente á la capilla del Carmen.*

2588. 2589 Contuli a. 1881; v. 4 mihi visus est haec habere PVSIVCIV(?), ut de nomine dubitarem.

2590. 2591 et 2592 Contuli a. 1881. 2593—2596.

Locum frustra denuo adii a. 1881; nam qui solus rebus antiquis investigandis ibi operam impendere solet Iosephus Villaamil y Castro Matritensis tum aberat. Is enim, postquam bibliographiam Gallaeciae provinciae composuit (*ensayo de un catálogo sistemático y crítico de algunos libros* cet. *que tratan . . . de Galicia*, Matriti 1875 2.) antiquitates partis eius septentrionalis descripsit accurate (*pobladores, ciudades, monumentos y caminos antiguos del norte de la prov. de Lugo* in *boletín de la Soc. geogr. de Madrid* V 1878 p. 21 ss.). Supersunt enim ibi oppida vetusta, Citaniae similia, specus aliaque vitae antiquae testimonia non pauca; tituli vero inscripti aetatis Romanae adhuc nulli reperti sunt; quod vix casui soli tribuendum videtur. De partibus Gallaeciae provinciae meridionalibus egit B. Fernandez Alonso in ephemeride *revista de Galicia* (m. Iunio et Iulio a. 1880); sed inde quoque nondum prodierunt monumenta aetatis Romanae.

Vix inter titulorum inscriptorum auctores videtur memorandus esse Emmanuel Murguia, cuius liber *historia de Galicia* me fugerat cum syllogen meam ederem, quamquam duo volumina priora, quae sola ei licuit perficere, edita sunt iam annis a. 1865 et 1867 (vol. I pp. XXVI 661 tab. 12, II pp. 626 tab. 3). Etenim in libro illo, qui inter meliores eius generis numerari solet ab Hispanis non sine ratione, protulit scriptor titulos non paucos intra Gallaeciae fines et in Luco oppido potissimum repertos, sed casu magis quam consulto congestos et auctores plerumque secutus antiquiores a me plenius adhibitos. Quos e schedis desumpsit mihi ignotis paucos (ut n. 5621. 5636) aut ab amicis accepit (n. 2229—5231), repetivi; sed exempla eius fidem non merentur. Inter Lucenses ab eo prolatos nulli sunt, quos non aut ipse viderim aut aliunde noverim melius descriptos. Per Iosephum Villaamil accesserunt tituli pauci in ipso Luco oppido reperti (n. 5214. 5645. 5617. 5612), unum (n. 2248) accepi ab Aureliano Guerra; ex iam notorum numero paucos item denuo conferre potui.

Galeriam tribum fuisse Lucensium e titulis Africanis (CIL VIII 3226. 3222) et Gallico (Henzen 5225), quos olim attuli, probavit etiam Kubitschek (de orig. trib. Rom. p. 176).

5644 *Lugo*, rep. a. 1867 *en las inmediaciones del torreón de la muralla junto á la puerto de Santiago*; servatur apud socios *de la comisión de monumentos*, columna alta m. 1.22, lata 0.33; litteris bonis, altis m. 0.26.

IOVI
OP · MA
X · FLA ·
FLAVVS
5 X · VO
TO

Descripsi ex ectypo quamvis evanido, quod Fita misit. Fita *boletín de la Acad.* XII 1888 p. 95. 351 missam a Iosepho Villaamil y Castro, qui comparavit Flavium Flavum Conimbrigensem titulorum n. 322. 372.

5645 (= Eph. II n. 322). Ad Lucum Augusti e moenibus oppidi evulsa a. 1872; frustra quaesivi a. 1881. Dicitur collocata esse *en la muralla por la parte exterior á mano derecho saliendo por la puerto frontera al atrio de la Catedral*; cippus altus m. 0.58, latus 0.38.

D M S
AEMILIAE
HOMVLLINAE
ANN · XXX · VAL
5 FANESTER ·
CONIVG KA
RISSIMAE

Descripsi ex ectypo misso a Iosepho Villaamil; edidi in Eph. l. s. s. ex exemplo ab amicis Guerrae a. 1871 misso; Fita *boletín de la Acad.* XII 1888 p. 68. 351 missam a Iosepho Villaamil y Castro.

V. 4. 5 VAL|ERIVS FR Villaamil.

5646 (= Eph. II n. 320). Ad Lucum Augusti Gallaeciae in moenium oppidi ruderibus rep. a. 1272. Frustra quaesivi a. 1881.

BATAESI
NA · RVFI
F · SEVERA
CAMP · ANO
5 XXII · H · S · E

Edidi ex exemplo, quod amici Guerrae miserunt.

V. 1 E Bataesinae nomine fortasse emendandum *Balesini* gentis nomen, quod in titulo Aquiflaviensi n. 2471 dederunt descriptores. V. 4 A campia loci non pauci dicti sunt; in Hispania habemus locum Campaniensem prope *Mancha Real* n. 3354.

5647 *Lugo*, servata una cum n. 5644; cippus altus m. 0.73, latus 2.30.

D · M · S
PVB · LI · A
FLORNA
AN · VIII
5 H · S · E

Guerra misit a. 1871 ab amicis descriptam; Fita *boletín de la Acad.* XII 1888 p. 27. 351 missam a Iosepho Villaamil y Castro.

V. 2 PVBLIA simpliciter Villaamil; fortasse scribendum PVBLILIA, collato n. 5248.

V. 3 FIORNA Guerrae amici.

5648 *Lugo*, servata una cum n. 5644, fragmentum cippi altum m. 0.19, latum m. 2.30.

SEVERA
F · PVBLIVS
FLORVS · VXORI

Descripsi ex ectypo misso a Iosepho Villaamil: Guerra misit a. 1871 ab amicis descriptam; Fita *boletín de la Acad.* XII 1888 p. 97. 351 missam a Iosepho Villaamil y Castro.

V. 2 E · PVBLIVS Villaamil.

VI. LOCI GALLAECIAE INCERTI p. 361.

n. 2597—2603. 2604 Vigil *Asturias* p. 451 Nº 1 frustra quaesivit a. 1868. 2205.

CONVENTVS ASTVRVM.

I. ASTVRES AVGVSTANI p. 362. 707. XLV.

n. 2606—2609 (v. infra cap. Iª).

2610 Tribum Calubrigensium Gigurrorum non Pomptinam fuisse, sed Quirinam, ut vicinae, putat Kubitschek de orig. trib. Rom. p. 164; Pomptinam huic militi concessam putat a Galba, cum eam Sulpiciae gentis fuisse coniecerit, ut aliis militibus (cf. n. 2652 VI 2028 VIII 3246). Sed haec admodum incerta sunt.

2611—2612.

2613 *Villa del Pino, en el pavimento de la ermita de S. Esteban junto al Duero, por bajo de lo que llaman Arribas*; e schedis Basilii Fernandez Grande Fita *bol. de la Acad.* VI 1885 p. 77 ss. ut dedi, praeterquam quod v. 2 est RI·F AN L e, paullo rectius.

2614 Fita l. s. c. ex schedis eisdem.

2615 Fita l. s. s. ex schedis eisdem, v. 3 AN L.

2616 Fita l. s. s. ex schedis eisdem.

2617—2627 Gernacho *antigüedades de Zamora* p. 60 s.

2628 (v. p. 707 et infra n. 5648). 2629. 2630 (v. p. 707). 2631. 2632 (v. p. 707).

Schedarum Basilii Fernandez Grande, canonici Zamorensis, scriptarum a. 1786, apographum a Caesario Fernandez Duro datum academia Matritensis servat (vide Caesarii F. Duro et Fidelis Fitae de eis relationem *bol. de la Acad.* VI 1885 p. 77 ss.), quod excussi a. 1886; sed exempla titulorum n. 2613—2616 ab Emmanuele Arias olim missa Francisco Mandeu multo meliora sunt.

In *Moral* vico Thomas Maria Gernacho titulos exscripsit viginti septem; eorum undecim scriptor olim Guerrae miserat (n. 2617—2627), quinque (n. 2617. 2620. 2621. 2624. 2626) postea edidit in libello *breve noticia de algunas antigüedades de la ciudad y provincia de Zamora* (*Zamorae* 1878, 226 pp. 8. cum praefatione Caesarii Fernandez Duro), quem librum contuli.

De Zamora urbe fuse egit idem Caesarius Fernandez Duro *memorias historicas de la ciudad de Zamora, su provincia y obispado* 4 voll. Matriti 1882—83 8., titulos autem in volumine primo profert paucos tantum aliunde iam notos, desumptos illos ex libris impressis.

5649 ad n. 2628 (= Eph. II p. 242). Titulum Zamorensem nuper Saavedra denuo examinavit misitque ectypum, in quo dei nomen ita apparet:

DEO MENI
VIACO

Tertium elementum N esse, contra veterum descriptorum fidem, certum est; sed versus primus, evanidus fortasse antiquitus, refictus est aperte a manu imperita, fortasse saeculi XVI exeuntis. Unde N illa speciem fere habet duarum litterarum LV vel similium, sed malarum. Tum sequuntur hastae duae, quarum prior tam T potest fuisse quam I, altera quaecunque fere e tali hasta incipit littera; nam ipsa in fine ibi effractus est. Itaque etiam post elementa illa duo incerta secuta esse possunt unum alterumve non amplius. De dei igitur nomine certa ratione restituendo utique desperandum; potest fuisse *Mentiviacus*. Reliqua certa sunt; litterarum forma saeculum primum arguit.

5650 (= Eph. III n. 26). Prope Zamoram rep. *en el sitio que llaman Alqueria de Val Mimbre, á una legua de San Zóles.*

ASTVRIAE
CAPITONIS
F · MATERNAE
L · LVCRETIVS
OV . . . . . .
N . . . .
. . . .

Fita *museo español de antigüedades* IV 1875 p. 620, cui descripsit Franciscus Butiña.

Asturiae nomen gentile admodum singulare est.

Iª. ZOELAE (?) (*Castro d'Avellãs*). Accedit *Miranda do Douro* p. 362. 706.

n. 2606 Nuper demum interiit, adhibita ad sepulcrum hominis alicuius *Assis* dicti, ut adnotat Figueiredo *revista archeologica* I 1887 p. 86.

2607 (v. infra n. 5651).

2608. 2609.

In loco quodam dicto *as Terras de S. Sebastião*, in colli sito ab occidente a vico *Castro de Avellãs* (Hispanis *de Avellanas*), societas Martins Sarmento, de qua dixi in praefatione ad cap. II, effossiones instituit a. 1886. Brigantii situm ibi quaerendum esse fuerunt qui sibi persuaderent, atque de loci nomine vetusto certe nondum constat. Etenim propter titulos n. 2606. 5661 (= 2607) dudum notos, qui in coenobio quodam vici *Castro de Avellãs* servabantur, cum Sampaio et Viterbo scriptoribus Portugallensibus ego olim Zoelarum ibi civitatem locum habuisse conieci. Sed tituli illi duo votivi, quibus accessit tertius sepulcralis (n. 5662), num provenerint e terris S. Sebastiani minime constat. Medio fere itinere locus ille inter Brigantiam, a qua distat chiliometra quinque, et Castrum Abellanarum situs est. Praeter lapides quadratos aliquot magnos qui supersunt ex opere aliquo tectonico, de cuius aetate Figueiredo certi quidquam statui posse negat, utrum templum fuisse putandum sit aetatis Romanae (quae est opinio Henrici Pinheiro aliorumque virorum eius regionis doctorum) an aedicula christiana, reperti sunt ibi tituli sepulcrales (n. 5653—5656), servati nunc in museo Vimaranensi. Rettulit breviter de effossionibus illis missus ab eo, qui tum concilio ministrorum regis Portugalliae praesidebat, Antonius C. Borges de Figueiredo (*revista archeologica* I 1887 p. 88 ss.). Post eum denuo fusius de effossionibus scripsit is, qui curam earum egerat iussu Francisci Sarmento, Iosephus Henricus Pinheiro (*revista de Guimarães* V

1888 p. 71 ss.). Idem etiam loca vicina exploravit iussu societatis Sarmento, velut *Sacoias*, cuius titulos supra edidi cum Bragantianis (n. 5616. 5620); in ipsa Bragantia urbe reliquias exiguas oppidi vetusti observavit (ibid. p. 85 ss.). Exempla titulorum accurate excepta per litteras mecum communicavit Franciscus Martins Sarmento, qui eos edidit in *revista de Guimaraens* IV 1887 p. 187 s. Itaque fieri quidem potest, ut aut in ipso Castri Abellanarum situ aut alio quodam vicino Zoelarum oppidum fuerit, de terra vero S. Sebastiani nihil definire audeo. Tamen titulos utriusque loci nondum seiungere licet. Ceterum etiam miliarii aliquot Romani ibi reperti sunt infra edendi, Augusti alter ut videtur, alter fortasse Caracallae. *Sacoias* vicus est pauperrimus, in cuius situ oppidum vetustum fuisse probabile non est.

Leugis circiter octo abest a *Castro de Avellãs* vicus *Duas-Egrejas* dictus, *concelho de Miranda do Douro;* inde prodierunt tituli sepulcrales quinque (n. 5657—5661) gentis unius, qui debentur Iosepho Leite de Vasconcellos bibliothecario Olisiponensi.

5651 ad 1887. *Trasportada d'uma parede velha do antigo mosteiro de Castro de Avellãs para a parede de uma casa*, cippus altus m. 0.34, latus 0.278; litterae altae sunt m. 0.05 atque videntur esse saeculi primi. Servatur in museo Vimaranensi.

palma
palma *palma*
DEO AER
NO M
ACILI

Descripsi ex ectypo, quod misit Figueiredo. Idem edidit *revista archeologica* I 1887 p. 61; Sarmento misit a. 1887 et ed. *rev. Lusitana* I 1887 p. 327; denuo edidit Pinheiro *rev. de Guimaraens* V 1888 p. 78. Habent etiam schedae Moreirae vol. II f. 458 et vol. IV f. 634 una cum n. 2606; a. 1880 mihi misit Alfredus d'Andrade pictor Genuas origine Portugallensis depictam accurate.

Iam apparet omnino cogitari non posse de *deo aeterno*, cum tituli duo in *Aerno* lectione consentiant. Deus peregrinus ille *Aernus* ad tot alios eiusdem generis novus accedit. V. 3 in. spatium duarum minimum litterarum esse adnotat Sarmento.

5652 *Castro de Avellãs, no recinto em que se fazem os enterramentos* (*derrière l'abside de l'ancien couvent de S. Salvador* AND.); lapis marmoreus altus m. 1.45, latus 0.41, litteris altis m. 0.05, non bonis, saeculi fere secundi.

palma *palma*
palma
D M
PROCVLEIO
GRACILI
ANNORVM LV
S T T L

Descripsi ex ectypo, quod a. 1880 misit Andrade; Figueiredo *revista archeologica* I 1887 p. 91; Pinheiro *rev. de Guimaraens* V 1888 p. 72.

5653 *Terras de S. Sebastião*, fragmentum arae, altum m. 0.35, latum 0.28; litteris altis m. 0.040 ad 0.025, saeculi fere secundi. Servabat Pinheiro, nunc est in museo Vimaranensi.

....
NLECIO
CORNELI

Figueiredo *revista arch.* I 1887 p. 90 qui etiam ectypum misit; Sarmento *revista de Guimaraens* IV 1887 p. 188 et in litteris; Pinheiro ib. V 1888 p. 78.

MAECIO | CORNELIO Fig., LVCRECIO | CORNELI Sarm. *rev.*; dedi exemplum eius per litteras mecum communicatum, nam in ectypo v. 1 omnino non distinguitur, v. 2 CORNELI videtur extare. Addidit Sarmento se non intellegere v. 1, in altero fortasse legendum CORNEL. Nomen defuncti videtur ab A incipere.

5654 *Terras de S. Sebastião*, prope *Castro de Avellãs*, rep. in effossionibus a. 1888 institutis; cippus altus m. 0.70, latus 0.33; servatur in museo Vimaranensi.

BLOEN
AE · VIRO
N · ANN
LX

Figueiredo *revista arch.* I 1887 p. 88; Sarmento *revista de Guimaraens* IV 1887 p. 187 et in litteris; Pinheiro ibid. V 1888 p. 83.

V. 3 AE....O | AEANN Fig. VI litteras non satis claras esse, sed tamen certas adnotat Sarm., qui legit *Bloenae Vironi ann(orum) LX.*

5655 *Terras de S. Sebastião*, cippus litteris parvis; servatur in museo Vimaranensi; litteris altis 0.035.

V.. //ILO
CILI · F · A
N · XXV

Figueiredo *revista arch.* I 1887 p. 88; Sarmento *revista de Guimaraens* IV 1887 p. 188 et in litteris; Pinheiro ibid. V 1888 p. 83.

Figueiredo haec tantum legit ......MO | ..I//I... | ...XXV. Legendum (Vesi)o (nomen incertum) *Cili f(ilio) an(norum) XXV.*

5656 *Terras de S. Sebastião*, fragmentum arae; servatur in museo Vimaranensi.

ILIOSV

Sarmento in litteris ad me datis a. 1887.

5657—5661 *Duas-Egrejas, concelho de Miranda do Douro.*

5657
C · ANNIO
SILVANO ·
AN L · ANN
VS · RVFINVS
5 PATRI

5658
SILVIO · SILVANO
ANN · XXV
SILVIVS · CALVVS
FRATRI

5659
SILVIAE CALVI
NAE · N · XXVIII
ET·C·SILVIO NNI
SILVIVS CALVINVS
5 FILIAE ET NEPOTI ·

5660
SILVANO
APILICI·F
....

5661
.....RIO?
.....ONI?
ann XXV
....

I. Leite de Vasconcellos *revista Lusitana* I 1887 n. 1. 5 (inde Figueiredo *revista archeologica e historica* I 1887 p. 159 f.) qui vidit et descripsit cum cura, sed ectypa sumere omisit.

5658 V. 3 NNI, quod in lapide esse testatur, *ann(i)* unius interpretatur editor; puto latere *Ann(iano)* cognomen.

II. ASTVRICA AVGVSTA p. 365. 707. XLV.

n. 2622 Tesseram musei nunc Berolinensis in museo Bailorii vidit m. Martio a. 1666 Mabillon it. Ital. ed. I a. 1687 p. 164. 2624. 2625.

2628 Contuli a. 1881. Rada museo español de antigüedades V 1876 p. 179. Inter vv. 6 et 7 versus unus videtur olim in lapide luisse. Lateris titulum sic legit Castrillon: CVRANTE·IVLIO N|....POLL; non recte. Quae dedi in lapide vidi.

2637. 2626 Contuli a. 1661.

2639 Lege *Q. Cumelius Q.* [*f.*] *Fab.*, aut *Q. f. A*[*r*(*niensi*)], *Celer Bric.*, sane de Brigaeci vel Brigantii tribu nihil definiri potest; cf. Kubitschek de orig. trib. Rom. p. 167; neque vero de Brixia vel Brixello patria Italica cogitaverim, quorum nomina non solent ita previari; quamquam oppida illa in Arniensi censebantur. Sed credo legionarium origine peregrinum, ut nomen gentile docet, viritim civitatem et tribum accepisse. Patriae nomen, si recte traditum est, restitui nequit. V. 2 extr. BRAC legerat Saavedra, non recte.

2610—2659 a Contuli a. 1661 n. 2640. 2642. 2042. 2045. 2646. 2648. 2652. 2665—2650; reliquos frustra quaesivi.

6672 (p. 707).

5673 Est iam in museo academiae historicae Matritensis, ubi contuli a. 1666 et ectypum sumpsi, sed frustra vv. 2. 0 legere conatus sum.

0674. 0670 (p. 707) Habet etiam Iosephus Ledo del Pozo *historia de Benavente* (Zamorae 1662 8.) p. 01. 22.

5076 (v. infra n. 0682).

5077 Contuli a. 1661. Litterae sunt optimae saec. I, altae v. 1 m. 0.16. Infra sunt pilae duae.

0076 Contuli a. 1601; supra est rosa.

0679. 5060 Contuli a. 1681.

5081 Contuli a. 1661; v. 1 ita legi ~ᴇᴍᴇ·. 0062 (p. 706). 0124 (p. XLV).

Asturicam cum denuo adirem a. 1681, eorum quos olim ibi videram titulorum maiorem partem (n. 6662—0068) adinveni et contuli; nihil tamen novi inde accessit neque editis neque ineditorum, titulo uno (n. 5607) excepto non satis certae lectionis. Pauci praeterea aliunde addendi erant (n. 5666—0072).

Quirinam tribum luisse Asturicensium deduxi ex titulis n. 2627. 0124; Aniensem Memmii Barbari n. 2636 rettuli ad virum originis externae. Pomptinam vero *L. Flavii L. f. Pom*(*ptina*) *Cassiani Asturica*, militis cohortis VII praetoriae, quem memorat titulus urbanus VI 2526, Kubitschek (de trib. Rom. orig. p. 164 s.) non ad patriam referendam censet, sed ad civitatem a Galba viritim militi illi concessam; Pomptinam enim gentis Sulpiciae tribum luisse coniecit.

Titulos Asturicenses a Fausto Lopez Villabrilla olim compositos in Petri Saban *noticia de las actas de la Acad. de la hist.* 1666 p. 64 ss., quam sero cognovi, accuratius indicare supersedi, nam novi nihil inde didici. Idem valet ad libellum Matthiae Rodriguez y Diaz *historia de ... Astorga* cet. (Asturicae 1673, VI 336 et VI pp. 6.). Aliquot inscriptiones Asturicenses delineavit Ozaëta in sylloge, de qua dicetur infra ad titulos Legionenses.

Addidi huic capiti titulos tres repertos in Asturiae locis tribus, etsi satis procul ab Asturica distant occidentem versus, *Ponferrada* (n. 5669), *Villapalos* (n. 0070. 0671), *Cacabelos* (n. 0672), qui tamen apte aliorum contribui non possunt. Quartus (n. 5672) loci incerti quidem est, sed tamen cum aliqua probabilitate hic collocatur.

Acacii Cáceres y Prat librum *el Vierzo, su descripcion y historia, tradiciones y leyendas* (Matriti a. 1863 8.; cf. *boletin de la Acad.* V 1884 p. 120) contuli; titulos non exhibet, sed accurate describit locum oppidi deserti (*despoblado*) prope *Villafranca* situm, in quo Bergidum Flavium fuisse credunt accolae non sine aliqua probabilitate.

5662 ad 6676. Prope Asturicam rep.; servatur ibi *en el paseo*.

rosa

C · PELGVS · L
F · SCAPTIA ·
C A M A L V S
V A L R R E V E X
5 VI·AN·LVI·H·S·E·
C · PELGVS · PRI
MVS · LIB · EX
T E S T A M E N̄ O

Descripsi a. 1881 ut potui, nam admodum evanida est.

V. 2 nihil inest praeter Scaptiae nomen, quod clare legitur (errat igitur Kubitschek de trib. Rom. orig. p. 104). V. 3 Camalus cognomen dispicere mihi visus sum. V. 4 dedi ut legit Saavedra, nam ipse nihil eius distinguere potui. V. 5 in. VI·AN e. q. s. nihil amplius legitur. Reliqua perspicua sunt.

Itaque de patria militis, cuius nomen gentile barbarum ad ipsam Hispaniam ducit, incerti manemus. Valeria Tarraconensis oppidum videtur Galeriae tribui adscriptum fuisse; cf. n. 0124.

5663 (= Eph. III n. 148). Asturicae rep. a. 1660.

CARAEDVDI
FRONTO · RE
BVRRI · F ·
V · S · L · M ·

A. Guerra *revista historica* a. 1870 m. Sept. (n. XXIX) p. 260, ex schedula scripta saeculo XVII a Ioh. Lozano canonico.

Numen peregrinum adhuc ignotum *Caraedudis*.

5664 Asturicae olim in domo Francisci Otero Vázquez, cuius dono nunc est in museo Legionensi. Arula marmorea alta m. 0.07, lata 0.34, crassa 0.26.

FORTVNAE
SACRVM

Ioh. L. Castrillón *boletin de la Acad.* XI 1867 p. 451.

5665 (= Eph. IV p. 17). Asturicae rep. est a. 1076 tabula lapidea alta m. 0.42, lata 6.20; ectypum gypseum Guerra servat Matriti. Aediculam fastigatam repraesentat; inter antas eius media interposita est manus humana aperta cum litteris; supra in fastigio duo praeterea versus scripti sunt. Vidi Legione in museo S. Marci; litterae perquam obscurae.

a in fastigio ЄΥΖЄΥС
СЄРАПІС

b in manu ΙΑѠ
Ρ

Contuli a. 1661. Fita *Academia* II 1677 p. 360, X 1667 p. 242, XIV 1662 p. 666.

Legendum fortasse .. Ζεὺς | Σέραπις | Ἰαὼ p(*ater*?). Quid initio lateat ignoro. Fita ita interpretatur: εἷς Ζεὺς | Σέραπις | Ἥλιος (sive ἥλιος), qui observat Asturicae Priscillianistas sedem habuisse primariam. Idem contulit titulum nuper in Aegypto repertum, quem edidit W. Webster *Academy* 1669 n. 060 p. 012 [ε]ἷς Ζεὺς Σέραπις καὶ Ἥλ, [ε]ἷς Ἑρμάνουβις. Serapidis nomen videtur certum esse, reliqua non satis certa sunt. Similiter fere ut ego legi litterae exhibentur in Ozaëtae delineationibus musei archaeologici Legionensis.

5666 (= Eph. III n. 86). Asturicae (nam quod Legione provenisse olim dicebatur, videtur falsum esse); servatur Legione in museo archaeologico S. Marci; tabula marmorea alta m. 0.82, lata 0.48.

DE VAC
sic O CABV
RIO

In postica tabulae ex titulo antiquiore, ut mihi quidem videbatur, haec supersunt:

. . . .
. . . .
. . . . . . ENI
. . . . . . LIT
. . . .

Contuli a. 1881 anticam, nam postica latebat; Fita *museo español de antigüedades* IV 1876 p. 823 cui misit amicus quidam.

Lege: *deo* | *Vaccaburio*; nam v. 2 O littera ad *deo* vocabulum pertinet.

5667 Asturicae, *en el paseo publico*; cippus rudis, cuius superficies paene exesa est, litteris admodum evanidis.

FVSCA · CO
EL . . I . . CELTI
CILIBERTA
. . . NIOBR
5 LA . . DESER
IIIA . . DI · F
SOROR · SVA
POSVIT

Descripsi ut potui a. 1881, ectypum sumere frustra quaesivi. Legendum fere

Fusca Co[el(i)] f(ilia) Celti[ca] [lib]erta | I..... ...|..... Co[[e]lia ...di f(ilia) | soror sua [p(ecunia)] | posuit.

V. 4 patronus et patria defunctae et vv. 5. 6 nomina sororis certo restitui nequeunt. V. 8 in. quamquam nihil dispexi, tamen aut hic aut v. 7 extr. puto excidisse P.

5668 Asturicae, *en el paseo*, pars cippi, litteris optimis.

N
IVL · SI
IVL · FLO

Descripsi a. 1881.

5669 *Ponferrada, encontrada en las inmediaciones* per Emmanuelem Belta; servatur Legione in museo, ara alta m. 0.80, lata m. 0.31.

L · POMP
EIVS · PA
TERNV
MAMDIC
5 AE · V · M
S

Boletin de la Acad. II 1882/3 p. 371 ex *revista de archivos, bibliotecas y museos* m. Maii a. 1883.

Mamdica dea ignota.

5670 (= Eph. I n. 284 cf. II p. 242). Olim in *Villapalos*, qui vicus est Gallaeciae antiquae, hodie vero pertinet ad regnum Legionense, ad confluentes *Cua* et *Sil* fluvios, in atrio ecclesiae, iam Legione in museo; arula alta m. 0.88, lata 0.23; litteris saeculi fere secundi.

DEO · BO
DO · VEIC
IVS · VO
TV · S · L · M

Descripsi a. 1881; antea ectypum miserat Saavedra: Fita *museo español de antigüedades* IV 1876 p. 631.

Deo Bodo Veicius votu s(olvit) l(ibens) m(erito).

Nec dei nec hominis nomina adhuc innotuerunt; cf., quae non certe tradita sunt, *Vecius* n. 2584 et *Vectus* n. 2266, qui tituli ad eandem regionem pertinent.

5671 *En el pueblo de Carracedelo, cerca de Villapalos, en una ventana de la iglesia.*

M
IA · FLA
A · FLA
LI · F ·
· F ·
I

Saavedra misit a. 1872.

5672 In *Cacabelos del Vierzo* reperta esse dicitur ara deae alicuius dictae

DEGANTE

Boletin de la Acad. II 1872/3 p. 371 memoratur secundum *revista de archivos, bibliotecas y museos* año VIII 1883 n. 8, verba autem tituli ipsa non adscribuntur.

5673 *En el priorato de San Frutos* (fortasse *del Vierzo, prov. de Leon*).

FLAVO AN · L
ASPRO AN XXV

Masdeu IX 483, 8 = XIX 425, 1948 e (inde Colmenares *hist. de Segovia* 14, 7, 114).

III. LEGIO VII GEMINA p. 369. 708.

Accedit viciaia.

p. 2666 Contuli a. 1881; *a—d* iam sunt in museo S. Marci, *e* est in museo archaeologico Matritensi, ubi ectypa titulorum reliquorum servantur. Edidit denuo Rada *museo español de antigüedades* VI 1875 p. 818 ss. cum imaginibus lithographis. *e* V. 1 in lapide est APROSVM. Poetae carminum in memoria haeserunt versus Vergiliani ecl. 7, 29 *saetosi caput hoc apri tibi, Delia* e. q. s.

2661 Edidit Rada *museo español de antigüedades* VI 1875 p. 818.

2662 (v. infra n. 5676).

2663 Contuli a. 1881. 2664. 2665 (v. infra n. 5676). 2666. 2667 Tegulas v. infra inter instrumentum domesticum.

2886 Contuli a. 1881. Cippus altus m. 1.22, latus 0.42. V. 1 rosae tres interpositae sunt. V. 16 lege T T T [ea(rum) III]. V. 18 lege VAL.

2862—2674. 2873 Est Matriti in museo archaeologico, basis alta m. 1.28, lata 0.68. Contuli a. 1868. Edidit Rada *museo español de antigüedades* VI 1873 p. 818. Superne rosa est grandis.

2878 Contuli a. 1881. Cippus altus m. 1.62, latus 0.34.

2677 Contuli a. 1881. V. 4 ita TAVITALIS (*Tauvitalis*?) in lapide est; ut denuo appareat Castri exempla optima esse. Cf. n. 5582 *Tautius*; quae subsint ignoro, *Vitalis* videtur matris nomen esse. Cippus altus m. 0.28, latus 0.68.

n. 2678. 2679 Contuli a. 1881. 2680 Contuli a. 1881. Cippus altus m. 1.55, latus 0.66. Supra rosa magna.

2681 Contuli a. 1881. Cippus altus m. 0.28, latus 0.51. V. 1 vidi D · M, reliqua ut dedi. 2682.

2683 Contuli a. 1881. Cippus altus m. 0.53, latus 0.46.

2684 Contuli a. 1881. Cippus altus m. 0.86, latus 0.40. Supra rosa. V. 1. Sic omnino DOM S.

2685 Est nunc Matriti in museo archaeologico, cippus altus m. 1.24, latus 0.46. Contuli a. 1886; superne habet insculptas rosas tres cum torque lunata. Edidit Rada *museo español* VI 1875 p. 518.

2686 Contuli a. 1881. Cippus altus m. 0.54, latus 0.15. V. 5 ita visus est scriptus esse: MI''EAS. V. 7 XXV (non XXX). V. 8 S·S·T·T·LE.

2687 Contuli a. 1881. Cippus altus m. 0.73, latus 0.48. Supra rosa est, versus singuli lineis subducti sunt.

2688 Habent etiam Robortellus emend. l. II c. XIII f. 35' 'In Hispania' et Servius Iuveniles feriae p. 55 'Sagunti'. Quo pertineat ignoro.

2689. 5656 = 5057 Contuli a. 1881. 5661 Contuli a. 1881. V. 3 legi SENO. 5666 (v. infra n. 5675).

5662 Contuli a. 1881.

5664 (v. infra n. 5675) Contuli a. 1881, item ectypum gypseum, quod est in museo archaeologico Matritensi a. 1886. Ediderunt Rada *museo español* VI 1875 p. 518 et Fita *el Gerundense* p. 56. V. 2 extr. AMEV Saavedra ex lapide, in quo ego illud tantum vidi AME|. Collato altero exemplo huius tituli n. 5675 iam puto fontem nomen habuisse fortasse Amevi (*Ameeus*), legatum autem legionis septimae gentilicia duo gessisse; scilicet appellabatur fortasse *Cn. L(icinius) Terentius L. f. Homullus.*

5665 Contuli a. 1881; est cippus altus m. 1.34, latus 0.55. V. 1 legi ANNA·II·A, V. 7. 8 AE|ES fere ut Saavedra et Fita, quod interpretari nequeo. 5066.

5667 = 2660 Contuli a. 1881, est cippus altus m. 1.22, latus 0.44. V. 2 legi TER·FESTVS, ut Fita n. 2666. Legendum igitur *Ter(entius) Festus*. 5668 (v. infra n. 5666). 5666.

Legione post discessum demum meum c. a. 1865 condi coeptum est museum archaeologicum et epigraphicum, quod inde ab a. 1868 publice patet in curte collegii S. Marci extra muros siti. Inerant cum adirem a. 1881 tituli inscripti aetatis Romanae et christianae pl. m. LX; nuper illati sunt tredecim novi (teste Castrillone ad n. 5677), qui nondum eos edidit. Titulos illos omnes aut contuli aut descripsi adiutus ab amicis P. Iohanne L. Castrillon, musei tum praefecto, Demetrio de los Rios, quondam Hispalensi, tum ecclesiae cathedralis Legionensis instauratore, Raimundo Alvarez de la Braña archivario. Inde accesserunt huic capiti tituli novi urbani pl. m. triginta (n. 5674. 5676—5686. 5698—5705); inter quos aliquot sunt gravioris momenti. Probant illi, de quo aliunde satis constat, inde fere a saeculo primo exeunte castra ibi habuisse legionem septimam principalia; tituli sepulcrales plerique sunt saeculorum II et III.

Prorsus ab eis differunt tituli viciniae. Scilicet in Asturiae veteris parte ea, quae sita est a Legione versus septentriones ad radices montium eorum, qui Astures transmontanos secernunt ab Augustanis, inter fluviorum *Esla* et *Torma* cursum, regio est hodie dicta *termino de Riaño*. Ex eius vicis compluribus per valles varias dispersis ab amicis, parochis potissimum in vicis illis degentibus, titulos accepit non paucos descriptos cum cura, quamquam sine peritia, Castrillon eosque publici iuris fecit in ephemeride Barcinonensi *revista historica* III a. 1876 p. 42—48 cf. p. 155 ss. Sed hi tituli in museum Legionense inlati non sunt. Accesserunt postea ex variis eiusdem fere regionis locis atque etiam ex paullo magis longinquis alii non pauci, sepulcrales item omnes, quos primus descripsi a. 1881. Eos omnes (n. 5675. 5706—5725) cum Legionensibus contribui, cum Legione adserventur ex maiore parte eoque sperandum sit ut postea quoque conferantur, qui prodibunt sine dubio multi eius generis, siquis aliquando eos indagare accuratius susceperit. Potuerunt sane eodem fere iure etiam adscribi ei capiti, in quo Asturum Augustanorum titulos composui (supra cap. I). Sed sunt illi similiter atque pauci, quos coniunxi cum Asturicensibus (n. 5672—5075), diversi ab horum, de quibus agimus, titulorum vetustate et barbarie, si paucos (n. 5715. 5755) exceperis. Disposui autem illos secundum ordinem litterarum in nominibus defunctorum observandum, nam geographia antiqua regionis eius vastae, montuosae, infrequentis adhuc paene ignota est. Oppidorum sane aliquot vetustorum situm detexisse sibi videntur homines docti Legionenses; veluti Laeciae, quam collocant in *el Castro* prope *Villa Sabariego*, inter *Torme* et *Esla* fluvios, a Legione versus meridiem et orientem chiliom. 12. In *Villamoros de Mansilla*, tribus a Legione leugis, non procul a situ quem putant Lanciae, oppidum vetustum esse perhibent, cuius tuguria ex terra argillacea facta adhuc extent similia aliqua ex parte Citaniensibus (supra p. 886). Quae omnia indigent exploratione accuratiore.

Defuncti in titulis illis plerique *Vadinienses* fuisse dicuntur (n. 5708. 5712. 5713. 5716—5726. 5722). Vadiniae oppidum a Ptolemaeo (II 6, 51) Cantabris tribui, non Asturibus, dixi supra p. 374. Quod nomen cum inventum esset in titulis quattuor circa *Congas de Onis* et *Covadonga* repertis (n. 2706. 5708. 2756. 2712), Vadiniam ibi prope, id est circa confinia Asturum transmontanorum et Cantabrorum fuisse pronum erat conicere. Guerra situm eius fuisse coniecit in loco deserto dicto *el Roblecedo, OSO de Brañosera y S de Peña Labra*; in chartis enim a. 824 Brañoseram civitatem antiquam ibi memorari (*Cantabria* p. 38). Nunc autem citra montium altissimorum cacumina, qui *la sierra de Covadonga* dicuntur, tituli hi item hominum Vadiniensium comparuerunt. Itaque illa certe aetate civitatem Vadiniensem late patuisse statuendum est per valles in utroque montium latere sitas; solebant enim gentes illae gentilitatesve dispersae habitare per vicos et pagos, non in singulis oppidis. Eadem de causa etiam difficile est fines regere inter Astures Augustanos et transmontanos. His adscripsi titulos omnes, quos Vigil Ovetensis, ut in proximo capite apparebit, e regno quod nunc est Asturiae congessit; sed sunt inter hos, qui (ut n. 2684) cum in meridionali montium parte detecti sint, possint etiam Augustanis adscribi; in incerto malui fines hodiernos sequi. Ad titulum denique unicum ex *Valencia de Don Juan* iam notum (n. 5663) per Aurelianum Guerra accessit alter (n. 5765).

Tituli hi omnes quotquot integri servati sunt *M(anibus)* vocem solam praemittunt omisso deorum vocabulo paucis exceptis (n. 5711. 5713. 5714. 5765), positam illam plerumque supra vel infra semicirculum sive mediam lunam. Lunae signum in titulis sepulcralibus regionum Hispaniae Celticarum frequenter deprehenditur. Ceterum videntur omnes satis vetusti esse, scilicet saeculorum primi secundive; observa nomina plerumque barbara, gentium indicationes, equos Asturcones in eis interdum depictos (n. 5706. 5756. 5713—5715. 5721). E regionibus vicinis homines peregrinos in civitatem acceptos esse non raro et stipendia meruisse in legione VII docent nomina legionariorum aliquot barbara in titulis observanda (n. 5676. 5681).

Titulos Legionenses insignes, veluti n. 2660, ediderunt Fita *museo español de antigüedades* I 1871 p. 448 ss. IV 1875 p. 557. 534 ss., item in ephemeride *la Academia* II 1877 p. 66, et Rada *museo español* VI 1875 p. 518 ss.

A. 1875 Ioh. de Madrazo, Friderici pictoris filius, architectus clarus, qui tum ecclesiae cathedrali Legionensi reficiendae praefuit, academiae Matritensi historicae aquaeductus Romani Legionensis reliquias delineavit accuratissime, additis etiam tegularum titulis legionis VII, quae in illo exstruendo videtur occupata fuisse; contuli imagines ab eo delineatas in bibliotheca academiae. Post eum Castrillon eundem aquaeductum descripsit et tegularum aliquot legionis VII titulos edidit in ephemeride *revista historica* II 1875 p. 215 ss.; idem inscriptiones aliquot Legionenses edidit in ephemeride *revista de archivos, bibliotecas y museos* IX 1882 p. 288 ss., quos cum ipse quoque descripserim, locos non ap-

posui. Vidi praeterea apud Castrillonem syllogen imaginum, quas secundum monumenta ipsa et inscriptiones musei S. Marci delineavit satis accurate Osaëta pictor mittendas Parisios ad expositionem ibi institutam a. 1878, in quibus etiam insunt Astoricenses quaedam (supra p. 910); mihi nova non exhibuit. Titulos undeviginti Legionenses repertos annis 1861 et 1862, descriptos a Carolo Iohanne Rademacher aliquo Olisiponensi, a Iosepho Furtado accepit Figueiredo *revista archeologica* III 1886 p. 162; puto aliunde notos esse. Denique etiam in Polycarpi Mingote y Tarazona libro non inutili, *guia del viajero en Leon y su provincia* (Legione 1876 pp. 870, 8.), tituli aliquot proponuntur iam noti, unde laudare omisi.

5674 ad 2662 et 2886. Fragmenta duo iungenda esse vidi a. 1881.

IMP · NERVA *cae*SARE
AVG · PON*tif. max.* TRIB
POT · CO*s.* *imp.* p. C. 97/8
I I

Contuli a. 1881.

V. 4 II ego; ~~IVO~~ Fita, quod non quadrat in hunc titulum.

5675 ad 2698 (Eph. III 146). Rep. *en la Pueblo de Lillo*, in summo monte S. Isidori prope confinia provinciarum Asturiae et Legionis. Servatur in museo Legionensi; cippus altus m. 1.38, latus 0.83.

M
NDOTI · FL
AVI · ARENI · F
AN · L
H · S · E

Descripsi a. 1861; Petrus Alba *diseño de geografia e historia de la provincia y obispado de Leon* a. 1855 (quem librum non vidi); Fita *museo español de antigüedades* IV 1875 p. 635; Castrillon *rev. historica* III 1876 p. 42; Vigil *Asturias* p. 866 tab. B I 2 ex exemplo Benedicti Casielles Menna mulionis, qui olim litteris operam dederat, mecum communicato per Cyriacum M. Vigil Ovetensem.

Compara *Arrenus* nomen n. 436. 2708.

5676 ad 6684. Legione, in museo S. Marci litteris aetate recentiore maximam partem consulto deletis.

NT////
/////
CN · L · TE////
/////
/////
LEG · VII · G · P

Descripsi a. 1881. Est alterum exemplum tituli n. 5684.

5677 Legione, in museo S. Marci, basis rudis, lata m. 0.62, alta 0.38.

D · M · S · FLA*v*
CO · NEPOTI*C*AVS
PIENTISSI //////
REVERENTISSIM*o*
MIHI · DESIDE*ratissimo*
S T T L

Descripsi a. 1881.

V. 2 num RVS vel AVS legendum esset, in re praesenti dubitavi; lege *nepoti* a[v]*us* | *pientissi*|mo e. q. s.

5678 Legione, extabat muro urbis orientali inserta in torri quadam collegii *de religiosas Carmelitas* (*calle Guzman el Bueno*); a. 1888 inlata est museo Legionensi. Ara marmorea, alta m. 0.85, lata 0.36, crassa 0.23.

luna
rosa *rosa*
MERCVRIO
*sac*RVM
FLACCV*s*
AELIANV*s*
PROC · A*u*GVSTO
V · S · L · M

I. Castrillon *boletin de la Acad.* XI 1887 p. 448, qui supplevit.

Si recte v. 5 *A*[*u*]*gusto*(*rum*) legit, tribuenda erit aetati divorum fratrum; sed est fortasse dativus singularis. V. 3 in. idem addidit [*Q.*], non recte; nam Flaccus Aelianus aut duo cognomina sunt, aut cognomen antepositum gentilicio insolenter.

5679 (= Eph. IV n. 23). Legione, rep. iam circiter saeculo XVII exeunte in moenibus urbis; periit aut latet. Erat ara magna alta palmas 6 (= m. 1.29), lata 2 (= m. 0.84), crassa 0.46; litteris optimis.

N T M P M I S
T · POMPONIVS
PROCVLVS
VITRASIVS
POLLIO · COS
PONTIF · PRO COS
ASIAE · LEG · AVG · PR
PR · PROVINCIAR
MOESIAE · INF · ET
HISP · CITER
ET · FAVSTINA · EIVS

Fita in *la Academia* II 1877 p. 66 (et III 1883 p. 386) ex foliolo impresso quattuor paginarum (fol.) — scriptor locus annus non indicantur —, quod servatur Loyolae in archivio publico doctosque Hispanos annos latuit. Inde idem *museo español* XI 1881 p. 388; Castrillon *revista de archivos* IX 1883 p. 386 ss., Laurière *bulletin epigr.* IV 1884 p. 326.

In fine fieri potest ut nihil desit praeter litteras votivas uno versu comprehensas V·S·L·M.

Vitrasius Pollio homo est notus ex titulis urbano CIL VI 1618, ubi de necessitudine eius per uxorem cum domo Augusta Henzenus dixit (cf. quae de eius patre exposuit Mommsen eph. epigr. III 169 et A. Héron de Villefosse *bullet. monumental* ser. V vol. VII 1878 p. 69 ss.), Gallicis CIL XII 361. 3188, Odessitano CIL III 762. Post Moesiam inferiorem eum etiam Hispaniam citeriorem rexisse discimus ex titulo hoc Legionensi, unde suppletur urbanus. Filia eius memoratur in titulo Caleno CIL X 4635.

5680 Legione, in museo S. Marci; fragmentum basis marmoreae.

ERNAT*us* . .
C · IVL · C*erealis cos.*
LEG · AVG *pr pr* H *s c*
ANTON*inianae post*
DIVIS*ionem provinciae*
PRIMV*s ab eo missus*

Descripsi a. 1881.

Est particula exempli alterius tituli n. 2661.

5681 Legione, in museo S. Marci; fragmenta ex moenibus urbis, quae visa sunt in re praesenti eiusdem tituli esse. Litterae graciles sunt saeculi tertii.

P A I
R V
L E G
7 A V
F R O
10 A I
A ·

G · F
· L I
T O N
X V
X V R
C

Descripsi a. 1881; Fita *museo esp.* XI 1881 p. 393.

Suppleri potest in hunc modum: ... P. *At*[*ilio*] ... | *Ru*[*fo*.. *mil*(*iti*)] | *leg*(*ionis*) [*VII*] *g*[*eminae*] *f*(*elicis*) | *c*(*enturia*) *Au*[*re*]*li* | *Fro*[*n*]*ton*[*is* ... *a*[*n*(*norum*)] [*XX*] *XV* | *a*[*erum*] *XV s*(*emis*); | [*h*(*eres*) *f*(*aciendum*)] *c*(*uravit*).

5682 Legione, in museo S. Marci, ex moenibus urbis. Cippus magnus, altus m. 2.05, latus 0.66. Litteris gracilibus saeculi secundi fere, altis m. 0.07 ad 0.035.

rosa magna

ornamenta minora (rosae lunula est.)

L · CAPLO · PATERNO
EQVIT · SECVNDO · AQ
VAE · FLAVIAE · OPT
TRIB... MILIT
VM LEG VII GEM P FEL
PER FLAVIVM CPLVM ·
NOELCVM · LIB · F · C

arcus duo

Descripsi et ectypum sumpsi. Fita *museo español* XI 1881 p. 368.

V. 1 et 8 *Campilo*, non *Campilio* legitur; est igitur nomen barbarum, ut *Pelgus* n. 5668, *Cancilus* n. 5713.

Lege L. Campilo Paterno | equit(i) secundo Aq|uae Flaviae, op-t(ioni) | trib[uni] milit|um leg(ionis) VII gem(inae) p(iae) fel(icis) | per Flavium Campilum | No[elic]um lib(ertos) f(aciendum) c(uravit).

V. 2 *eques secundus Aquae Flaviae* videtur rustice dictus esse pro equite fortasse legionis secundae ex Aquis Flaviis oppido; Aquae Flaviae nominativus non declinatur. Nisi est eques secundus factus ex oppido illo; cf. n. 1555 *equiti Romano ex civitate Cartimitana primo facto*. V. 4. 5 OPTIO|NI... ...AN·LII Fita. V. 7 NOPIRVM Fita. Nomen tertium non satis clarum; aliquando NOSTRVM legendum esse putabam, certo NORICVM non est; potest esse Noelicum, scilicet e Noela, Caporum oppido (Plin. IV § 111), hodie *Noya* in Gallaecia.

5683 Legione, in museo S. Marci; unde provenerit, non indicatur; basis parva, alta m. 0.43, lata 0.34. Matriti in museo archaeologico est ectypum gypseum. Litteris malis, altis m. 0.04.

FLA · AVITO
SVP · SVP · AN LXI
SEM · PLA P
PIENTISSIM
POS · AER · COS
CCCLXIII · S · T · L

Descripsi a. 1881 et ectypum sumpsi; Fita *boletin de la Acad.* IX 1888 p. 461. Lege:

Fla(vio) Avito | Sup... Sup... an(norum) LXI | Sem(pronia) Pla(cida)? p(atri) | pientissim(o) | pos(uit) aer(a) co(n)s(ulari)| CCCLXIII; s(it) t(erra) l(evis).

In *Sup. Sup.* gentis vel patriae nomen videtur latere; comparavit Fita *Petavonium Superatiorum* memoratum apud Ptolemaeum, in itinerario, in notitia occ. putatque vestigia eius oppidi superesse in *Ciudadeja* loco, *término de Santibañez de Vidriales, partido de Benavente*, eodem a Legione et a Pallantia spatio distante; cuius collocationis argumenta nondum prolata vidi.

De aera consulari vide quae exposui in praefatione.

Fita refert secundum ea, quae Legione audierat, titulum Pallantia asportatum esse in museum Legionense. Quod non negaverim fieri potuisse, sed tamen tituli Pallantini adhuc noti ab hoc prorsus diversi sunt; unde nolui loco movere.

5684 Legione, in museo S. Marci; cippus rudis, altus m. 1.55, latus 0.40. Ornamenta supra olim adiecta recentiore aetate deleta sunt. Litteris bonis saeculi secundi similibus atque in n. 5651.

D · M · S
T MONTANO
FRONTONI · AR ·
CVS · CIVI · ZELAE ·
AN · LIII · STIP · XXVI
T · MONTANIVS
MATERNVS
PATRONO · OPT
CVRATOR · FF · LI *sic*
MIL · POSVIT S·T·T·L

Descripsi a. 1881.

D(is) M(anibus) s(acrum) | T. Montanio | Frontoni ar(morum) | cus(todi) civi Zelae | an(norum) LIII stip(endiorum) XXVI | T. Montanius | Maternus | patrono opt(imo) | curator ff? li... | mil(itaris?) posuit; s(it) t(ibi) t(erra) l(evis).

Zela videtur idem esse atque *Zaela*; v. supra cap. I[a]. Quid *curator ff. li. mil.* (sic clare in lapide) significet, ignoro; cogitavi de curatore fisci libertorum militarium, siqui fuerunt militum legionariorum liberti in collegium constituti, qui fiscum communem habuerunt. Montanii nomen gentile homines illi fortasse acceperunt utpote ex Asturibus montanis oriundi.

5685 Legione, in museo S. Marci, fragmentum cippi, alti m. 0.88, lati 0.48, litteris fugientibus.

I · CN...
VXAN INS
an. XXX
H · S · E
*m*ATER · FEC

Descripsi a. 1881.

5686 Legione, in museo S. Marci; basis parva, alta m. 0.41, lata 0.45.

D M S
*a*MIA PRISCA
ELENA ANN L
H·S·E·S·T·T·L
ALFIVS·PROCVLVS
VXORI · PIISSIM

Descripsi a. 1881.

Elena videtur gentis nomen esse; v. supra p. 601.

5687 Legione in museo S. Marci, basis lata m. 0.67, alta 0.45, litteris perquam evanidis.

*a*NTONIAE
PIISFILDAEN
AN: A MATE*r*

Descripsi a. 1881 ut potui.

[A]ntoniae | piis(simae) fil(iae) Aem(ilia) | Am-[m]ia mate[r]?

5688 Legione, cippus altus et latus m. 0.83, servatur Matriti in museo archaeologico, litteris fugientibus.

AN/////E
*r*HODINAE
ANTONIAPLA
VIALIAINE
AN XXXVANTO
NVSFLAVVS

Descripsi. Rada *museo español* VI 1875 p. 515; Fita ibid. XI 1881 p. 368.

V. 2 CHODINAE, 3 ELA, 4 VIALIAINE, 6 ELNVS Rada.

5689 Legione, *del lienzo occidental de la muralla*; in museo S. Marci, lapis sepulcralis eiusdem formae ut n. 5691, altus m. 0.66, latus in fronte 0.66.

CANDIDE
ANNORVM
XXXI · MARITVS
CARISSIME
P · S · T · T · L ·

Descripsi a. 1881. Fita *museo español* IV 1875 p. 634.

5690 Legione, in museo S. Marci, fragmentum basis fastigatae, altum m. 0.50, latum 0.68.

F F
DOM^A ||| ESSILLA
...FECITO||| VSPCV
...OGVM||| NIVS ET
...XRX

Descripsi a. 1881 ut potui, neque vero intellexi; Fita *mus. esp.* XI 1881 p. 391.

V. 2 nisi fuit *Dom(itia)* ....*essilla*, potest indicata esse patria defuncti. De *vexillatione* cogitavit Fita.

5691 Legione, *del lienzo occidental de la muralla*; in museo S. Marci. Lapis formae singularis



cuius facies, quae titulum cum anaglyphis continet, alta est m. 0.44, lata 0.85.

rosa
rosa malor rosa

HELENE · ANN · XX · III · ME
SVM · VIII · DI · E · XIX · FIL · I · E
PI · ENTIS · SIME · HERMO
DORVS · ET · SERTILIA · PAR
ET · MARTIALIS · MARITVS · CO
NI ... CI C · P

Descripsi a. 1881. Fita *museo español* IV 1875 p. 634.

V. 6 initio nihil deest.

Helene ann(orum) XXIII me(n)sum VIII die(rum) XIX filie | pientissime Herma|dorus et Sextilia par(entes) | et Martialis maritus co(n)iu(u)gi c(arae?) p(osuerunt).

5692 Legione, *del lienzo occidental de la muralla*, in museo S. Marci; unde provenerit non indicatur. Cippus supra mutilus, altus m. 0.65, latus 0.58.

D · M
HELICONI
AN · XX
TAVTIVS
ASCLEPIADES
FILIO
S · T · T · L

Descripsi a. 1881.

5693 Legione, in museo S. Marci. Basis alta m. 1.17, lata 0.60; ornamenta consulto deleta sunt aetate recentiore; litteris bonis.

D M
HYGINAE · AN · XVII
MERCVRIVS · ET
VITALIS · FILIAE
F C
S · T · T · L

Descripsi a. 1881. Fita *museo español* IV 1875 p. 633.

5694 Legione, in museo S. Marci; cippus rudis altus m. 0.60, latus 0.37.

LICINIE
RBIENIC
ALLETIS
N XLII A
M MER

Descripsi a. 1881; Fita *mus. esp.* XI 1881 p. 391, qui v. 2 RIBIENI legit. Pauca videntur deesse; lege: *Licinie* | *[O]rbiem C|alletis* | *an(norum) XLII A[m]|ma mater [posuit]*.

5695 Legione, in museo S. Marci; fragmentum cippi, altum m. 0.68, latum 0.31.

LICI
GELA
PATE
LIO
TIS
PO

Descripsi a. 1881; Fita *mus. esp.* XI 1881 p. 391, qui v. 1 LEG·VII legit; fortasse recte.

Legendum fere. ...*Lici[nio* ..... *Ar]|gela[e?* ....] | *pate[r f]lio [pien]|tis[simo]* | *po[suit]*. De *Uxama Argaelo* v. infra.

5696 Legione, in museo S. Marci; unde provenerit non indicatur. Cippus altus m. 1.54, latus 0.68.

rosa
[litura]
L · PACCIO ·
PACCI · F ·
AN · LX
SEMPRONIA · AN
MA · MARITO
rosa luna rosa
tridens

Descripsi a. 1881; Fita *mus. esp.* XI 1881 p. 391.

In litura ante v. 1 potest versus unus (D·M?) interiisse.

5697 Matriti in museo archaeologico; unde provenerit ignorari mihi affirmavit Melida.

....
NILONI
IVS VI
ONAAN
AIII V VIII
H S E STTL

Descripsi a. 1888.

5698 Legione, in museo S. Marci; pars inferior cippi magni, litteris satis bonis saeculi, ut videntur, primi, altis m. 0.05.

QVOELIA · C
IVR · SIVS · AV
LV · HIC · S · TITL ·

Descripsi a. 1881 et ectypum sumpsi; Fita *mus. esp.* XI 1881 p. 391, qui v. 3 HIC·STITI·S habet.

Observa *Quoelia* formam pro *Coelia*. V. 3 lego *hic; s(it) ti(bi) t(erra) l(evis)*.

5699 Legione, in museo S. Marci; cippus altus m. 1.30, latus 0.50.

D · M
G · ER · CHARITONI
ANN · XXX RESTVTA · FILIO
F · C

Descripsi a. 1881. Fita *museo español* IV 1875 p. 633.

5700 Legione, in museo S. Marci; unde provenerit non indicatur; cippus altus m. 1.05, latus 0.55. Litteris bonis.

L · TERENTIO
Q · REBVRRO
AN · LV
L · TERENTVS

Descripsi a. 1881.

5701 Legione, in museo S. Marci; fragmenta duo eiusdem fortasse lapidis.

SA · ES .... cum ornam NTIS
de ... VO DE ... GAL

Descripsi a. 1881; Fita *mus. esp.* XI 1881 p. 388.

5702 Legione, in museo S. Marci, fragmentum lapideum parvum. Romanum visum est, non christianum nec aevi recentis.



Descripsi a. 1881.

5703 Legione, in museo S. Marci; fragmenta tria eiusdem fortasse lapidis.



Descripsi a. 1881; Fita *museo español* XI 1881 p. 391.

5704 Legione, in museo S. Marci, fragmenta varia, *a—d* in curte, *e—h* in armariis servata.



Descripsi a. 1881; Fita *museo español* XI 1881; p. 392, qui *b* ita legit VENI | CIVITA | ONI.

5705 Legione, in museo S. Marci, silex rudis, altus m. 0.64, latus 0.42, litteris parvis saeculi fere secundi, quae lineis irregularibus dispositae sunt.

ⓘ ⓘ *palma*
D M M P ·
ALOMVS · PARENS
FILIAE · SVAE · PIE
NTISSIMAE · MAIS
ONTINI · AN · P · M · XVIII
†
equus

Descripsi ex ectypo a Fita misso a. 1888, lapidem ipsum a. 1881 non vidi. *Maisontinis* videtur nomen filiae esse barbarum.

5706 In *el Villar de los Barrios* (*reyno de Leon*) rep. a. 1731 per Iosephum de Haro parochum. In *el Villar* prope Plaseociam posuit *Viu* male. In latere sinistro scriptus est titulus novicius aerae MCCLXIII.

MERCVRI ·
SACRVM
FEX V · P

Yañez *eras y fechas* 1 p. 113 (inde Velazquez ms. Matrit. vol. 33; Masdeu X 845, 18; Viu *Estremadura* I p. 199) qui habuit etiam ex epistula fratris Mauri Valcarcel ad P. Abbatem de Irache data.

V. 1 MERCVRI traditur. V. 3 F·E·EX·V·P· Yañez, F·F·EX V·P Valcarcel.

Mercuri[*o*] | *sacrum* | *Fe*[*li*]*x v*(*otum*) *p*(*osuit*)

Excidit scheda tituli huius nescio quo casu, dum volumen II imprimitur; retinui diu propterea quod scripserant amici extare adhuc titulum, ut exhiberem emendatum. Spes autem illa cum videatur fefellisse, nunc edere satius visum est.

5707 *Trobaja del Camino*, servatur Legione in museo S. Marci; silex rudis, qui pro termino fuit, litteris punctim sculptis (v. Exempla script. epigr. n. 1185. 1186).

PRI
VATV

Descripsi a. 1881.

Pri|*vatu*(*m*).

5708 (= Eph. III n. 159). *Armada*, in area aediculae quae fuit S. Hedriani, inter reliquias sepulcrorum Romanorum numerosas.

M
A B I O N
N O T A V R I
NO · DOID
ERI · F VA
D A N N O
R V M X X X
H · S · E
P L A C I D V S
A V N C V L I S
P O

II S.

Castrillon *revista hist.* III 1879 p. 43.

Observa *aunculis* formam pro nominativo positam; nisi intellegendum potius *aunculi s*(*ui*) [*monumentum*] *posuit*.

5709 *Barniedo*, servatur Legione in museo S. Marci; cippus rudis, altus m. 1.30, latus 0.83; litteris evanidis.

palma equus
M · P
AMBAD
VS PALAR
I /// V
A . . . . .
. . . .
. . .
/V X X

Descripsi a. 1881.

Agnoscuntur *m*(*onumentum* vel *Manibus*) *p*(*ositum*) | *Ambad*|*us Palar*|*i* .... .. A v. 5 nomina alterius hominis incipiunt.

5710 *Barrillos de Curueño*; servatur Legione in museo S. Marci. Cippus parvus vel potius siles, altus m. 0.35, latus 0.24.

ACARI
VSCONC
ORDISP
NV XXX

Descripsi a. 1881.

Acari|*us Conc*|*ordie p(osuit)* | *ann(orum) XXX.*

V. 4 Utrum MLXXX an NV XXX in lapide fuerit, non satis distinguitur; hoc praetuli.

5711 (= Eph. III n. 20 et 150). In *Sorriba* (novem a Legione leugis) iuxta sacellum S. Mariae *de la Vega*, cippus altus m. 0.80, latus 0.32.

D · M
BODERO
BODIVES
DOIDERI /
A · XXV
FILIO SVO
M P H
E · S · T

Fita *museo español* IV 1875 p. 527 acceptam a Ricardo Velazquez Bosco.

V. 4 DOIDERIS traditur, sed cf. n. 5708. 5700.

Legendum videtur *d(is) M(anibus) Bodero Bodives Doideri [f(ilius)] a(nnorum) XXV filio suo m(ater) p(osuit). H(ic) est.*

In fine suppleverunt editores formulam solitam *h. s. e. s. t. t. l.*; sed possunt intellegi quae traduntur addita littera nulla.

5712 *Valverde de la Sierra*; servatur Legione in museo S. Marci. Cippus altus m. 1.00, latus 0.50.

M
CASSAXONI
..VLISAGI
*fi*LIVS · ANO
RVM · XXXX
..VTVDA · ANIA
*pa*TRI · POSVIT
*v*ADINISSIS
h S S

Descripsi a. 1881.

5713 *Villapodierna*; servatur Legione in museo S. Marci, cippus altus m. 0.70, latus 0.40.

palma D M *palma*
CANCILVS
VIRONO
AVNCVLO
SVO SEGIS
ANI · F · VA
AN · XXX V
H · S · E
equus

Descripsi a. 1881; ectypum misit Fita.

Lege *d(is) M(anibus)* | *Concilus* | *Virono* | *aunculo* | *suo Segisami f(ilio) Va(diniensi)* | *an(norum) XXXV;* | *h(ic) s(itus) e(st).*

5714 *Valmartin*; servatur Legione in museo S. Marci. Cippus rudis altus m. 0.91, latus 0.30. Litterae videntur esse saeculi I.

palma *a* *palma*
M · D · M
DOVIDE
ARA · F · P
NEGALO ·
VESONIGO
RV · N XX · V
equus

Descripsi a. 1881 et ectypum sumpsi; misit etiam Fita.

Lege *m(onumentum) d(is) Ma(nibus)*; | *Dovide* | *ara(m) f(ilia) p(osuit)* | *Negalo* | *Veronigo*|*ru(m) an(norum) XXV.*

V. 5. 6 *Veronigoru(m)* gentis nomen est.

5715 *La Puerta*; servatur Legione in museo S. Marci. Cippus altus m. 0.90, latus 0.51.

M
palma *palma*
SLANIO VELIAGV
FILIVS PATERNI
AN · XXX · TRIDA
LLVS · P · AMICO · SVO
S *equus* S

Descripsi a. 1881; ectypum misit Fita.

5716 (= Eph. III n. 154). *Velilla de Valdoré, empotrada en la pared de una huerta.*

m
MNILI · AR
AVN · SLAN
I · F · VA · N XXX
CADVS · AN
CVLO · SVO
P · N · S · B

Castrillon *revista hist.* III 1876 p. 44.

V. 1 locum M litterae solitae et semicirculus supersunt.

2 AR*g*, editor, quia littera una periit. *Ar[..]aum* fortasse gentis nomen, nisi iungendum *Ar[..]aumeloni f(ilius)*.

5717 (= Eph. III n. 150). *Valdore*; est primus scalae gradus horrei alicuius; lineae intra versus insculptae.

M
MVNIGALIO
ARANI · BOVTI
VAD · AN · XXV
N S B

Castrillon *revista hist.* III 1876 p. 45.

V. 0 legendum fortasse *Munigalio*. In *Arani* gentis nomen latet simile ut in n. 5716 *Ar..aum*.

5718 (= Eph. III n. 160). Rep. hoc saeculo ineunte in valle S. Pelagii, *termino de Liegos*; ibi sedis loco est ad portam domus alicuius.

f
M NECONI
BODDEGVN LON
CINIS FIL VA AN
XXI AVRELIVS PRO
POSV N SVO
MVNNIMENT

Castrillon *revista hist.* III 1876 p. 48.

Videtur ita legendum: *M(anibus) Neconi Boddegun* (hoc fortasse gentis nomen) *Loncinis fil(ia) Va(diniensi) an(norum) XXI Aurelius Pro(culus?) posu(it) nun(culo) suo munniment(um).*

5719 (= Eph. III n. 153). *Aleje*, in loco dicto *Prados de media vega*; est pro sedili in ostio villae rusticae Matthiae Gonzalez. Lineae intra versus indicantur; litterae sunt magnae saec. I.

M
PENTI
BALAESIF
VADINI
N XXX
VIANVS
· P · ALLISIL
CINI · NI
S S

Descripsi ex ectypo quod servat Guerra Matriti; Castrillon *revista hist.* III 1876 p. 46.

V. 2 P·ENTI; 3 RALAESIF, sed est *Balaesi*, ut olim conieci; 7 PALISSIL editor.

5720 *Armada*, servata una cum n. 5700.

m
VIRONO · TAVR
O · DOIDERI · F
VAD · ANNORV
M XL H S · E
PLACIDVS AV
NCVLIS POS

Castrillon *revista hist.* III 1876 p. 43.

V. 1 consulto abscisus, ut lapis pro sedili esset. 6. 7 de *aunculis* forma dixi ad n. 5700.

5721 *Riaño*; servatur Legione, in museo S. Marci, cippus magnus rudis postea in usum aliquem ecclesiasticum conversus, ut docent ornamenta partis aversae. Litterae perquam evanidae sunt, in marginibus paene omnino detritae.

VRAVO · N·V//
/TIO CVMONI
VIVI · F · NN///
SEMPR
5 P · FRAT · SVO

Descripsi a. 1881 ut potui.

Initio versus nullus videtur excidisse. Nomina defuncti et patris barbara certo restituere nequeo; fortasse [*T*]*uravo Navitutio Cumoni* [*filio*] *vivi* [sic] *f*(*ecit*) *ann*(*orum*) .....; *Sempr*(*onius*) *p*(*osuit*) *frat*(*ri*) *suo*.

5722 *Velilla de Valdoré*, una cum n. 5716 *soterrada en el portal de una casa*; lineis intra versus insculptis.

. .
. . . .
OI · VADINIEI
NS BOVECI · FILI
3 AN · XXV

Castrillon *revista hist.* III 1878 p. 44.

5723 (= Eph. III n. 187). *Verdiago* in corte domus Emmanuelis Florez.

M
. . . TIOVIR
. . . . CVNCA
. . . . N XL
5 V
. . . . O

Descripsi ex ectypo quod servat Guerra Matritensis; Castrillon *revista hist.* III 1878 p. 45 (inde Guerra *Cantabria* p. 43), qui supplevit arbitrio suo.

V. 2 LO·VIR editor. 3 in ectypo NCA litterae solae apparent.

5724 (= Eph. III n. 189). *Utrero*, in porta ecclesiae parochialis pro gradu scalae.

. . . .
CILLI · VIR
ONI · CI...
IA · AN
. . . .

Castrillon *revista hist.* III 1878 p. 43.

5725 *En Valencia de Don Juan*, cippus altus m. 0.86, latus 0.38.

D M
V A L E R I
N E · F L A
VI · O · RO
5 CON · T · I · O
COI · I · V · C · I
PI · EN · T · I · S
. . . .

Descripsi ex ectypo, quod Guerra misit.

IV. ASTVRES TRANSMONTANI p. 373. 709.

n. 2682 Frustra a. 1888 quaesivit Vigil *Asturias* p. 288.

2683 Rep. *en una tierra llamada del Escuden*. Vigil *Asturias* p. 600 tab. Rb I 2 delineatam ab Argüelles; sed ipse frustra quaesivit a. 1868.

2684 (v. infra n. 5728). 2685. 2686 (supra n. 5640).

2687 Vigil *Asturias* p. 880 tab. B I 1. Barros Sivelo *Galicia* p. 203; inde Vigil iterum p. 321 K 21.

2688 Vigil *Asturias* p. 442 tab. Lª I 2; ara alta m. 0.70, lata 0.50.

2689 *Museo español de antigüedades* II 1871 p. 380 ss.; *Monumentos arquitectónicos cuad.* 41; Vigil *Asturias* p. 41 tab. A XL, ubique delineata accurate. Vigil e scripturis ecclesiae Ovetensis eruit, diptychum saec. XIII Roma Ovetum delatum esse.

2700 Vigil *Asturias* p. 218 ex Tirso; ipse frustra quaesivit. 2701 Vigil *Asturias* p. 370 tab. U II; ara alta m. 0.80, lata 0.37.

2702 Vigil *Asturias* p. 373 tab. U III q. v. a. 1855; lapis latus m. 0.38, altus 0.18. 2703 Vigil *Asturias* p. 328 tab. LL 11 7.

2704 (v. infra n. 5727). 2705 (v. infra n. 5728). 2706 Vigil *Asturias* p. 28 J 13 ex Tirso; ipse frustra quaesivit.

2707 (v. infra n. 5729). 2708 (v. infra n. 5730).

2709 Guerra *Cantabria* p. 51 ex imagine photographa; Vigil *Asturias* p. 289 tab. J 1 1 q. v. a. 1868 et optime delineavit. Extat in *Cangas de Onis* in domo Antonii Cortés, cippus altus m. 0.49, latus 0.24. V. 4 M·FVSCI quod est m(*anibus*) *Fusci*, 6 AXXV Guerra et Vigil.

2710 (v. infra n. 5731). 2711.

2712 Vigil *Asturias* p. 303 tab. J IV 11 qui non vidit, sed ab amico accepit descriptam. Dicitur enim denuo comparuisse a. 1883 et servari prope *Corao* apud Sebastianum de Soto Cortés. Exemplum convenit cum eo quod Tirso exhibet.

2713 Vigil *Asturias* p. 303 J 12 e Tirso. 2714 (v. infra n. 5732). 2715 Vigil omisit.

Ovetum et Asturiam propriam denuo adire nolui; nam cum a. 1881 Legione versarer, comperi ab amicis, ne in museum quidem provinciale tum nuper conditum Oveti inlata esse monumenta epigraphica Romana, sed adhuc late sparsa extare in locis longinquis, quos ne Vigil quidem adire potuit omnes. Asturum enim transmontanorum res epigraphica quamquam valde aucta est Cyriaci Vigilis potissimum cura, tamen similiter atque in Augustanorum locos singulos, ubi oppida vicive eorum sita fuerint, accuratius definire nondum licet. Disposui igitur hic quoque titulos secundum ordinem litterarum in nominibus defunctorum observandum, ita tamen, ut non discerperem ea monumenta quae eodem loco reperta sunt. Praemisi dedicationes duas (n. 5733. 5734), quarum altera a milite legionis septimae profecta potuit etiam coniungi cum Legionensibus.

Itaque Cyriacus Maria Vigil Ovetensis, qui per hosce viginti annos et quod excedit titulos eius regionis accurate a se descriptos mecum communicare solebat, in opere multorum annorum *Asturias monumental, epigráfica y diplomática, datos para la historia de la provincia* (2 voll., texto XV 828 pp., *láminas* tab. 188 curiose sed non satis perspicue numeratae), Oveti 1887 fol. titulos praeter christianos aetatis vetustos multosque recentiores Romanos congessit pl. m. quinquaginta. Iam editi, ut docet conspectus supra positus et n. 5726—5732, ex parte inde emendantur; qui novi accesserunt viginti quinque ei debentur paene omnes. Officio functus est strenue — adeo ut iter faciens per regiones patrias casu quodam infelici in via ferrea crus frangeret — et religiose, quamquam non perite. Neque vitio ei vertamus, quod titulos aliquot falsos (veluti n. 278* et infra edendos duos) protulit sine suspicione auctores secutus alios; ipse summa cum fide et labore indefesso monumenta patria delineavit et edidit (cf. quae de eius libro diximus ego *Deutsche Litteraturzeitung* 1888 p. 734 s. et R. Beer *Berliner philologische Wochenschrift* VIII 1888 p. 701 ss.). Alter quem olim habui in his regionibus amicus Robertus Frassinelli natione Germanus, et ipse de inscriptionibus bene meritus, diem obiit m. Iulio a. 1887 (v. *Boletín de la Acad.* XII 1888 p. 88); is atque Sebastianus de Soto, Antonius Cortés aliique amici Vigili et Radae, Guerrae Firminus Canella Secades (n. 6743. 6745. 6747) et alii exempla titulorum aliquot subministraverunt. Praeterea usus est Vigil schedis quibusdam in bibliotheca academiae Matritensis historicae servatis, quas Martinez Marina congesserat de locis Asturiae variis (ad n. 5734. 6740. 6768). Schedas illas me non novisse, dum Matriti

moror, vis aegre fero; quidquid enim continent, quod huc faciat, videtur Vigil excerpsisse diligenter. Praeter eos pauci his studiis profuerunt, velut Eduardus Hinojosa (n. 5746) et Braulio Vigon, cuius schedas scriptas a. 1883 *apuntes históricos sobre la dominacion romana en el termino municipal de Colunga* vidi a. 1890 in bibliotheca academiae Matritensis (cf. n. 5751. 5728 et *boletin de la Acad.* II 1892—93 p. 131 et V 1884 p. 30). Accurate de his regionibus rettulit Aurelianus Guerra in libello de Cantabria infra suo loco laudando; idem etiam ante Vigilem titulos aliquot novos inde protulit primus (n. 5743—5746); unus debetur Eduardo Saavedra (n. 6733). Qui in museum archaeologicum Matritense inlati sunt tituli, eos edidit Rada (n. 6729. 6754). Iosephi Maria Escandon liber *historia monumental del heroico rey Pelayo* (Matriti 1862 8.), quem adhibuit interdum Cyriacus Vigil, novi nihil docuit. In Iosephi Maria Flores y Gonzalez libello *memoria relativa á las excavaciones de 'el Castellon' en el concejo de Coaña (Asturias)*, Oveti 1878 (pp. 22 cum tab. 5) fol., describitur situs oppidi vetusti, quod est chiliom. 7 a *Navia*, 2 a *Coaño*, ad *Sarrion* fluvii ripam; reperta sunt ibi tuguria ex lapide scissili facta cum supellectili varia, inter quam etiam vascula Romana sunt nominibus figulorum inscripta, tituli vero inscripti nulli. Rettulerunt mihi de effossionibus illis etiam amici Legionenses.

5726 ad 2694 (Eph. II p. 242). Exempla tituli antiquissimum et recentissimum nuper demum innotuerunt. Antiquissimum Casparis (non Alphonsi, vide praef. p. IX 12) de Castro ex Metelli codice, quo usus est Smetius, mecum antea non communicatum, propterea quod casu caret loci indicatione, ab Henzeno errore vol. VI 152 collocatum est inter urbanos; recentissimum Saavedrae ectypo, quod is mihi misit, confirmatur. Sunt autem haec,

Castri:	*ectypi:*
FONTI SAGINEES GENIO	FONTI · S
BROCCI L VIPST	BROCCI·L·V·PST
ALEXIS AQVESGVS	ALEXIS · AQVILEGVS
V · S · L · M	V·S·L·M

Itaque legendum

Fonti Sagin[i]es(i) Genio | Brocci L. Vipst(anus) | Alexis aquilegus | v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)

Fons Saginiesis sive Saginiensis aliunde non est notus; Broccus fortasse loci erat dominus; nam cognomen Brocci vel Brocchi in Hispania satis frequens est. Saavedra edidit *museo español* II 1871 p. 600 ss.

5727 ad 2704. De titulo hoc sciscitanti mihi rescripserunt Cyriacus M. Vigil Ovetensis et ab eo interrogati Iulius Somoza et Sebastianus de Soto Cortés Gigionenses, habuisse eum Gasparem Jovellanos (vide opera eius collecta vol. II p. 509) ex Gregorii Menendez Valdés Cornellana historia scripta saeculo proximo *Gijo antiguo y moderno* (unde repetiverit Rendueles Llano *historia de Gijon* p. 21) deque auctoris eius fide dubitasse ipsum non sine causa. Scilicet lapis putandus est extitisse; de titulo vero, qui est PCA|GACP·, certi nihil statuendum.

5728 ad 2705. Extat in museo Ovetensi, ara alta m. 0.76, lata 0.22; litteris evanidis, altis m. 6 630, saeculi tertii.

PONIT · IN
VICTO · DEO ·
AVSTO · PO
NIT · LEBIEN
S · FRONTO
ARAM · INVI
CTO · DEO · AV
STO · T · LEVEN
S · PONIT · PRS
SEDENTE · PA
TREM · PATRA
TVM · LEONE
M

Descripsi ex ectypo a Vigile misso; Vigil *Asturias* p. 363 tab. P II; Vigon *apuntes* l. 9 tab. 9. Utriusque textus cum ectypi consentit; quae litterae in illo non comparent dedi inclinatis.

V. 4 *lebiens* videtur ita barbare scriptum esse pro *libens*, quod v. 8 *levens* est.

V. 8 elementum ante *levens* incertum utrum t an F an P (fortasse P); puto iterum indicari Frontonis nomen.

Formulae fortasse ex religione Mithriaca consulto repetitae sunt.

5729 ad 2707 (Eph. II n. 321 III p. 52 IV p. 19). In *S. Tomas de Collia* prope *Cangas de Onis* olim, iam Matriti in museo archaeologico; cippus rudis altus m. 0.60, latus 0.42. Litterae sunt perspicuae, cursivis similes (G = G, V = U, X = +, S = S), M latissima, N prona, O interdum reliquis minor, P clausa, II et S iuxta adhibitae, puncta rotunda in mediis lineis posita; litterae altae sunt m. 0.05; lineae versibus interpositae.

M P D M
B·UTICIO BODE
CIUESORGNOM
E + G E N P E M
BLOR · UI · PO · MV
LUPOSUIT ·
· · · · · CL

Descripsi et ectypum sumpsi. Guerra *Cantabria* p. 49 cum imagine optima; Rada *museo español* VI 1875 p. 520; Vigil *Asturias* p. 300 tab. J 1 4 cf. p. 650.

V. 5 FU·, quod in lapide clare perspicitur, non potest PU esse, nam P vv. 1 et 4 prorsus aliter formatae sunt; scilicet T littera, melius formata v. 6 ext., hoc loco quadratario non tam perspicua evasit; neque vero dubitandum quin T dare voluerit. Puncta v. 5 consulto quidem addita esse apparet, sed tertium abundat. Guerra *Vipumulu* nomen esse putavit.

V. 7 quae dedi elementa vidi in lapide et in ectypo; Guerra legenda putat ERA DXV indeque tribuit titulum anno p. Ch. 477, non recte procul dubio. Vide quae in praefatione exposui de hac aera, quae quamquam incerta sunt, tamen titulum hunc saeculo primo secundove tribuendum esse quovis pignore contendo. Guerra pleraque recte interpretatus est. Legendum

m(onumentum) p(ositum) d(is) M(anibus); Boveccio Bode(ri? filio) cives Orgnom(escus) ex gent(e) Pembelor(um); vi(vus) tumulu(m) posuit erae CL.

Ultimi tantum versus vocabula incerta manent. Orgenomesqui Melae (III 1, 15), Orgenomesci Plinii (IV 3, 111), Ἀργενόμεσκον Ptolemaei (II 6, 51) in hac ipsa regione Cantabrorum collocantur. Gens Pembelorum nova est

5730 *ad* 2788. Repertus est a. 1868 prope ecclesiam parochialem S. Petri *de Villaverde*, $1^1/_2$ *leguas de Cangas de Onis*, ubi servat Antonius Cortés; silex formae irregularis situs m. 6.20, latus 0.46. Litterae videntur esse optimae saeculi primi.

M I
CASSIO
COROVESCVM
IVI · FIL · VADINIENSI
LX V
FII · SVOS

Roda *museo español* IV 1876 p. 847, Vigil *Asturias* p. 300 tab. J I 2.

V. 1 elementum post M positum videtur punctum esse. V. 3 extr. possunt litterae aliquot deesse. V. 5 non videtur integer servatus esse. Legendum igitur:

M(anibus); Cassio Corovescum [quod est gentis nomen] ...*ivi* [aut ...*ni*] *fil(io) Vadiniensi* [annorum?] *LXV?; fi*[*lius*] *suos* [*posuit*].

5731 ad 2710 (Eph. IV p. 18). Extat ibidem (*S. Martin de Borines*); cippus altus m. 0.74, latus 0.20, litteris rudibus, sed claris; puncta rotunda ut in n. 5729.

M · PO · DIS ·
MA · AVO
PAE · AN
LX · EX GEN
ABLAIDACO
RV·FIL·P·PO

Guerra *Cantabria* p. 80 ex ectypo misso a Firmino Canella Secades; Vigil *Asturias* p. 469 tab. S^a III 4 optime delineatam.

V. 2 MA Guerra; est potius nexus ex M A N litteris, AVO *Aelo* Guerra, AVO *Avo* Vigil, quod mihi videtur verum esse. 4 extr. GEN Vigil; quod dedi Guerra, recte.

Legendum igitur: *m(onumentum) po(situm) dib(us) Man(ibus), Avopate an(norum) LX ex gente Ablaidacoru(m), fil(ius) p(atri) po(suit)*.

5732 ad 2714. Extat in *Corao, parroquia de Abamia, una legua de Cangas*; cippus altus m. 0.88, latus 0.37; litteris rudibus, sed perspicuis; puncta ut in n. 5729.

⳩
D · M · M ·
TER · BOD · VA
POS · MAT
SVE · CAR · V
OC · C · ARSC
AE · AN · XXCIIX
COS · CCCXXIIX
S · T · T · L

Rada *museo español* VI 1876 p. 563; Guerra *Cantabria* p. 81 cum imagine optime; Vigil *Asturias* p. 300 tab. J I 3.

Testes consentiunt, praeterquam quod Guerra v. 1 O legit, quae Vigilii recte sine dubio D est. Puncta addita incuriose interdum lectionem impediunt quidem, sed videtur haec esse:

D(is) M(anibus) m(onumentum); Ter(entius) Bod(ero?) Va(diniensis) pos(uit) mat(ri) sue car(ae) Voccarecae [aut *Voc(oniae) Corecae*] *ann(orum) XXCIIX* (= *LXXXVIII*) *co(n)s(ulatu) CCCXXIIX, s(it) t(ibi) t(erra) l(evis)*. De aera dixi in praefatione; est fortasse anni u. c. 876, p. C. 123. Guerra tribuit a. p. C. 290.

5733 (= Eph. III n. 29). Extabat *cerca de la iglesia parroquial de S^a Eulalia de Ujo, concejo de Mieres, en un castañedo del Conde de Canalejas*, ad radices montium *Sierra de Pajares*, in itinere a Legione ad oram maris Cantabrici; nunc Oveti in museo provinciali, quo detulit Comes *de Canalejas*. Cippus parvus, altus m. 0.49, latus 0.26; litteris rudibus.

LVCIVS
CORONAS
EVERVSM
ILES LEG VII ·
GEMAE · >VE
TER ET OCTA
VIA PROCVLA
VSLLM

Descripsi ex ectypo misso ab Eduardo Saavedra, qui edidit in *el Eco de Asturias d.* 22 m. Sept. a. 1874; Vigil *Asturias* p. 498 tab. k XX.

[dei nomen excidit] | *Lucius* | *Corona Severus m*|*iles leg(ionis) VII* | *Gem*[*in*]*ae* (*centurio*) *Veter(is) et Octo*|*via Procula* | *v(otum) s(olverunt) l(ibentes) l(aeti) m(erito)*.

V. 5 legionis cognomen breviatum est insolenter; neque vero legi potest P · F.

V. 6 TERROOTA Vigil, non recte.

P. aliquis *Corona Sex. f.* infans annorum IX memoratur in titulo Tarquiniensi CIL XI 3428.

5734 *Santianes de Tuño*, reperta inter relliquias aquae ductus prope viam antiquam.

Q F
LARIBVS
VIALIBVS
EX VOTO

Vigil *Asturias* p. 578 tab. Qb VI n. 22 e schedis Martinez Marina.

In Q F litteris possunt latere nomina eius qui dedicavit.

5735 Rep. a. 1884 *en un terreno donde se cree haber existido la primitiva iglesia de S. Juan de Beleño*; servat ibi Antonius Gomez, lapis formae irregularis, altus circiter m. 1.66, latus infra circiter m. 1, litteris rudibus sed perspicuis, saeculi fortasse secundi.

pugio
D M M
AEL
POS SEP SIL
FRA SVO VAD
ANNO XXXV
S T T L
palma *equus* *cervus* *palma*
s. arbor *currens,* *currens* *s. arbor*
in cuius corpore inscriptum est
SEP SIL BEL
avis

Vigil *Asturias* p. 471 tab. Ta I 2 delineatam a Ricardo Acebal.

Erit *d(is) M(anibus) m(onumentum) Ael(ius) pos(uit) Sep(timio) Sil(o) fra(tri) suo Vad(iniensi) anno(rum) XXXV s. t. t. l. Sep(timii) Sil(i) bel(lator?)* equi nomen incertum est; *caballo de guerra* vertit Vigil, fortasse recte.

5736 *En la feligresia de San Miguel de Coña, á la falda del puerto de Sueve, concejo de Parres, recogida por D. Sebastian de Soto Cortés;* cippus altus m. 0.42, latus 0.33.

V M
P· VSM
ANIOVSSCoPCIAo
NNACAVMMAIAII
CAIILIONIGAII · IIX
GIINTII PIINIORV
ANNO · XV
PATIIR · FILIAIIQ
POSSVIT
DO · NO · POS
IIII · IIT · VICT · COS p. C. 265

Descripsi ex ectypo a Guerra misso; Vigil *Asturias* p. 459 tab. Pa *I* n. 1 ex ectypo, ut ait, imperfecto, quod misit a. 1876 Sebastianus de Soto Cortés. Agnoscuntur haec fere:

[*monument*]*um* | *p*(*ositum*) [*dib*]*us M*[*anibus* ..... | .... | *Caelionicae ex* | *gente Peniorum*(*m*) | *anno*(*rum*) *XV* | *pater filiae o*[*pt*(*imae*)?] | *posuit* | *do*(*m*)*no Pos*(*tumo*) | *IIII et Vict*(*orino*) *co*(*n*)*s*(*ulibus*).

Guerra legit [*monument*]*um* | *p*(*ositum*) [*dis omnib*]*us M*[*anibus Scopeia O*]*nnaea Unmaiae* | *Caelionigae ex* | *gente Peniorum*(*m*), | *anno*(*rum*) *XV*, | *pater filiae q*(*arissimae*) | *posuit* | *do*(*mino*) *no*(*stro*) *Pos*(*tumio*) | *IIII et Vict*(*orino*) *co*(*n*)*s*(*ulibus*).

5737 Fragmentum, ut videtur, quod provenit *de la parroquia de Coñño y obra en poder de un particular de Villanueva de Cangas;* vocabulum latum est m. 0.125.

C O *S*

Vigil *Asturias* p. 460 tab. *Pa I* 3, ex ectypo misso a Sebastiano de Soto Cortés.

Consulatus indicatio incohata, cui numerus deest.

5738 *En una eminencia de la parroquia de S*^a^ *M*^a^ *Magdalena de Gamoneda*, chiliometr. 12 a *Congas*, lapis altus m. 0.37, latus 0.47, litteris rudibus; equi aliusve animalis imago admodum rudis infra est scariphata ad arborem ligati, in cuius crure et pectore scripta sunt vocabula versus ultimi.

D M M · POSS
DOV · FIL · SVE
CAR FLA ANXX
C · CCCCXXCII
equus
ELA VII

Vigil *Asturias* p. 301 tab. ^a^ III n. 7 ex ectypo et delineatam a Sebastiano de Soto Cortés. Lectio videtur satis certa esse, interpretatio incerta est

d(*is*) *M*(*anibus*) *m*(*onumentum*) *poss*(*uit*) *Dov*(*erus*) *fil*(*ie*) *sue car*(*e*) *Fla*(*vie*) *an*(*norum*) *XX c*(*onsulata*) *CCCCXXCII; tela VII?*

Cf. *bel*(*lator*) equi, ut videtur, nomen n. 5730.

5739 *En la parroquia de S. Juan de Godan, termino del lugar de Ablaneda, á 2 kilometros de Salas*, rep. a. 1888 *en una tierra de labranza propia de D. Alvaro Diaz.* Servatur Oveti in museo; est cippus rudis altus m. 0.63, latus 0.50; litteris rudibus saeculi, ut videntur, primi.

FLAVS ·
AVLEDI · F ·
C A B A ⊕ C
VS · Ↄ · BERI
SO · AN ·
XV · H · S · E

Vigil *Asturias* p. 513 tab. E b XII n. 35 delineatam accurate.

Fla(*v*)*us* | *Auledi f*(*ilius*) | *Cabarc*(*i*)*us* [*gente*?] *Beri*|*so an*(*norum*) | *XV h. s. e.*

5740 Rep. a. 1888 *en la Peña llamada del Rey, terminos del concejo de Castrillon.*

MAXSVM
ORVSIDI
IIANORVM
XXX CRO
VESICA
MATER ET
PATERPOS
IERVNT
O M E

Vigil *Asturias* p. 330 tab. N II ex imagine delineata a Bances, historico Praviae, in schedis Martinez Marina, t^o^ 8°, *legajo Castrillon*.

Lectio certa est: *Maxsum*|*a Rubidi* | *f*(*ilia*) *anorum* | *XXX Cro*|*vesica* | *mater et* | *pater pos*|*ierunt* | *o*(*b*?) *me*(*moriam*?).

5741 Rep. *á orillas del rio Piloña, cerca de la sierra y de la posesion llamada del Arenal;* extat in oppido *Villamayor, concejo de Piloña, en la casa de D. Antonio del Arenal, cerca de la iglesia parroquial, en un canto rodado, en la fachada principal;* lapis altus m. 0.80, latus m. 0.42, litteris vetustis et rudibus, sed perspicuis.

MOCVLATI
OCMVGILIS
SEGISAMO
GENTE VIRO
MENICORM

(in latere: > X O X X X)

Vigil *Asturias* p. 468 tab. S^a^ I n. 2, qui delineavit a. 1885.

Moculati (aut *M*(*anibus*) *Oculati*?) | *Ocmugilis* (aut *Oc*[*ulatius*] *Mugilis*?) | *Segisama* | *gente Viro*|*menicorum* | *ann*(*orum*) *XXX*

De Segisamone patria huius viri dixi p. 327 ad n. 5915.

5742 *Corain, parroquia de S*^a^ *Eulalia de Abamia, una legua de Cangas*, ubi fuit aedicula S. Eugeniae, rep. a. 1878; servat Sebastianus de Soto Cortés.

D · N · M
POS·TEAE FILI
E SVE · CANTIAN
ORV ·.· SIT · TIBI
T E R A L E B E S

Vigil *Asturias* p. 314 tab. ^a^ III 31.

Legendum *d*(*is*) *M*(*anibus*) *m*(*onumentum*) *pos*(*itum*) *Teae filie sue Cantianoru; sit tibi ter*(*r*)*a lebes.*

Nisi nomen fuit *Posteae* aut *Ponteae*.


5743 *San Esteban de Miravalles, concejo de Villaviciosa*, rep. a. 1865 *en el macizo de una pared de la iglesia;* extat Oveti in museo provinciali, in quod intulit Antonius Maria Valdés parochus Miravallensis a. 1877. Cippi pars inferior alta m. 0.34, lata 0.25; litteris non malis.

SEVERILLE
FICAAXX

Guerra *nuevos descubrimientos* p. 10 cui misit Firminus Canella Secades, Vigil *Asturias* p. 808 tab. Ub XI n. 21 delineatam accurate.

Lege *Severille f*(*ilie*) *ca*(*re*) *a*(*nnorum*) *XX*.

5744 (= Eph. IV n. 24). Rep. *en el Sota de Cangas;* in *Corao* servabat Antonius Cortés, nunc est Matriti in museo archaeologico.



Contuli. Guerra *Cantabria* p. 45; Vigil *Asturias* p. 302 tab. J IV 2.

Quod in fastigio lapidis positum est ornamentum fortasse palmae tantum ramus est; Guerra putabat A + Ω esse. A fine legendus est titulus christianus in Britannia repertus Inscr. Brit. christ. p. 170; sed tamen hic quoque titulus non videtur christianae aetatis esse. Legendum a fine:

posuit Sever|o matri suae B|ovidenae an|norum LV ar|ra CCCCLXXIV.

Guerra tribuit aerae christianae a. 438, ego circiter a. 259.

5745 (= Eph. IV n. 20). *En el Soto de Cangas, feligresia de Abamia*, rep. a. 1868; servat Antonius Cortés; cippus rudis altus m. 0.40, latus 0.25; litteris rudibus, quae typis vix exprimi possunt.



Guerra *Cantabria* p. 44 ex imagine photographa, quam misit Firminus Canella Secades; Vigil *Asturias* p. 302 tab. J IV 5. Guerra ita legit:

Xal(ve), in memor(iam) Tugahora. Cert(avit) e(t) migeravit, b(ene) m(e)rente (hun)c (ho)norem G(ermanus posuit).

V. 1 signum crucis cum svasticae n. 5744 comparandum; titulus enim certe christianus non est. V. 5 TETNORENVT Guerra; S minus certa est.

Fortasse legendum:

in memor(iam) Tutano Ruf(i) ser(vi), te miseravit R(ufus) m[e]rente(m); [p(osuit)?] Norenu(s).

Quae supra adscripta sunt, fortasse vitae annos indicant.

5746 *Moracal, a dos tiros de bala de Cangas de Onis*, rep. a. 1872.

L · VALERIVS
POSTVMVS
VX · AN · L
H · S · SST
S · T · T · L ·

Guerra *nuevos descubrimientos* p. 18 cui misit Eduardus Hinojosa.

V. 3 indicatur *Uxamo* patria defuncti, Barca ut videtur (supra p. 387).

5747 Oveti, rep. m. Febr. a. 1885 *cerca de la puerta de entrada á la casa rectoral adosada á la iglesia de Sª Mª de Naranco;* cippus ex lapide calcario altus m. 0.45, latus 0.49; servatur in museo Ovetensi.

Q VIIND
IEICVS
AGIIDIF

Fita *boletin de la Acad.* VI 1885 p. 433 acceptam e Firmino Canella Secades; Vigil *Asturias* p. 221 tab. LVII 5b.

Q(uintus) Vendiricus Agedi f(ilius).

5748 *Concejo de Mieres, rep. por un aldeano, en cuyo poder obraba en 1832;* frustra a. 1877 quaesivit VIGIL.

UIRIUS MC
FVSCOAN
AMORVM
XIIXEXO
CPII

Vigil *Asturias* p. 433 tab. Ja I 2 e scheduła patris.

V. 1 extr. NIT indicari putat Vigil.

5749 *En la falda del puerto de Sueve, lápida recogida por un feligrés de S. Pedro de Villanueva de Cangas;* lapis altus m. 0.28, latus m. 0.40; infra fractum esse apparet.

ↃO DA
GSNTEEETIA
N OAVAA · L · IEX
GENE RATRIVAA
EVAA
MILIA SVO ST

Vigil *Asturias* p. 480 tab. Pa I 2 ex ectypo imperfecto, quod misit Sebastianus de Soto Cortés. Agnoscuntur haec:

[P]o..... da | [ex] gente [R]etia..|no[r]um [et?] ex | gente Ratrium | [fa]milia suorum et ....

5750 *Castro de Castiello, al comienzo de la cuesta llamada de Cabruñana*, intra parietinas aedificiorum Romanorum rep. a. 1884; cippus altus m. 1.60, latus 0.80, fractus a sinistra; hodie pro limine est in porta domus Petri Alvarez, in loco *Castiello*, litteris magnis saeculi primi, cum ornamentis veluti e filis factis. Servatur in horto praedii Fortunati de Selgas *el Pito* dicti, chiliom. 2 a *Cudillero*.

protome mulieris

pelsin AETALAVI·
retuge NEIVXSORI

Vigil *Asturias* p. 320 tab. X 1 ex ectypo a Fortunato de Selgas misso, sed melius idem delineavit postea mihique misit m. Augusto a. 1887.

Supplementa mea sunt.

[Pelsin]ae Talavi f(iliae) [Retuge]nei uxsori.

5751 *En el sitio llamado el Castillo, parroquia de S. Pedro de Sales;* servatur Oveti in museo, cui dedit Braulio Vigon; silex formae irregularis, altus m. 0.60, latus 0.42.



Vigil *Asturias* p. 385 tab. P III q. v. a. 1883; Vigon *apuntes* f. 4 v. tab. I 2.

Quantum desit utrimque incertum est.

V. 4—6 ..RNIF | XV | —Vigon.

5752 *Lienin*, prope *Corao*, rep. per Antonium Cortés.

POS MV
A · D · VAD
AE · SVO
DOM FLA
OL/AN I
COS CCCX
VI . . . T

Vigil *Asturias* p. 303 tab. J 10 ex Escandon p. 497 et ex ectypo, de quo mihi rettulit per litteras. Agnoscuntur

pos(itum), m(onumentum) | Vad[.....] Vad[ar(o) suo | dom(o) Fla[[viobrigensi?] ... an(norum) I... | co(n)s(ulatu) CCCX | VI....

5753 *S. Thomas de Lienin, hijuela de S^a Mª de Grazanes*, prope *Corao, en la esquina de una casa*; postea apud Robertum Frassinelli, ubi a. 1886 vidit vanil., qui putabat iam missam esse Matritum in museum archaeologicum, ubi tamen non videtur extare.

Vigil *Asturias* p. 308 § 10 non descripsit, sed adnotavit mentionem in ea fieri de *un ciudadano de Bedinia*. Fortasse non diversa a praecedente.

5754 Fragmentum rep. a. 1886 *en términos de la feligresía de S. Eulalia de Abamia*; museo archaeologico Matritensi misit Robertus Frassinelli; ubi extat, fragmentum altum m. 0.85, latum 0.15.

D
POS
COIV
CARE
5 IMP C

Descripsi. Rada *museo español* VI 1875 p. 524 qui accepit a Frassinellio; Vigil *Asturias* p. 301 tab. [3] II 6 delineatam ab eodem.

V. 1 om. Rada. V. 2—5 POS | COIV | CARF | MB Rada. V. 5 IMP · C ego; sed recius fortasse Frassinellius.

5755 *Cangas*, fragmentum.

.....VAECIV
...TI....INI
.......PVRI

Vigil *Asturias* p. 303 tab. J 14 qui non vidit, sed habuit e schedis Escandon p. 497.

5756 *Corao*, rep. a. 1886 per Robertum Frassinelli Germanum, qui intulit in museum archaeologicum Matritense; fragmentum ex lapide calcario.

VSAN
ACON
XXVII
ITERRA

Contuli. Vigil *Asturias* p. 301 tab. [3] II 5 delineatam a Frassinellio.

5757 *Feligresía de S^a Mª de Caso, concejo de Ponga*, rep. *á inmediacion del puente de Sellaño, recogida* a. 1876 *por D. Sebastian de Soto Cortés*; fragmentum altum m. 0.84, latum 0.33.

MONO
ANNORV
MVX

Vigil *Asturias* p. 474 tab. Ta I ex ectypo imperfecto.

5758 *En la Peña de la Nubia, parroquia de Barres, á orillas de la mar.*

IIIVV VI VII IN

Vigil *Asturias* p. 342 n. 8 a schedis Martinez Marina 1^a 4^a, *legajo Castropol*.

CONVENTVS CLVNIENSIS.

I. PALLANTIA p. 377.

n. 2716 Contuli Matriti in museo archaeologico a. 1886, cippus altus m. 0.39, latus 0.88. V. 8 in lapide est quod dedi. Becerro p. 73.

2717 Contuli ibidem. 2718.

2719 (m. 0.55 × 0.34). 2720. 2721 Rep. saeculo proximo Becerro, cippus magnus, altus m. 2, latus 0.56, ornatus supra rosis duabus; Becerro p. 74. Contuli ibidem. 2722. 2723 (m. 0.80 × 0.45). 2724 Contuli ibidem. Becerro p. 74.

2725 (v. infra n. 5759). 2726.

Pallantiam adii a. 1884, fructu nullo. Nam noveram quidem ex libro Becerri titulos ibi servari repertos, sed frustra eos indagavi. Etenim qui a. 1887 ibi reperti sunt tituli, dum viam ferream statim erigitur, Matritum asportati sunt per Eduardum Saavedra plerique; sed remanserunt non pauci aliique postea accesserunt. Edidit illos Saavedra accurate, ut solet, in Petri Sabau libello academico *noticia de las actas de la R. Academia de la Historia* a. 1880 p. 87 ss. ex ectypis eisdem, quae mecum communicaverat. Postea eos repetivit Ioh. de Deo de la Rada y Delgado, cum pavimentum tessellatum Pallantia eo delatum, quod praeter alia quattuor anni tempora continet, describeret *museo español de antigüedades* vol. VI 1875 p. 477 ss. et 518 ss.

Addidit ibidem titulum unum in thermis Pallantinis repertum, quae ab oppido ipso distant (n. 5760), unumque sepulcralem (n. 5766). Ipse adieci huic capiti tesseram Pallantinam (n. 5763), monumentum insigne, in quo nomen oppidi vetusto more simplici *l* scribitur. Tesserae huic altera nuper accessit vetustior n. 5768.

Reliquos ex libro Ricardi Becerro de Bengoa inscripto *el libro de Palencia* (Pallantiae 1874 pp. 268 8.) solo novi. Cum parum perite descriptos esse appareat, doleo quod nec lapides videre neque ectypa eorum nancisci potui. Quem idem Becerro postea edidit libellum ad peregrinatorum usum destinatum *viajes descriptivos de Palencia á la Coruña* (Pallantiae 1883 8.), frustra consului. Sepulcra ait Becerro reperta esse a dextra viae, quae ad *Monzon* ducit, multa, pleraque tecta fuisse lapidibus grandibus, qui viderentur aetate demum recentiore ad usum illum adhibiti esse. Non omnes se descripsisse ait Becerro, cum opponeret infra editos n. 5761. 5764. 5765. 5767—5778.

In *Valladolid* urbe, quae huius regionis est, praeter titulum Legionensem eo delatum (n. 2664) dicuntur servari aliquot monumenta Romana in museo provinciali ad S. Isidorum; oppidum denuo adire non potui. Non procul ab urbe et prope *Padilla del Duero* vicum effossiones institutae sunt, quae pavimenta tessellata, arcam, vascula ex argilla rubra cet. protulerunt; vidi de eis relationem factam per Eduardum Orodea e Ibarra et Iosephum Marti y Monso, *Comision de monumentos históricos y artísticos de la provincia de Valladolid*, Valladolid 1873 (pp. 11, 8). Iohannis Ortega y Rubio liber *historia de Valladolid* (2 voll., Valladolid 1881, pp. VIII et 355 et 388, 8.) aliunde iam nota tantum refert (v. *boletín de la Acad.* III 1882 p. 77 ss.).

5759 ad n. 2726. Pallantiae, nunc Matriti in museo archaeologico; cippus parvus, litteris rudibus.

D I M A
M I S V S
L'VARIOPoS
|VIO VA P
M
XXXI

Descripsi. Saavedra apud Sabau *noticia de las actas* a. 1868 p. 6 s. qui vidit et ectypum sumpsit.

V. 3 LVARIOPOS | TVIOVAPN Saavedra, fortasse M recte omnino; videtur enim M omissa linea superposita ad versum superiorem retrahi.

Di(s) Manibus L. Vario Postumo Var(ius) p(ater); an(norum) XXXI.

5760 (= Eph. III n. 30). Pallantiae, ara parva; servatur Matriti in museo archaeologico.

NVMINI
SACS
VM
V · C
o o

Contuli a. 1866. Rada *museo español* VI 1875 p. 510.
V. 4 prorsus evanidus; C tantum litterae vidi vestigia.

5761 Pallantiae, ubi reperta sit non indicatur, basis rotunda marmorea.

VICTORIAE AVGVSTI
T · CALPVRNIVS · FRONTO · V · S · L · M

Becerro p. 77.

5762 *Paredes de Nava*, aes longum m. 0.062, altum 0.06, pondo gr. 63, rep. d. 12 m. Febr. a. 1888, in colle ebiliom. unum ad orientem ab oppido, dextras duas iunctas repraesentans. In facie interiore titulus extat scriptus litteris vetustis, altis m. 0.000.

CAISAROS CIIeCIQ_SR
ARCAILO

F. Fita *boletin de la Acad.* XIII 1888 p. 329 ss. qui v. 1 extr. legit IER, quod putat significare *Ier*(o), ut hospitium factum significetur inter *Caisarum Ceciq*(um) et *Ier*(um) *Argailum*. Ego potius lego *Caisaros Ceciq*(um) *pr*(*inceps?*) *Argailo*(*m*) alterumque solum hospitem puto indicari, alterius vero nomen in altera tessera simili scriptum fuisse. Argaeli Uxamenses noti sunt.

5763 (= Eph. I n. 141). Prope *Paredes de Nava* oppidum non procul a Pallantia Arevacorum situm, in pago dicto *Frechilla*, a. 1870 reperta est lamella aenea longa, dum integra erat, m. 0.10, alta vix 0.06. Adsunt foramina quattuor clavis destinata, quibus lamella affigi potuit; duo praeterea foramina minora litteris versus quinti inserta postea videntur facta esse nescio qua causa. Litterae altae sunt m. 0.004.

IIII · NON · MART ●
IMP · CAESARE · IIII · COS · ACCES LIC IR
NI · INTERCATIENSIS · TESSERAM
● HOSPITALEM · FECIT · CVM · CI
VITATE · PALANTINA · SIB ● I
●
ET · FILIIS · SVIS · POSTERISQVE ●
ANENI · AMMEDI · PER · MAG
FLAISICVM · HOSPITIO · AMMI
● CAENECAENI
CII

a. u. 752 a. C. 2 d. 4 Mart.

A tergo inter duo foramina versus quinti signa haec scripta sunt

V K'

Descripsi ex ectypo et imagine delineata missis ab Aureliano Guerra et Eduardo Saavedra et edidi in Hermae Berolinensis vol. V 1870 p. 371 ss. (inde Exempla script. epigr. n. 665).

V. 2 et 6 extremis IR et I extra lineas tabellae marginem indicantes scriptae sunt. V. 5 ultimi vocabuli elementum tertium ita D formatum est, ut appareat aut dimidium interiisse aut litteram forma hac Ꟃ fuisse. Deinde ante I finalem fortasse excidit elementum unum in foramine; ut fuerit SIBEI. V. 8 initio pedes litterarum quattuor priorum perierunt in lacuna; *Fraisicum* Guerra, *Flaisicum* Saavedra proposuerunt; hoc verum puto. V. 10 vestigia incerta enotaverunt amici, in ectypo non comparent; puto nihil deesse.

IV non(as) Mart(ias) | imp(eratore) Caesare XIII co(n)s(ule) Acces Licir|ni Intercatiensis tesseram | hospitalem fecit cum ci|vitate Palantina sibi | et filiis suis posterisque. | Aneni Ammedi per mag(istrum) | Flaisicum hospitio Ammi | Caenecaeni.

Flaisicum sine dubio gentis nomen est; reliqua interpretationis minus certae. Putavi *Aneni Ammedi* (*filii*, quod vocabulum in illa regione solet omitti) nomen eius esse, qui inter Accem et Palantinos egit per *magistrum* sive magistratum illum *hospitio*, i. e. domi, *Ammi* (quod nomen non infrequens est) filii *Caenecaeni*. Vix enim *Aneni Ammedi* cum *posterisque* iungendum.

Intercatia sine dubio Vaccaeorum oppidum est (n. 2786. 4233), cuius populi etiam Pallantia fuit.

5764 Pallantiae.

L ATTO PROLO
CAESARAVGVS
TANO ANXXXX
ATTA S.... VRN

Becerro p. 72.

Lego *L. Att*[*i*]*o Pro*[*c*]*lo* | *Caesaraugus*|*tano an*(*norum*) *XXXX* | *Att*[*i*]*a S*[*at*]*urn*|[*ina* ....

5765 Pallantiae.

D M
LVC · POM
P R I M O
INTERAMICO
A N L X X V
POMPEIANV

Becerro p. 75.

V. 2 LVC error est sine dubio descriptoris.

Lege *d*(*is*) *M*(*anibus*) *L. Pom*[*p*(*eio*)] | *Primo* | *Interam*[*n*]*ico* | *an*(*norum*) *LXXV* | *Pompeianu*[*s*] ... .

5766 Pallantiae, nunc Matriti in museo archaeologico; cippus altus m. 0.73, latus 0.54; litteris bonis saeculi secundi.

L · ANT · FLAVI
NO · AN · LXV
L · ANT · MA

Descripsi. Rada *museo español* VI 1875 p. 514.

5767 Pallantiae.

D M
L · CAELI · IASO
NIS · AN · XLIIX
POSVIT CO
E · RVF · VXOR
PIENTISIMA

Becerro p. 74.
V. 2 errore typothetae XVOR positum pro VXOR. Lege
d(is) M(anibus) | L. Caeli Iaso|nis an(norum) XLIIX; | posuit Ca|e[l(ia)?] Ruf(a) uxor | pientis[s]ima.

5768 Pallantiae.

D M
C · LOVARTINO
AN · XXV · LICINI
A · IVLIA · FRATRI
PIENTISIMO

Becerro p. 79. Lege
d(is) M(anibus) | Cl(audio) Quartino | an(norum) XXV Licini[a Iulia fratri | pien|tis[s]imo.

5769 Pallantiae.

D M S
CL REBVRRO
..CASSIVS REB
P F F C

Becerro p. 74. Lege
d(is) M(anibus) s(acrum); | [C]l(audio) Reburro, | [C.] Cassius Reb(urrus) | p(atri) f(ilius) f(aciendum) c(uravit).

5770 Pallantiae.

D M
IVLIAE
CHRYSIDI
AN · XXXX
SEMP · HISPA
VXORI · PIENT

Becerro p. 79. Lege
d(is) M(anibus) | Iuliae | Chrysidi | an(norum) XXXX | Semp(ronius) Hispa(nus) | uxori pient(issimae).

5771 Pallantiae.

SEMPRONI
AEACCAE
CI...TONIS
....
....
....
TIVSSEM
PRONIANVS
ET VETTIA
SEMPRONILLA
MATRI F C

Becerro p. 72 s. Lege
Semproni[ae Accae | C[api?]tonis | ... [Vet]|tius Sempron[i]a]nus | et Vettia | Sempronilla | matri f(aciendum) c(uraverunt).

5772 Pallantiae.

M · VRIO
CANTAB
RO SIBI

Becerro p. 75. Lege
M. V[a]rio | Cantab|ro sibi ....

II. CAVCA p. 378.

n. 2727. 2728.
In titulo Caesareae in Mauretania reperto memoratur *Saecius* aliquis *Caucesis* eques alae II Thracum CIL. VIII 9320.

III. SEGOVIA p. 379.

Accedit *Aguilafuente.*

n. 2729 Extat in museo Segoviensi, alta m. 0.28, lata 0.25, litteris altis m. 2.25; ectypum misit Fita.
2730 Quae Kubitschek de trib. Rom. orig. p. 174 de Interamna eiusque tribu adnotavit, irrita sunt; nam *Papiriae* tribum minime, fortasse matrem defuncti indicat. 2731 Imaginem tituli photographam exhibet Fita *boletin de la Acad.* VIII 1882 p. 12. 2733—2736.
2737. 2722. 2732 (v. infra n. 9773). 2740. 2741. 2742 Extat ibi, lapis altus m. 0.59, latus 0.69. 2743—2742.
2747 Extat in museo, lapis altus m. 0.59, latus 0.84, litteris m. 2.02 optimis; ectypum misit Fita. V. 2 extr. video IVVENALI·C·L.
2748. 2749 (v. infra n. 2774). 2750—2752. 9727 (v. infra n. 2772). 2722. 9752 (v. infra n. 5776).
2720 (v. infra n. 2777). 2721. 2762.

Mense Septembri a. 1222 P. Fidelis Fita Segoviam adiit titulosque ibi descripsit antea nondum observatos aut a Somorrostro imperfecte editos quattuordecim (v. *boletin de la Acad.* XIII 1282 p. 302 ss. et XIV 1289 p. 322), quos infra exhibui secundum ectypa ab ipso missa. Quorum numeri supra exhibentur nudi, interierunt plerique. Accessit praeterea titulus unus ex *Aguilafuente* (n. 2787).

Raimundi de Pret libellus *datos históricos sobre el acueducto de Segovia* (Matriti 1820, 4.) ad titulos non pertinet. Nicolaus Duque, sartor antiquarius Segoviensis, misit imaginem lithographam diu a me efflagitatam, in qua exhibentur tilae lapidum ternae ad verum depictae (m. 0.09 ad m. 1), quae titulum aquaeductus Segoviensis continebant ab utroque latere olim scriptum litteris aeneis. Lapides sunt in parte, quae ad orientem spectat, 52, facies longa m. 17.44; ad occidentem sunt lapides 92, facies longa m. 17.20. Supersunt foramina, in quibus litterae infixae erant, ab oriente certa 372, incerta 92; ab occidente 142 et 47; praeter maiora 20, quae ad litteras non videntur pertinuisse. Thomas Mur architectus delineavit accurate; tabula inscribitur *copia del estudio original ecartela del acueducto de Segovia hecho a espensas de la sociedad economica Segoviana de amigos del pais* prodiitque a. 1666. Titulum inde restituere frustra conatus sum; sed apparet eum continuisse versibus duobus longis unoque brevi litteras minimum 136. Unde de Flaviis Traianove cogitaverim.

5773 ad n. 2739. Extat in muro urbis, ad portam S. Iacobi, exeuntibus a manu sinistra; cippus ex lapide granite, altus m. 1.02, latus 2.43.

TANCINO
AMONI
CVM · NIO
N · LXXX
S · S · SIS
arcus quattuor

Fita *boletin de la Acad.* XIII 1222 p. 313 q. v.
V. 5 S(alve); s(alvus) sis Fita.

5774 ad 2749. Circa ecclesiam S. Spiritus, in figlinis *del Sr. Ochoa*, ad ripam *Clamores* fluvii; lapis altus m 0.27, latus 0.46, litteris bonis, altis m. 0.065.

SEMPRONIO
CAMPANO · AN
AS · L · ALLA · F · C · S · T
T · L

Descripsi ex ectypo; Fita *boletin de la Acad.* XIII 1882 p. 317 q. v.

5775 ad n. 2757. Extra portam S. Andreae, loco alto muro infixa.

RVFINAE · M
ARCELLAE · NAR
CI · F · AN · XXX · COR
SEXSTVS · MARI

Fita *boletin de la Acad.* XIII 1828 p. 316 q. v.
V. 1 VRSINAE legerat Somorrostro.

5776 ad n. 2782. Extat extra portam S. Andreae, *en el primer cubo de la muralla*, iuxta n. 2747 et n. 2784; lapis altus m. 2.44, latus 0.59, litteris altis m. 0.040, evanidis.

NTALI | TVLON
AN · LXV | AN · LXXV
VAL · VI | V · VALE
TVLVS | IANVE
VX · POS | PATEI
S · T · T · L |

Descripsi ex ectypo, quod Fitae lectionem confirmat; Fita *boletin de la Acad.* XIII 1888 p. 312 q. v.
V. 1 fuitne NTALI *Natali*?

5777 ad n. 2768. Extat ibi, sed loco alto posita *cerca de la ventana del matadero*, musco paene tecta.

D · M · S
L · D · HI | FILIVS
ESVT | MTRI · F
O · IVN | VALEI
S
IORI | ANNO
EV · LXXX
S · T · T · L

Fita *boletin de la Acad.* XIII 1888 p. 316 q. v.
b V. 8 AN·DEVSO· ANNO Somorrostro legerat.

5778 Segoviae, in muro castelli (*Alcázar*), infra hortum (*debajo del parque*), versus septentriones; lapis calcarius, altus m. 0.24, latus 0.84, litteris altis m. 0.03 non bonis.

astrum lunula astrum
D M
L · AEMILIO · LIB
EGALI · AN · LXV ·
A . . . .

Descripsi ex ectypo; Fita *boletin de la Acad.* XIII 1888 p. 329 q. v.

5779 Segoviae, una cum n. 2778, cippus ex lapide granite, altus m. 0.80, latus 0.35, litteris altis m. 0.05, evanidis.

ALLAE
COVNEID
OQCIPOLI
VS · VEOR
S · T · T · L

Descripsi ex ectypo; Fita *boletin de la Acad.* XIII 1888 p. 310 q. v.
Fuitne *Allae Couneidoq(um) C[ip]olius*?

5780 Segoviae, una cum n. 2772, lapis calcarius altus m. 0.73, latus 0.47, litteris optimis altis 0.045, saec. I.

BATO
EICVN
VRAVI · F
AN VIVS
S · T · T · L

Descripsi ex ectypo; Fita *boletin de la Acad.* XIII 1888 p. 314 q. v. Lege: [*Am*]*bato* [...]*eicum Uraui f(ilio) an(norum numerus postea inserendus) vi(v)us s. t. t. l.*

5781 Segoviae, una cum n. 2778, lapis calcarius altus m. 0.81, latus 0.40, litteris non bonis, altis m. 0.04, punctis magnis triangularibus.

ANNAE · A
STICVN
TETIE · F
AN · L
S · T · T · L

Descripsi ex ectypo; Fita *boletin de la Acad.* XIII 1888 p. 318 q. v.

5782 Segoviae, extat prope n. 2732, in angulo latens; cippus altus m. 1.38, latus 0.22.

Q · CAELO
M//////////
M //////////
S · T · T · L
aquaeductus

Fita *boletin de la Acad.* XIII 1888 p. 314 q. v.

5783 Segoviae, in figlinis *del Sr. Ochoa*, una cum n. 2742; lapis altus m. 0.43, latus 0.57, litteris altis m. 0.02, satis vetustis.

Q · CVRIO · PA
Q · A B.IQ VR

Descripsi ex ectypo; Fita *boletin de la Acad.* XIII 1888 p. 317 q. v.
Q. Curia Pa...|*q. Abliqa*[*m*] ...
V. *Q(uirina)*?

5784 Segoviae, extra portam S. Andreae iuxta n. 2747, *en el primer cubo de la muralla*, lapis altus m. 0.58, latus 0.30.

P · ACCIQ
AN · LXX
////// A T
S · T · T · L

Fita *boletin de la Acad.* XIII 1888 p. 310 q. v.
P(ublicio) Acciq(uus) Fita, probabiliter.

5785 Segoviae, una cum n. 2778, cippus ex lapide granite litteris perquam evanidis.

astrum
patera simpulum
TI · ////// ON
I . . . .
. . . .
PATRI · F · C

Descripsi ex ectypo; Fita *boletin de la Acad.* XIII 1888 p. 314 q. v.

5786 Segoviae, una cum n. 2778, pars superior cippi ex lapide granite, alta m. 0.47, lata 0.80, litteris bonis saeculi primi, altis m. 0.04.

C · VALERIO ////
/////VLO · TA
M N I C V M
. . . .

Fita *boletin de la Acad.* XIII 1888 p. 314 q. v. et *C. Valerio* [*L. f. Cama*]*lo Ta*[*maga*]*nicum* supplevit. Malim *Famulo*.

5787 *Aguilafuente*, a Segovia versus *Cuellar* et Caucam, in angulo septentrionali ecclesiae S. Iohannis; cippus altus m. 2.44, latus 0.47; litteris bonis saec. I vel II.

D M
OSCONOAE
ANOEVN · XIX
MAGIA FILIAS
SVCAE
IVS · FILIAE
ET · SIBI · F · C

Fita *boletin de la Acad.* XIV 1888 p. 272, cui misit Iesús Grinda.

III*. SEGONTIA (*Siguenza*) p. 388.

Accedunt *Buenafuente* et *Medinaceli*.

n. 2847 (p. 380).

Segontiae Arevacorum, de cuius situ dubitari nequit, cum hodierna *Siguenza* in eodem loco collocata sit, titulus inscriptus nullus repertus erat; unde vici *Bujarrabal* in vicinia urbis eius siti unicum sepulcralem (n. 2847) contribui cum Numantinis. Iam vero cum Segontiae prodiisset ara Eponae, quam Arevacos equorum amatores coluisse non miramur, proprium ei caput tribuere visum est, quod collocari debeit post Segoviam; nam a Numantia longius distat. Cum Segontia contribui praeter vicum *Bujarrabal* etiam *Medinaceli* oppidum paullo magis versus septentriones situm in via Bilbilim. Oppidum Romanae originis esse testantur moenia sine dubio Romana et arcus reliquiae; sed quale illud fuerit, certo definiri nequit. In *Celi* altera nominis hodierni parte, cum altera originis sit Arabicae, nomen aliquod vetustum latere fortasse immutatum non caret quidem probabilitate; sed cum Plinius Arevacis sex oppida tribueret, e quibus quinque nota sunt Segontia Uxama Segovia Termes Clunia (*III* § 27), cogitari potest non sine aliqua probabilitate de *Nova Augusta* sexto quod dicit oppido, olim aliter fortasse appellato, quod *ubi* situm fuerit aliunde notum non est. Sed coniecturam tantum proferre volui, ut investigarent accuratius incolae Medinacelitani.

Prope *Medinaceli* oppidum versus meridiem et occidentem iuxta coemeterium in ipsa via Romana extat arcus Romanus, latus in universum m. 13, altus 2, portarum trium; supra mediam in epistylio utrimque titulus olim fuit ex litteris aereis constans, quarum foramina supersunt. Arcus, quem scriptores Hispani saeculorum XVI et XVII saepe memorarunt, novicii prorsus neglexerunt, imaginem accurate delineatam debeo Aureliano Guerrae; partis eius, in qua foramina illa cernuntur, imaginem photographicam frustra adhuc obtinere conatus sum.

5788 (= Eph. IV n. 22). Segontiae (*Siguenza*), rep. saeculo proximo medio, *mas allá del convento de S. Francisco*, ubi apparuit pavimentum tessellatum in parietinis templi alicuius; arula alta m. 0.615, lata 0.325.

EPONAE
S · SEC
CVNDVS
V · S · M

in latere 

Guerra *Cantabria* p. 47. Lege:

Eponae s(acrum) Se[c]undus v(otum) s(olvit) m(erito)

Ornamentum lateris fortasse ex curriculi imagine ortum est.

5789 (= Eph. II p. 243). *Medinaceli*, lapis longus m. 1.43, altus 1.08, crassus 0.80, servatus in praedio quodam iuxta murum oppidi Romanum collocatum, parti muri eius inferiori infixum. Tituli tres in uno lapide iuxta incisi. Litterae elegantes saeculi fere primi exeuntis ineuntisve secundi.

VALERIVS	V A L E R I A	T · L I C I N I V S
BEDECQ	V E N N I Q	Q V I R
CANDIDVS	S V C E S S A	T I T V L V S
H · S · E	C A N D I D I · V	CORNVTANVLVS
s S ·	V · S · E M A R I T O	H · S · E · SVC · SA s
	F · C	D · S · F · C ·

Descripsi ex ectypo a Guerra misso; Fita *museo español de antigüedades* IV 1875 p. 238 cum imagine accurate facta.

Valerius Bedacq(um) Candidus h(ic) s(itus) e(st); [val]e (?)

Valeria Venniq(um) Successa Candidi u(xor) v(iva) s(ibi) et marito f(aciendum) c(uravit)

T. Licinius Quir(ina) Titulus Cornutanulus h(ic) s(itus) e(st), Suc(cessa) s(o)r(or) d(e) s(uo) f(aciendum) c(uravit)

Bedaciqum et *Venniqum* gentilitatum nomina sunt in regionibus illis non infrequentia; *Licinius* quidam *Titulus Coronicum* est in titulo Segoviensi n. 2742. *Cornutanulus* fortasse et ipsa originis indicatio est iam magis Romana.

5790 *Buenafuente, cerca de la divisoria de Huerta Hernanda, diócesis de Sigüenza*, rep. a. 1882 in coemeterio vetusto magno; servatur Matriti in domo Valentiani Carratalá (*calle mayor n.* 118); lapis calcarius altus m. 2.22, latus 0.44, litteris vetustis, intra marginem, qui tabellam ansatam imitatur.

luna

LETONDO
SEGOSSOQ
MELMANDI · F
I · S · E · H

Fita *boletin de la Acad.* X 1887 p. 7 ss.

Segossoq(um) gentis nomen est.

IV. *DURATON* p. 381. 709.

n. 2723—2771. 3090. 5885 (=3089) hic collocandam esse dixi p. 711.

V. CLVNIA cum vicinia p. 382. 709.

n. 2772—2772. 2772 Legitur etiam in Ursini notis ad Taciti Germaniam et inde in fragmentis hist. p. 468. 2777—2779. 2780 Servatur in museo Burgensi, ubi contuli a. 1881; v. 10 TITVLLA in lapide est. 2781—2788. 2788 (v. infra n. 5791). 2790—2822. 2827 Servatur in museo Burgensi, ubi contuli a. 1881; ab utroque latere rosae, a tergo delphinus cum tridente. 2808—2813.

Accessit praeter tabulam patronatus insignem (n. 5782) ex ipsa Clunia titulus sepulcralis unus (n. 5793), qui servatur in *Burgos* urbe in museo ibi ante aliquot annos condito cum titulis aliis ex vicinia, e *Lara* potissimum, eo delatis (infra cap. IX). Adii museum illud a. 1881; ectypa titulorum ibi servatorum postea Guerra misit.

De situ Cluniae dissertatio Bernhardi Antonii Calderon, episcopi Uxamensis, scripta a. 1787 (*situacion de C.*) edita est in *boletin de la sociedad geográfica de Madrid* X 1881 p. 32 ss. non inutilis, sed titulos non continet. De effossionibus Cluniae institutis egit accurate Eduardus Saavedra *boletin de la Acad.* IV 1884 p. 347; tituli vero inscripti adhuc nulli videntur inde prodiisse. De *Burgos* urbe quae scripsit Antonius Buitrago y Romero pauca docent; v. Emmanuelis Oliver iudicium *boletin de la Acad.* III 1883 p. 283 s. *L. Iulius* quidam *T. f. Galer(ia) Leuganus Clunia, veteranus legionis XIV Geminae Martiae Victricis* memoratur in titulo Apulensi Daciae CIL III 1152. De tribu Cluniae aliunde satis constat.

5791 ad n. 2780. *Peñalva de Castro*; servatur *Burgos* in museo provinciali.

DIS MNIB
G · CORNELIO
MATERNO
AN · XX
COR · AVIANVS
ET · AEMILIA · ATTA
FIL · PIENTISSIMO
F · C ·

Descripsi a. 1881.

Exemplum a me olim editum praeter errores minores v. 5 habet *Annianus* et v. 6 *Atia*, quod etiam Guerra legerat.

5792 Cluniae, rep. m. Aprili a. 1887 ad collem *de Nª Sª de Castro* prope *Peñalva de Castro*; lammina aenea alta m. 0.38, lata 0.28, pondo chiliogr. 4.50, litteris optimis.

C · LAECANIO · BASSO
Q · TERENTIO · CVLLEO
NE COS — p. C. 40
CLVNIENSES · EX · HISPANIA
CITERIORE · HOSPITIVM · FE
CERVNT · CVM · C · TERENTIO
BASSO · C · F · FAB · MEFANATE
ETRVSCO · PRAEFECTO · ALAE
AVGVSTAE · LIBERIS · POSTERIS
QVE · EIVS · SIBI · LIBERIS · POSTERI
SQVE · SVIS
EGERVNT · LEG
C · MAGIVS · L · F · GAL · SILO
T · AEMILIVS · FVSCVS

Descripsi ex ectypo a Guerra misso, qui edidit et explicavit *boletin de la Acad.* XII 1888 p. 388 ss. (cf. X 1887 p. 848).

Consulum qui fuerunt altero nundinio anni a. s. nomina plena hic primum innotescunt, ex parte tantum servata in feriarum Latinarum fastis CIL VI 2015.

C. Terentius Bassus C. f. Fab(ia) [transposita enim est tribus indicatio] gentile et cognomen alterum videtur gessisse Mefanatis Etrusci; nam oriundum eum esse ex Mevania Etrusca urbe, quod potuit ita indicari, videtur vetare tribus Mevaniae Aemilia; Cluniae autem tribus Galeria fuit. Comparavit cum eo Rossius in epistula ad Aurelianum Guerra data (*bol. de la Acad.* XIII 1888 p. 222) *L. Tiberium Maefanatem Basilum v. e.* tituli Clusini CIL XI 2115.

Alam Augustam Augusto et Tiberio imperantibus in Aegypto et in Mesopotamia scimus tetendisse (v. Eph. V p. 518); haec utrum in Hispaniam aliquando pervenerit an indicetur alia eius nominis ala ex titulis Gallicis et Italicis nota (Eph. V p. 246), definiri nequit.

V. 10 extr. observa vocabulum *posteri|sque* distributum inter duos versus contra morem titulorum aetatis bonae, spatio puto urgente.

5793 Cluniae repertus, cippus rudis; servatur in museo Burgensi.

D M
ANNA ·
MATER · AL ·
BINE · FILIE
PIENTIS ·
SIME · PO
NIT · AN · N
O · RV · XVI
ET · SIBI

Descripsi a. 1881; ectypum misit postea Guerra.

D(is) M(anibus) | *Anna* | *mater Al|bine filie* | *pientis|sime po|ni* *ann|oru(m) XVI* | *et sibi.*

VI. VXAMA p. 387. 709. XLV.

Accedit *San Esteban de Gormaz.*

n. 2814—2817. 2818.

2818 Adhuc ibi extare testantur Raimundus Depret in Petri Sabau *noticia de las actas de la R. Acad. de la Hist.* a. 1885 p. 63 et Laurentius Aguirre *revista historica latina* I 1874 p. 6. 18. 2820—2831.

De situ Uxamae, *el Castro* prope Osmam, de quo nulla dubitatio est, nuper dixit accurate, ut solet, Eduardus Saavedra, cum viam Romanam ab Uxama per Numantiam ad Augustobrigam tendentem describeret et delinearet summa peritia in dissertatione *descripcion de la via romana entre U. y A.*, e scriptis academiae historicae Matritensis vol. IX seorsum expressa (Matriti 1863 pp. 118 4. cum lamminis quinque). Effossiones postea eius consilio institutae sunt Uxamae ab academia Matritensi, sed nondum quantum scio tituli inde novi prodierunt. Fragmenta tantum vasculorum, sigilla quaedam ex terra cocta, nummi multi reperti sunt.

In *San Esteban de Gormaz* oppido vel prope illud titulos inscriptos novos repertos esse idem Saavedra adnotavit *boletin de la Acad.* VI 1885 p. 225; sed nondum editi sunt.

Tribus Uxamensium Galeria videtur fuisse secundum testimonium tituli n. 2408; nam quod Kubitschek (de trib. Rom. orig. p. 182) Galeriam non admittendam putat in oppido stipendiario ideoque in titulo illo cogitandum esse de alia quadam Uxama (fuisse praeterea Arganlam scimus), probabilitate caret.

Ceterum in provincia *de Soria* alii extant loci non pauci, in quibus oppidorum vetustorum vestigia comparuerunt certa. Ita iuxta *Villanueva* vicum Soriae proximum oppidi, ipsius Numantiae, ut putabat ille non recte, parietinas detexit Laurentius Aguirre, quarum formam Henricus Lisura depinxit (v. *boletin de la Acad.* I 1877—79 p. 208 n.); similia apud *Lursi* sibi visus est repperisse idem (l. s. s. p. 8). De eius regionis antiquitatibus rettulit Antonius Perez Rioja, *antigüedades Sorianas* (Matriti 1883, 8.; vide de eo libro Eduardi Saavedrae iudicium *boletin de la Acad.* IV 1884 p. 8 ss. et V 1884 p. 105), sed titulos non profert.

VI[a]. TERMES (*Tiermes*).

Τερμεντία (ita codd. optimi, non Ταρμαντία) in bello Viriati apud Appianum (Iber. 78) memoratur neque diversa ab ea sine dubio Τερμησός est a T. Didio anno a. u. c. 656 deleta, quam ille iussit in planitie denuo condi sine moenibus (Iber. 79). Deinde Τερμήσσιοι cum Numantinis nominantur in fragmentis ex Diodoro excerptis (XXXIII 16), *Termestini* dicti in Livii epil. LIV; *Termeste* oppidum eorum Floro est in bello Sertoriano cum Osca Uxama aliisque vicinis nominata (II 10 = III 22), Plinio *Termes* e sex oppidis Arevacorum unum (III 27), de quibus supra dixi (p. 382). Denique Termestinorum animos feroces etiam Tiberio imperante adhuc mansisse indomitos atroci crimine contra L. Pisonem legatum provinciae citerioris commisso Tacitus probat (ann. IV 45). Durasse oppidum Ptolemaei tabulae testantur, in quibus Τέρμες Arevacis tribuitur (II 6, 55). Varia igitur ratione a nominis peregrini forma primaria, quae videtur Termes fuisse, declinata sunt ab hominibus peregrinis, Graecis et Romanis, ut solebant, adiectiva ethnica Termentii (unde nomen oppidi ipsius Termentia originem habuit), Termessi (qui Thermensium Pisidarum nomen videntur aliquo modo imitari), Termestini. Testimonia autem illa omnia ad *N[a] S[a] de Tiermes* ducere, qui est locus desertus (*despoblado*) *en el termino de Carrascosa de arriba, partido del Burgo, provincia de Soria* fere inter Uxamam et Numantiam situs, dudum observatum est; descripsit locum accurate nuper Nicolaus Rabal *una visita á las ruinas de Termancia*, in *boletin de la Acad.* XII 1888 p. 451 ss. Sitae sunt parietinae illae ad aediculam supra scriptam, quae nomen vetustum servavit, inter *Carrascosa de arriba* et *Torreruso* oppida, in collibus *de Carratiermes*, ad fluvios *Pedro* et *Manzanares*, qui in Durium influit. Tituli vero inscripti nuperrime demum inde prodierunt duo, quos hic propono (n. 5794. 5795). Unde etiam Termes oppidum Galeriae tribui videtur adscriptum fuisse.

5794 Rep. en *Tiermes*, servabatur in *Burgo de Osma*; nuper translata est in museum et bibliothecam *Balaguer* in *Villanueva de Geltrú* Cataloniae.

G · IVLIO
PONP
PRAEF · COHO
TRIB · MIL · L

Fita *boletin de la Acad.* XII 1888 p. 121 (cf. p. 488) ex ectypo subministrato a Caelestino Pujol y Camps.

5795 Rep. *en Tiermes*, servatur Carrascosae, *colocada en la fachada de una casa.*

L · PO | NPEIO ·
P L A | CIDO · GAL ·
A D I | IIO N I ·
ANO · | XIX · POM ·
5 C A | NTABER ·
ET · E | MILIA · NA
PE · F | ILIO · PÈN
T I S | SINO · ET ·
S I | BI · P · C ·

N. Rabal *boletin de la Acad.* XII 1888 p. 483.
V. 6 fortasse ÆMILIA in lapide est.

VII. NVMANTIA cum vicinia p. 388.

n. 2832—2835. 2837 Saavedra *via entre Uxama y Augustobriga* p. 52 tab. 3 fig. 4. 2838. 2839. 2840 Saavedra p. 87 tab. 3 fig. 3. 2841 Saavedra p. 87 tab. 3 fig. 2. 2842. 2843 Saavedra p. 87 tab. 3 fig. 1. 2844—2846. 2847 Vide supra cap. III[a] Segontia.

De Numantiae situ dixit Saavedra in dissertatione quam laudavi ad cap. VI; oppidum clarum, quamquam ibi institutae sunt effossiones, titulos novos non videtur protulisse. Vestigia quidem vitae Romanae certa, aedificiorum parietinae, quae totius oppidi formam clare demonstrabant, multaeque res minores repertae sunt (v. enumeratio eorum in Petri Sabau *noticia de las actas de la acad.* a. 1882 p. 1 s.); sed quae dicuntur postea ibi prodiisse arae duae, dedicatae Iovi altera, altera Marti (v. eiusdem *noticia* cet. a. 1888 p. XI), earum ego inscriptiones non vidi a quoquam nec descriptas nec editas.

Accessit novus titulus repertus in *Chavaler* vico (n. 5796).

5796 *Chavaler*, ad ripam *Tera* fluvii, ubi basilica christiana fuit, 1 chiliom. a parietinis Numantiae, *en la casa de los obreros, palacio de los condes de Fuenteventura, sirviendo de jamba en la puerte principal*, lapis longus m. 1.85, altus m. 0.52, crassus 0.25, litteris bonis.

L · VALERIO NASONIS F
QVIR NEPOTI ANXXV
H S E X T

Nicolaus Rabal *boletin de la Acad.* XIV 1889 p. 417.

VIII. AVGVSTOBRIGA p. 390.

n. 2848. 2849 (v. infra n. 5797).

5797 ad n. 2849. Augustobrigae.

LOVGI·S TER
C A R A N C V N
M O N V M E N T

Saavedra *via entre Uxama y Augustobriga* p. 48 tab. 3 fig. 10. Iam puto legendum esse
Lougiis Tere[*ntius* ....*i*]*c*(*am*) *aram cum* .... | *monument*[*um*] ..
Cf. ara Lugovibus sacra Uxamensis n. 2818.

IX. *LARA DE LOS INFANTES* p. 391. 709.

Accedit *Arlanza.*

n. 2850—2868.

E *Lara* oppido tituli prodierunt novi tres (n. 5798—5800), hodie servati in museo Burgensi; quartum, de cuius origine certi nihil rescisceere potui, iis adiunxi (n. 5801), et quintum olim culpa mea omissum (n. 5802), qui videtur periisse. Tituli illi novi docent peculiare illud anaglyphorum genus, quod multis exemplis novimus, frequens ibi fuisse. Accessit titulus ultimus ex Arlanza oppido vicino in idem museum delatus (n. 5803).

5798 Larae rep., cippus similis atque n. 5799; servatur in museo Burgensi, litteris bonis, altis m. 0.03.

rosa

AIAE · CÆL
AON · PEREG
RINI · FILIAE
N · LVI · ME
5 MTRI F · C

mulier sedens d. vasculum (?) tenens, iuxta mensa tripes cum vasculo

Descripsi a. 1881, postea ectypum misit Guerra.

5799 Larae rep., cippus anaglyphis ornatus; servatur in museo Burgensi, litteris bonis, altis m. 0.085.

rosa

A R C E A E
LONGINE · C
F · N · XXXV
Q · EMI · A · F *sic*
5 MTEI · F · C

mulier sedens d. speculum (?) s. flabellum tenens; infra mensa tripes est cum vasculo et corolla

Descripsi a. 1881, postea ectypum misit Guerra, qui adnotat speculum simile esse capiti capillato et barbato (*sobre un eje una cabeza barbuda y de cabellera muy poblada*).

V. 4 evanidus ita OIMIAE mihi visus est in lapide, quod dedi habet ectypum; non esse *optimae* certum est. Videtur igitur legendum *Arceae* | *Longine C.* | *f(iliae) an(norum) XXXV* | [nomen matris casu tertio] | *matri f. c.*

5800 Larae rep., cippus anaglyphis ornatus, litteris bonis, altis m. 0.04; servatur in museo Burgensi.

rosa

CASSIAE
FLAVINAE
C A S S I
FLAVI · F
5 N · XXXV

mulier sedens d. speculum s. corollam tenens, quam imponit virgini iuxta stanti

Descripsi a. 1881; postea ectypum misit Guerra, qui anaglyphum accurate descripsit.

5801 *Burgos, museo provincial*, fortasse ex *Lara* proveniens cippus parvus ex lapide calcario; infra nihil deest.



Descripsi a. 1881.

5802 *En Lara de los Infantes.*

SEMPRON
IO SEVERO
SEMPRONI
FILIO N XV
5 F · F · F · C

Florez apud Mendez p. 238.

V. 5 Fortasse FR · F · C *fr(ater) f(aciendum) c(uravit)*.

5803 Rep. *en el termino de Arlanza* c. a. 1870; servatur in museo Burgensi. Cippus formae singularis caput humanum imitantis; infra nihil deest. A tergo planus est. Litterae pessimae sunt, sed tamen Romanae saeculique fere tertii.



Descripsi a. 1881.

V. 2 MEMOELE legit Guerra, qui ectypum misit. Cogitavi de *Iul(iae) Metelle*, tertia enim E videtur ex E et L ligata esse.

X. TRITIVM p. 394.

n. 2887 (v. infra n. 5804). 2888—2893a. 2894 (v. infra n. 5805). 2895. 2896 (v. infra n. 5806). 2897—2900.

5804 ad n. 2887. Tritii.

D M
DIDIO NA
ECELLO N

Descripsi ex ectypo, quod Guerra misit.

5805 ad n. 2894. Tritii extat.

D *rosa* M
ATILIVS · MAXVMVS · ATILIO · PATERNO
ET ATILIO CAPITONI FRAT

Descripsi ex ectypo, quod Guerra misit.

5806 ad n. 2896. Tritii extat in stabulo Francisci Garcia Salmanticensis pilam sustinens.

SCRIBONI
VS · EPAFRH *sic*
AS · ET SCRI
BONIA · CAL
5 LISSTE · SCRI *sic*
BONIO · NA
TERNO · FILI
O PIENTISSIMO
N XIII

Descripsi ex ectypo, quod Guerra misit.

XI. OPPIDA VARIA CIRCA *BVRGOS* SITA p. 395.

n. 2901—2910. 2911 Extat Pallantiae in aedicula quondam aedis S. Pauli; Saavedra apud Petrum Sabau *noticia de las actas de la acad.* a. 1865 p. 59. 2912—2914. 2915 non Amayae, sed in *Sasamon* hodierno prodiisse mihi scripsit Ioachimus Costa. 2910 (v. infra n. 5807). Edidi cum imagine et explicavi *Archaeol. Zeitung* XXXI 1874 p. 115 ss. tab. 11.

Ad oppida, quorum titulos hoc capite composui, accesserunt tria *San Cristóbal* prope *San Andrés*, *Socastillo* prope *Estollo*, sita illa in valle S. Aemiliani *de Cogolla*, *provincia de Logroño*, deinde *Leiva* eiusdem provinciae, quae cum Oliba Ptolemaei (II 6, 54) creditur convenire propter nominis hodierni similitudinem non sine aliqua probabilitate. Sed *Estollo* vicus, qui est chiliom. 4 versus meridiem a *San Millan* s. S. Aemiliano totidemque ad meridiem et occidentem a *Berceo*, utrum situs sit in loco oppidi vetusti an in fani tantum deae alicuius ignotae, incertum est. Indidem potest provenisse titulus votivus item in *San Cristóbal* repertus; is enim locus chiliom. 2 ad meridiem distat a *Berceo* et totidem ad meridiem et orientem a *San Millan*, ab *Estollo* chiliom. 2 ad meridiem et orientem. Mirum est titulos in locis illis tribus repertos quattuor votivos esse omnes (n. 5808—5811); sepulcralis adhuc nullus inde prodiit. *Berceo* vicum in vita Sancti Aemiliani *Vergegium* appellari adnotavit Fita.

Addendum deinde huic capiti erat terminorum in pratis legionis quartae collocatorum exemplum novum (n. 5807), quod fines pratorum illorum et agri Segisamonensium definivit; de Segisamone dixi infra cap. XI[a].

De vita S. Aemiliani vetusta, edita illa in Hispaniae sacrae vol. L per Vincentem *de la Fuente*, controversia acta est inter Fr. Toribium Minguella, qui scripsit libellum *San Millán de la Cogolla, estudios histórico-religiosos acerca de la patria, estado y vida de S. M.* (Matriti 1883, pp. 290, 8.; vide de eo Fitae iudicium *boletin de la Acad.* III 1883 p. 130 ss.), et Hispaniae sacrae editorem, quem dixi. Is enim Minguellae respondit libello inscripto *San Millan presbitero secular, respuesta al libro del P. Fr. T. M. cet., en vindicacion de lo que éste escribió en el t. L de la España sagrada acerca de aquel santo* (Matriti 1883, pp. 64, 8.; vide *boletin de la Acad.* III 1883 p. 9). Quae scriptiones quamquam titulos inscriptos non exhibent, tamen multa continent, quae ad locorum illorum geographiam vetustam spectant.

Castrorum legionis quartae vestigia supersunt conspicua in colle dicto *Castrillo del Haya* prope Reinosam. Formam eorum depinxit Angelus de los Rios y Rios (modulo 1:4000) misitque academiae historicae Matritensi ex *Proaño* d. 23 m. iun. a. 1871. Quam is academiae Matritensi misit descriptionem loci accuratam (*campamientos romanos de Iuliobriga*) cum imaginibus pontis Romani *de Casasola* alteriusque *de Nestar de Aguilar*, ea edita est me instante *bol. de la Acad.* XIV 1882 p. 500 ss. Tria esse spatia affirmat saepta aggere et fossa, primum in culmine collis medio (*en la cumbre central del campamiento*), alterum in culmine occidentali, in orientali tertium; vias Romanas cum pontibus aditum facere ad castra. Castra haec legionis quartae aetatis Augustae, nam Tiberii aetate Caesaraugustam videtur translata esse, aetate vero Claudii in Germaniam venit, ut accurate delineentur et describantur valde optandum est.

De antiquitatibus Iuliobrigensibus dixerunt Angelus de los Rios in ephemeridibus *el Ebro* et D. Duque y Merino in *revista de España* CV a. 1885 p. 512 ss. Iuliobrigae tribum Quirinam fuisse docuerunt tituli Tarraconenses duo n. 4100. 4240, cum in Lambaesitano CIL VIII 3240 *C. Stabilius Pom(ptina) Maternus Iuliobrigo, miles legionis VII g(eminae) f(elicis)* nominetur, aut de alia Iuliobriga cogitandum aut tribus hominis eius origine diversa explicanda est.

5807 ad n. 2910 (Eph. IV n. 67). Novem terminorum illorum exemplum prodiit prope *Villasidro*; servatur *Burgos* in museo Burgensi, ubi ego frustra quaesivi.

c ISR · AVG
vST · DIVIDIT
pRAT · LEG · IIII
eT AGRVM Se
5 gisaMON

Guerra *Cantabria* (1878) p. 19 et *boletin de la Acad.* III 1883 p. 30.

5808 Repertus in *Socastillo* vico, servatus in *Estollo* apud Clementem Urcey (*calle de la Solana n. 101*), basis alta m. 0.40, lata 0.60, litteris fugientibus.

....
....
SEGONTIVS
OBIONES AV

Descripsi ex ectypo, quod misit Guerra; Fita *boletin de la Acad.* III 1883 p. 133 missam a P. Minguella, et emendatius IV 1884 p. 10 (= *estudios históricos* I p. 3) ex ectypo.

Fita affirmat infra nihil deesse.

V. 2 extr. AN Guerra[1], AM Fita, qui legit *Segontius Obione s(olvit) a(nimo) l(ibens) m(erito)*, Obionam deam esse ratus eandem atque Obaeam.

5809 Rep. *al monte Castello* prope *San Cristóbal*, servatur in vico *San Andrés* apud Candidum Cañas, in curte domus; basis alta pedes c. 3, facies inscripta alta et lata m. 0.04; litteris perquam evanidis.

DERCETIO
SA M e
MA . . . . S
. . S . . . . AC
5 . . . . L · M

Descripsi ex ectypo a Guerra misso, Fita *boletin de la Acad.* III 1883 p. 132 acceptam a P. Minguella et IV 1884 p. 11 (cf. II 1880, 3 p. 307) ex ectypo.

V. 2 qui maxime evanidus est, ita exhibetur C . . A . . . S e a Minguella, SA . . . . M s a Fita, AIO e a Guerra.

V. 5 extr. . . . . M Minguella et Guerra.

Dercetium montem in vita Sancti Aemiliani memorari observat Fita.

5810 *En Leiva de Logroño.*

MERCVRI[...]
[...]PETALI[...]

Descripsi ex ectypo a Guerra misso. Fuitne *Mercurio competali*?

5811 *En Leiva de Logroño*; arula alta circiter m. 0.30, lata 0.22, litteris rudibus, altis m. 0.025.

O O
M[...]NERVE
ARAMAT
LVCVBRVV
C P F

Descripsi ex ectypo imperfecto, quod Guerrae, a quo accepi, misit amicus aliquis mihi ignotus, qui adnotat '*la piedra está deteriorada por todas sus caras, angulos, y aristas, y parece que en la parte superior hay una concavidad á manera de fóculo*'; et de eis quae v. 1 praecedunt: *parecen estos signos.*

Fortasse *Minerve | aram at | lucu[m] Bruc(....?) | c(ultores) p(onendam) f(ecerunt).*

XI[a]. SEGISAMO (*Sasamon*).

Locus, ubi inventa est tabella infra edita (n. 5812), *Sasamon* hodiernum, Segisamo conventus Cluniensis Plinii (n. h. III § 26), ut dudum docuerunt mensurae itinerarii (p. 449, 5. 404, 2 cf. 324, 5), titulos antea nullos protulit. Illud tantum compertum habuimus ex titulo n. 2915, reperto illo inde leugis aliquot magis versus septentriones, qui stationis Segisamonensium mentionem facit, fuisse aut Segisamone stationem fortasse publicanorum, aut prope Segisamonem in loco eo, quo titulus ille prodiit. Nunc tabella in ipso situ oppidi veteris effossa et collocationem confirmat et nomen civium, quod scriptum est v. 6, Segisamonensium esse indicat. Vide etiam quae supra adnotavi ad n. 2915.

5812 (= Eph. II p. 214). Lammina aenea alta m. 0.36, lata 0.22, rep. a. 1869 Segisamone; servatur in museo Burgensi, ubi vidi a. 1881, neque vero accuratius examinare potui, nam armario inclusa absente praefecto musei inde nequivit eximi.

VOT SVCI
FEL FVM LIBEN
PATRONIS MERENTISSIMIS ET·FE
ET PRESTANTISSIMIS ET PIENTISSIMIS
CIVES PIENTISSIMI ET AMICISSIMI · SEG
DOM · NOSTRO · AVG · GOR · ET · AVIOLA · COS p. C. 239
G SEMPRONIO FLAVO
VALERIE SEVERINE · PATRONE NOSTRE
G SEVERIO PRESSO
G VALERIO LVPO
G G TVRELLIO CASSIANO
PVB PARATVS ANTI · CALIOPE
PVB MARTIALIS LIBERTVS · GEN · VA. DONATA
PVB MARITIMVS LIB · GEN BOTIA
PVB MASCELLIO LIB GEN VALERIA BRITTA
PVB MERCATOR LIB GEN VAL · AVANA
VAL CANDIDVS PECTENARIVS
VAL QVINTIO
IVL MORINVS
BEB VALODDVS FVLLO
ANT MISSILLVS SVTOR OCT · SEVERA
IVL EVFEMVS AMAINIVS
ELENVS FVLLO
AEVARISTVS SER · GEN
EMILIVS · SECVNDVS
PELAGIVS CLAVARIVS

Descripsi ex ectypo a Saavedra misso (inde Exempla script. epigr. n. 871), sed excepto ab homine ut videtur minus perito, et, quod peius est, ab eodem atramento repicto. Tamen lectio in universum certa est, litterae accurate et pro tempore illo eleganter incisae.

V. 11 G G TVRELLIO ectypum: aut praenominis littera errore iterata est aut gentilem fortasse significat. V. 12 ANT·I·CALIOPE ectypum; punctum videtur errore positum esse. V. 13 VA-DONATA ectypum repictum, sed videor mihi distinguere quod dedi. V. 16 VAE·AVANA ectypum repictum. V. 22 EVFIMVS ectypum; sed videtur subesse E incuriose incisa.

Vot(a) | fel(iciter) | suc(e(perunt)) | liben(tes) | patronis merentissimis et fe(licissimis) | et prestantissimis et pientissimis | cives pientissimi et amicissimi Seg(isamonenses) | dom(ino) nostro Aug(usto) Gor(diano) et Aviola co(n)s(ulibus),|
G. Sempronio Flavo
Valerie Severinae patrone nostre
G. Severio Presso
G. Valerio Lupo
[g(entili?)] G. Turellio Cassiano
Pub(licius) Paratus — Anti(stia) Caliope
Pub(licius) Martialis libertus gen(tilis) — Val(eria) Donata
Pub(licius) Maritimus lib(ertus) gen(tilis) — Botia
Pub(licius) Mascellio lib(ertus) gen(tilis) — Valeria Britta
Pub(licius) Mercator lib(ertus) gen(tilis) — Va[l(eria)] Avana
Val(erius) Candidus pectenarius
Val(erius) Quintio
Iul(ius) Morinus
Beb(ius) Valoddus fullo
Ant(onius) Missillus sutor — Oct(avia) Severa
Iul(ius) Eufemus Amainius
Elenus fullo
Aevaristus ser(vus) gen(tilis)
Emilius Secundus
Pelagius clavarius

Tessera haec hospitalis a reliquis eius generis monumentis (quae ubi collecta extent indicavi in Exemplis script. epigr. p. 364) diversa est; neque enim decretum continet aut de decreto aliquo relationem, qua iura patronatus homini alicui deferuntur, ut reliqua eius generis monumenta omnia adhuc nota, sed votiva est et oblata patronis quattuor patronaeque a collegio quodam incerto virorum libertinae plerumque vel adeo servilis condicionis quindecim et mulierum sex, quod collegium fortasse iam aliquo tempore antea patronos illos sibi cooptaverat.

Interpretatio, quam proposui, paucis eget explicationibus. Observanda sunt primum rusticitatis vitia nonnulla, illi tempori illique loco convenientia: SVCI v. 1 pro *succeperunt* aut *susceperunt*. Ita *succepto* bis legitur n. 136, *succeptus* CIL III 6423. *Emilius* v. 25, *Beb(ius)* v. 20, *prestantissimis* v. 4, *Valerie Severine patrone nostre* v. 6; contra *Aevaristus* v. 24. Nomina Graecanica praeterea rustice scripta sunt haec *Caliope* v. 12, *Eufemus* v. 22, *Elenus* v. 23.

Compendia scripturae insolentia *vot, succ, fel, liben* v. 1. 2, *fe* v. 3 spatii penuria aliquo modo excusantur.

Puncta plerumque omissa neque ulla certa lege adiecta; ubi posita sunt, ut v. 13 14 16 21 24 25, nimis grandia evaserunt.

Sodalium nomina gentilicia, item mulierum, tribus litteris indicantur tantum non omnia (excipiuntur *Emilius Secundus* v. 25 et *Valeria Britta* v. 15) more illius aetatis consueto, insolenter quattuor litteris *Anti(stia)* v. 12, si recte solvo.

Nomina tam patronorum quam sodalium in laterculi formam redacta sunt, ita ut vv. 7—11 nomina patronorum alteram, cognomina alteram columnam efficiant; tertia solis vocabulis *patrone nostre* constat ad patronae unius nomina adiectis, quia patroni iam supra in praescriptione diserte appellati sunt cum ubertate dicendi effusissima *patroni merentissimi et fe(licissimi) et prestantissimi et pientissimi*. Vv. 12—26 sequuntur sodalium nomina disposita columnis quattuor, ita ut prima gentilicia contineat breviata plerumque (excepto ultimo, scilicet hominis, qui unum tantum nomen gessit), ut dixi, altera cognomina perscripta (uno excepto paenultimo, quod quia nomen hominis eius item perscriptum est, in tertiam columnam cessit), tertia condiciones virorum, quarta mulieres.

Nominibus gentiliciis carent *Elenus fullo*, *Pelagius clavarius*, *Aevaristus servus*; reliquorum tam nomina quam cognomina Latina vel Graecanica volgaria sunt exceptis cognominibus his *Missillus* v. 21, *Morinus* v. 19, *Valoddus* v. 20. Mulieres sex uxores videntur fuisse eorum hominum, quorum nomina eodem versu scripta sunt, *Caliope Parati*, et sic deinceps. *Botia* v. 14 num Maritimi sive uxor fuerit sive concubina dubitari potest; fortasse *Valeria Donata*, cuius nomen praecedit proximo versu, Botiae nomen peregrinum pro altero cognomine retinuit. Eiusdem generis nomina peregrina sunt *Britta* v. 15 et *Avana* v. 16.

Condiciones indicantur sodalium hae *clavarius* v. 26, *fullo* v. 20. 23, *pectenarius* v. 17, *sutor* v. 21. *Amainius* v. 22 videtur gentilitatem aliquam indicare sive cognomen est alterum peregrinum.

Lib(erti) et *ser(vus) gen...* aut *gentiles* fuerunt (cf. v. 11 *g* notam) scilicet gentis gentilitativo alicuius, quales in regionibus illis scimus superfuisse ex vetusta barbarie, aut, quod Mommsenus coniecit, *genetivi*, scilicet homines eo ipso loco nati sive vernaculi; utra explicatio vera sit, certo vix diiudicari poterit ante nova exempla reperta. Libertos quattuor unumque ingenuum *Pub(licios*, non *Publios* vel *Publilios*) dictos esse puto ex more sueto, scilicet a publico gentilitatis fortasse manu missos; ingenuus ex origine eadem ad libertatem videtur pervenisse. Ceterum quo ordine sodalium nomina recenseantur cuiusque generis fuerit sodalicium non liquet.

XII. CANTABRI ET VARDVLI p. 397.

n. 2217 Dixit de vasculo Umeritano Angelus de los Rios y Rios in ephemeride aliqua Cantabrica, v. *boletin de la Acad.* I 1877—79 p. 381. 2918—2922. 2923 periisse testatur Baraibar. 2924. 2925. 2926 v. infra cap. XIII. 2927 v. infra cap. XIII. 2928 Extat ibi, Baraibar *discurso* p. 23, qui v. 3 supplet GALLICVS et unum v. deesse adnotat. 2929 (v. infra n. 5813). 2930 et 2231 interierunt. 2932—2937 v. infra cap. XIII. 2938 videtur interiisse. 2232—2957.

De Cantabris eorumque oppidis et monumentis Aurelianus Guerra cum summatim antea dixisset in libello scripto in honorem Ioh. Eman. de Manzanedo y Gonzalez, qui institutum condidit ad pueros educandos destinatum in *Santoña* Cantabriae oppido maritimo, (*el libro de Santoña*, Matriti 1872, pp. 148, cum tab. III), postea exposuit accuratius et tabulam geographicam regionis delineavit in dissertatione inscripta *Cantabria, conferencia tenida en la sociedad geográfica de Madrid* a. 1877 (Matriti 1878, pp. 86, 8. cum tabulis duabus), in qua etiam partem orientalem Asturum transmontanorum comprehendit. Tituli vero novi ex hac regione non innotuerunt.

Vardulorum nomen duplici *l* exhiberi, ut Melae III 3, 15 libri scripti habent, docuerunt diploma militare et tituli in Britannia reperti, qui cohortem primam fidam Vardullorum memorant ibi tendentem (*cf.* CIL VII).

Flaviobrigam coloniam et qui ibi antea iam erat *Amanum Portus* Plinii IV § 110 et Ptolemaei II 6, 7 quaerendum esse ibi, ubi hodie *Castro Urdiales* est, demonstrare studuit Antonius Trueba poeta celeberrimus, qui vivebat in vicina *Bilbao* urbe, in dissertatione inserta ephemeridi *la Ilustracion Española-Americana* a. 1876 d. 22 m. Nov. (v. *revista historica latina* III 1876 p. 376); inscriptiones ibi nondum prodierunt ullae.

De geographia antiqua huius regionis optime meritus est Franciscus Coello geographus clarus dissertatione inscripta *noticia sobre las vias, poblaciones y ruinas antiguas, especialmente de la epoca romana, en la provincia de Alava* (*discurso* cet. Matriti 1874, pp. 53, 8.). Auctiorem postea edidit (p. 87—144 cum tabula geographica; v. A. F. Guerra *boletin de la Acad.* III 1883 p. 22 ss.).

De Oeasone oppido Cantabriae, quod cum hodierno *Oiarzun* congruere probabile est, Nicolaus Soraluce misit a. 1868 academiae Matritensi historicam dissertationem inscriptam *memoria acerca del promontorio, del salto y de la ciudad de Oiasso* (*Olarso*), quam frustra quaesivi in bibliotheca academica. Testimonia Strabonis III 4, 10, Marciani p. 550, 14 Muell., Melae III 1, 10, Plinii III § 22 IV § 110, Ptolemaei II 6, 10, Ravennatis p. 308, 17, quamquam nominis formam exhibeant varie corruptam, tamen videntur eodem ducere omnia. Sed monumenta epigraphica nulla adhuc situm comprobaverunt. Titulus Viennae Allobrogum repertus CIL XII 2640, cuius Muellerus meminit ad locum Ptolemaei ex Grutero p. 718, 6, alterius loci memoriam videtur continere, non Oeasonis, cum *Oeasona* in eo legatur.

Eiusdem Nicolai de Soraluce y Zubizarreta liber *historia general de la provincia de Guipuzcoa* (2 voll., Vitoria 1870 8.), item Richardi Becerro de Bengoa, qui in Pallantiam non inutilia praestitit, *el libro de Alava* (Vitoria 1877, pp. XII 334, 8.), inscriptiones Romanas non respiciunt. Nec magis profuerunt quae nuper a vascophilis Hispanis et exteris, velut a Wentworth Webster Anglo et Iulio Vinson Francogallo, de antiquitatibus Vasconum quaeri coepta sunt; studia enim illa post fundamenta iacta a Guilelmo de Humboldt nondum effecerunt, ut antiquitatem e temporum recentiorum sermone et monumentis melius intellegere possemus.

Non multum profecimus dissertatione fratris Tirso Lopez ord. S. Aug. inscripta *la ciudad iberica de* Urbigua, *llamada luego* Legio super Urbicum, *junto á Vega de Arianza ó de Orbigo*, quae inserta est in *boletin de la sociedad geográfica de Madrid* XII 1882 p. 126 ss. Qui antiquitates praehistoricas, quas dicunt, tractaverunt non raro reperiri solitas in specubus montium Cantabrorum, ut Marcellinus de Santuola, Eduardus Harle alii, et ipsi monumenta aevi Romani parum respexerunt.

Titulus huius regionis novus debetur Friderico Baráibar, de antiquitatibus eius omnium maxime merito. Dixit is nuper accurate loco infra scripto de situ *Aso* oppidi vetusti, unde prodierunt tituli n. 2923, qui periit, et is qui infra primum editur (n. 5814).

5813 ad n. 2229. Extat in San *Esteban, en la pared del horno y cabaña de D. Timoteo Perez*; lapis altus est m. 0.45, latus 0.37, litteris non bonis saec. II, altis m. 0.04.

M · PORCIVS
AVSCI · F I
QVIR · TONI
VS · AN LXXV
H · S · E
H · F · E · P · L

Descripsi ex ectypo, quod misit Baraibar; qui edidit *boletin de la Acad.* XIV 1889 p. 71.

V. 6 qui novus accessit quid significet non intellego: *h(eres) f(ecit) e(x) p(ecunia) l(egata?)*.

5814 Extabat in aedicula diruta S. Mariae *de Aso, termino de Aso* (*Alava*), ubi servatur *en la Casa del Monte*, lapis calcarius altus m. 0.66, latus 0.70; litteris saeculi prioris bonis, altis v. 1 m. 0.07, reliquis 0.06.

a/ELIAE · BOVTI
a/·FLACCI · ATTES
CLO · F · AN XXX ·
S L S e PA
uo f. c

Descripsi ex ectypo quod miserunt Fita et Baraibar, unde supplevi; hic edidit et explicavit *boletin de la Acad.* XIV 1889 p. 67 ss.

Initio D·M deesse putabat Baraibar. V. 3 in. nihil deest. Lego *Flacci Attesuclo(m)* et gentem indicari puto. *Attesuclo(nensi)* Fita solvit minus probabiliter. V. 4 FLACCVS suppleo cum editoribus.

XIII. *IRVÑA* p. 399.

Accedunt *Trespuentes* et *Ollavarre*.

n. 2226 et 2227 videntur interiisse. 2228—31 v. supra cap. XII. 2232 videtur interiisse. 2233 et 2234 extant ibidem, Baráibar *discurso* p. 6. 2235 videtur interiisse. 2236 (v. infra n. 5816). 2237 videtur interiisse.

E Cantabrorum Vardulorumque oppidis variis, quorum titulos continet cap. XII, seiunxi *Iruña* vicum et viciniam, unde prodierunt tituli quos supra indicavi. Ei enim cum nuper ibi inventis probant oppidum ibi fuisse vetustum, cuius nomen ignoramus. Situm illum accuratius descripserunt Fita et Ioh. Ochoa de Alaiza, parochus in *Trespuentes* (*noticia del despoblado de Iruña*, v. *boletin de la Acad.* III 1883 p. 257 ss. 323. 382 ss.), qui Suessatio oppidum vetustum ibi collocat, et Fridericus Baráibar y Zumárraga (*discurso leido . . . el dia 9 de Nov. de 1882 en el Ateneo . . . . de Vitoria* cet., Vitoria 1883 pp. 37 fol. cum tabula geographica), qui putat ibi Vennenses Plinii (III § 26) collocandos esse, rationibus ductus non satis firmis; scilicet nomen hodiernum ex Irvennia forma eius aliqua, quam sibi finxit, putat derivandum esse. Scilicet duabus a Vitoria hodierna leugis occidentem versus in sinistra Zadorrae fluvii ripa, qui locum natura munitum e tribus lateribus circumfluit, parietinae extabant aediculae vetustae artis Romano-Byzantinae, quam vocant, et extant murorum, qui spatium ab occidente ad orientem m. 327,

a septentrionibus ad meridiem m. 354 cingunt; aedificiorum praeterea nihil ibi videtur observatum esse. Sed prodierunt ibi inde a saeculo XVI fragmenta operis tectonici varia, pavimentorum tessellatorum, tegularum vasculorumque innumera aliaeque vitae Romanae reliquiae consuetae, nummi permulti Iberici et Romani a Cn. Pompeio usque ad imperatorem Gordianum cusi, quos servant collectores aliquot privati, velut Isidorus Fernandez de Arellano pharmacopola et Ladislaus de Velasco (catalogum eorum exhibet Baráibar p. 83 ss.). Inter reliquias illas sunt statuarum aliquot operis ex marmore elegantia, quarum alteram servat Michael Rodriguez Ferrer in praedio suo *de Larrabea*, alteram, repertam c. a. 1840, institutum provinciale, quod Vitoriae est; hanc vidi. Est ex marmore candido facta maior quam natura videturque Cereris esse aut Fortunae; caput quidem et manus ambae desunt; sed ex habitu apparet eam dextra cornu copiae, sinistra gubernaculum tenere potuisse. Saeculo eam tribuerim secundo sive imperio Hadriani. Dixit de ea Ios. Amador de los Rios (*estudios monumentales y arqueológicos, revista de España* vol. XXI a. 1872 p. 86) edidítque nuper Fridericus Baráibar *bol. de la Acad.* XV 1889 p. 801. E titulis ibi repertis octo, quos exhibet dictionarium geographicum, interiisse videntur paene omnes variis ex causis (excepto n. 2933, qui denuo comparuit), fragmentorum duorum repertorum a. 1866 alterum incendio palatii gubernatoris a. 1807. Extant ei, quos Zobelius mihi descripsit a. 1801 (n. 2934. 2930); quinque accesserunt reperti a. 1882 (n. 5816. 5817. 5819. 5821. 5888), praeterea editi a Fideli Fita *boletin de la Acad.* III 1883 p. 395 ss. et X 1887 p. 406 et e Friderico Baráibar (n. 5828. 5822—5884), qui titulos mecum communicavit delineatos accurate, denique in *Ollavarre* nuper reperti (n. 5818. 5888).

5815 ad n. 2830. *En Trespuentes*, in porta domus Ioh. Lopez (postea Valentini Zárate), lapis arenarius altus m. 0.64, latus 0.40; litteris vetustis.

RHODANVS
ATLI · F · SEGVUS
AN · L
TYCHIA · VXOR
///VNA · SOCRA
I · S

Fita *boletin de la Acad.* III 1883 p. 388 missam e Ioh. Ochoa, Baráibar *discurso* p. 83 et *boletin de la Acad.* X 1887 p. 408, qui suppleverunt v. 5 [*Ill*]*una*.

5816 *Iruña*, rep. m. Maio a. 1882 al NE *del despoblado de Iruña cerca del solar de la iglesia románica*, servat Baráibar, qui repperit; lapis marmoreus altus m. 0.44, latus 0.25; litteris elegantissimis.

T V T E L A E
S A C
? E R E D
F L A M I N I N
S P

Descripsi ex ectypo quod misit Guerra. Baráibar *discurso* (1883) p. 6; Fita *boletin de la Acad.* III 1883 p. 384 acceptam a Ioh. Ochoa (cf. X 1887 p. 405). Tertium edita est in *boletin de la Acad.* X 1887 p. 125 non sine erroribus quibusdam.

Tutelae sac(*rum*) *hered*(*es*) *T*(*erentii*) *Flaminini p*(*osuerunt*)

Fita olim exemplum Ochoae malum secutus dederat vv. 3—5: [*Va*]*ler*(*ius*) *ed*(*ilis*) *flam*(*en*) *divi Aug*(*usti*). Guerra proposuerat *in f*(*elici*) *red*(*itu*) *T. Flamini*(*i*) *n*(*ostri*); Fita postea lectionem veram proposuit, quam supra dedi, praeterquam quod N solverat *N*(*epotis*). Baráibar a me rogatus affirmat v. 4 punctum ante N casu ortum esse.

5817 *Iruña*, rep. a. 1882 lapis arenarius altus m. 0.82, latus 0.80.

arcus tres solens ferreas equinae similes

.. S I N V S
A V S I V S
R V T I L I · F
an L X X X

Fita *boletin de la Acad.* III 1883 p. 383 acceptam a Ioh. Ochoa et melius X 1887 p. 404 et 487 ex ectypo misso a Friderico Baráibar.

[*A?*]*sinius Ausvos Rutili f*(*ilius*) (*an*(*norum*)) *LXXX*

Baráibar ita legerat ...SINVS | AVSIV... | ⊙VRILI · F | ... ᴸˣˣ, Ochoa ita SILAN | FVSCVS | EVILI F....

5818 In aedicula S. Petri *de Salduces* prope *Ollavarre*.

. . . .
ATIIA · VXSOR
H · S · S

Baráibar *discurso* p. 36 e schedis Prestameri. Erit *At*[*t*]*ia uxsor h. s. e.*

5819 *Iruña*, rep. a. 1888 in campo iuxta portam quae fuit in muro septentrionali, lapis arenarius altus m. 0.30, latus 0.45.

quinque arcus pontis


E L A N V S T V
R A S S A M I
C I O · A M B A
T I · F · A N · X X

Fita *boletin de la Acad.* III 1883 p. 388 acceptam a Ioh. Ochoa et melius X 1887 p. 403 et 408 ex ectypo misso a Friderico Baráibar.

Elanus Turassamicio Ambati f(*ilius*) *an*(*norum*) *XX*

Ita Fita legit, cum cognomine comparans *Elguismio* n. 2881. Nisi latet gentis nomen.

5820 *Iruña*, rep. m. Martio a. 1885; servatur in *Trespuentes* in domo Petrae Gorostiza, ubi *sirve de trasfuego en la cocina*; lapis arenarius altus m. 0.48, latus 0.32.



Baráibar *boletin de la Acad.* X 1887 p. 405, qui mihi misit delineatam accurate.

5821 *Iruña*, rep. a. 1888 una cum n. 5819, collocatus inverse; est lapis arenarius, altus m. 0.44, latus 0.84, litteris non satis perspicuis.

V Bilico sego
NTIVS segon
TI · FILIVS
ANN · XXXV
H S · HST *sic*

Fita *boletin de la Acad.* III 1883 p. 384 a Ioh. Ochoa acceptam et melius X 1887 p. 487 ex ectypo misso a Friderico Baráibar, cuius supplementa Fita accepit; sed incerta sunt.

5822 *Iruña*, rep. 1866 in effossionibus institutis ab eis qui monumenta provinciae tum curabant conservanda; latebat deinde post incendium aedificii *del gobierno civil* a. 1867; denuo comparuit in horto eius; lapis arenareus altus m. 0.26, latus 0.12, litteris evanidis.

exemplum sumptum a. 1866.

//D//
// MFN //
//IMO · A
//VIBV//
5 ///DA //
/ONIS · V//
//TONIV//

Baraibar:

. . . . . .
MP · N
IMO
VI · B V
Ɔ · DA
Ɔ N I S
O N I

ego:

. . . . . .
M P · N
M O //
VI · B V
Ɔ · D A 5
ONIS · V
TONI

Descripsi ectypum a Guerra servatum; Baráibar *discurso* p. 22 et *boletin de la Acad.* X 1887 p. 405; idem mihi misit delineatam accurate. V. 1 iam non comparere adnotat Baráibar.

5823 *Trespuentes*, in domo Petrae Gorostiza, *en una esquina del hogar*, litteris perquam evanidis.

M R F B A I
ⓄVATIIVOR
NA . . . . O

Baráibar *boletin de la Acad.* X 1887 p. 405.

Baráibar mihi scripsit videri sibi additas esse lineas aliquot novicias; quod vix videtur credendum.

5824 *Iruña*, rep. a. 1866 una cum n. 5822, sed post incendium non comparuit.

///A / F//
//H · C//
///MIN//
4

Baráibar *discurso* p. 22.

5825 In aedicula *S. Petri de Salóeces* prope *Ollavarre*.

CA///
FA///
SF///
A ////

Baráibar *discurso* p. 36 e schedis Prestameri.

5826 *Iruña*, rep. a. 1882; pars inferior lapidis arenarii, alta m. 0.49, lata 0.60.

AN LXVII
H · S · E

Fita *boletin de la Acad.* III 1883 p. 383 (cf. X 1887 p. 404) acceptam a Ioh. Ochoa.

CONVENTVS CAESARAVGVSTANVS.

I. POMPAELO p. 401.

Accedit *Gastiain*.

n. 2958—2961.

Pompaelonem adii a. 1881, sed frustra; nam etiamsi vagi ad me rumores delati erant de inscriptionibus novis ibi detectis, nihil earum mihi contigit indagare. Qui in *Gastiain* Navarrae reperti sunt tituli (n. 5827—5831) cuinam oppido vetusto adscribendi sint ignoramus.

5827 *En Gastiain*, cippus ornatus.

ornamento
IVNIA AAA
BATA VIRO
F·N·XXV·H S e
rosa fons fons

Guerra misit a. 1870 ab amicis acceptam.

5828 *En Gastiain*, cippus elegans.

MINICIA · AV
NIA · BECOM
TI · F · N · III · H · S · E
fons

Guerra misit a. 1870 ab amicis acceptam.

5829 *En Gastiain*, cippus ornatus.

d M
rosa
PORCIA · M
BATASII · CON
IVI II AM
5 LXX H S E

Guerra misit a. 1870 ab amicis acceptam.

5830 *En Gastiain*, cippus elegans, circumdatus ornamento e racemis ovarum composito.

D m
rosa
VIBIA THRT
LA VILLAN /. f
ANNO XX . .
5 H S E

Guerra misit a. 1870 ab amicis acceptam.

5831 *En Gastiain*, fragmentum cippi.

IVMI
TAN
H

Guerra misit a. 1870 ab amicis acceptam.

II. CARENSES p. 402. 709. XLV.

n. 2262—2970. 2971 (v. infra n. 5832). 2272.

5832 ad n. 2271. Extat ibidem.

rosa
magna
exterior

M IVNIVS · PATERNVS
CANTABRI FILIVS ANN XXXX

am-phora cum poculo H *protome hominis calvi* S *am-phora cum poculo*
D M

Guerra exemplum misit ab amicis acceptum a. 1270.

III. *SADAVA* p. 403.

n. 2273—2982.

IV. CALAGVRRIS IVLIA p. 404.

n. 2983. 2981 Frustra operam dedi ut ectypum tituli nanciscerer.

Tribum Calagurritanorum Galeriam fuisse, praeter titulum Tarraconensem n. 4245, cuius supra memini, docuit etiam Noviomagensis, in quo [M.] *Aurelius* aliquis *T. f. Gal. Flavos Calagurri miles leg. X gem.* et *M Aurelius T. f. Gal. Festus Calagurri* nominantur (Brambach n. 117).

V. TVRIASO p. 405.

n. 2285. 2926 Servat Tarazonae Arthurus Bertodano de la Cerda, vicecomes de Alcira, v. *boletin de la Acad.* IV 1224 p. 209 et V 1881 p. 65. V. 4 T, non P, scribitur. 2987—2220.

5833 (= Eph. IV n. 22). Turiasone (*Tarazona de Aragon*) rep. a. 1877, una cum pavimento tessellato operis Romani in fundo putei.

D · M · S
VENICO TYCHE·
MARIVS · MYRON
ET · V · TYCHE · FI PI.
5 ITEM · SIBI · ET · V
TYCEN · VCZOXI
F · C

Eduardus Saavedra exemplum dedit ab amicis missum; Fita *declinacion celtica* p. 4 et *boletin de la Acad.* IV 1864 p. 221.

D(is) M(anibus) [s(acrum)], | Vaenico Tychen(i) | Marius Myron | et V(aenico) Tyche fi(liae) pien(tissimae), | item sibi et V(aenico) | Tycen(i) uesari | f(aciendum) c(uravit)

Stemma hoc videtur esse: *Marius Myron* ◡ *Vaenico Tyche*
|
Vaenico Tyche filia

Eiusdem regionis mulierum nomina barbara in -o desinentia non pauca innotuerunt.

VI. CAESARAVGVSTA p. 406.

n. 2291. 2292. 2223 In AMA DOM v. 1 videtur potius latere *Ama[ta* vel aliud cognomen], *dom(o)* | *Aquis Statiellis.* 2224—3001.

Tribum Caesaraugustae Aniensem fuisse praeter titulum Tarraconensem n. 4242 docent urbanus CIL VI 2 militis praetoriani *T. Popilii T. fil. Ani(ensi) Brocchi Caesaraug(ustae)*, Dalmatiaus CIL III 6117 *L. Iecconi L. f. Ani(ensi) Surionis Caesaraug(usta) militis legionis XI Claudiae piae fidelis*, Lucerinus CIL IX 793 *L. Iuni L. f. Albani An(iensi) Caesaraugust(a) ex Hisp(ania) citeriore.* Propter hanc tribum Kubitschek de orig. trib. Rom. p. 162 iam Saldubam oppidum a Caesare civitatem, ab Augusto coloniae dignitatem accepisse coniecit. Causa sane, quae Kubitschekium movit, non videtur satis idonea esse; sed cum ex inscriptionibus de origine urbis nihil discamus neque ex eius forma muris portis certo demonstrari possit e castris legionis legionumve eam ortam esse, haec adhuc in incerto relinquenda sunt.

VII. OSCA p. 407. XLV.

n. 3002. 3003 (v. infra n. 5834). 3004 (v. infra n. 5835). 3005 (v. infra n. 5836). 3006. 3007.

De Oscae nomine incredibilia nuper protulit Eduardus Wölfflin *Archiv für lat. Lexicographie* III 1887 p. 276; putat enim nomen appellativum esse, quia in chartulario S. Vincentii Cenom. apud Ducange-Fabre IV 238 legatur *hoscha*, *portio terrae arabilis fossis vel sepibus undique clausa*. Quod quo modo explicandum sit quamquam ignoro, tamen *Osca* et *Osqua* (p. 275) oppidorum nomina non Latina esse, sed peregrinae originis, multo probabilius est.

5834 ad n. 3003. Oscae. Matriti in museo archaeologico est ectypum gypseum.

D · M · S
P · ATELLIVS SER ·
PAVLINVS · AN
NORVM · LXXV
ATELLI · PROCVLA
ET · PAVLVS · FILI
PATRI · PIENTISSIMO
H · S · E · S · T · T · L

Descripsi ectypum. Antiquus in libro Filonardiano f. 80' exhibet emendate.

V. 2 extr. SERG Filon., ego SER· tantum vidi.

5835 ad n. 3004. Oscae.

D M S
.....LIO · L · F · QVIR · PASTO · AN · LXX
H · S · E · IN MONVMENTO · EIVS · S · T · T · L

Antiquus in libro Filonardiano f. 90 (inde per Cattaneum Mur. 1700, 4).

V. 2 ...LEO·F·F Fil., MANLIO Catt.

5836 ad n. 3005. In magna turri oppidi Uescae i. e. Oscae in platea.

MANLIA · L · F
PSYCHE
ANN · XVI

Antiquus in libro Filonardiano f. 89' (inde per Cattaneum Mur. 1708, 14).

VIII. LABITOLOSA p. 408.

n. 3008 (v. infra n. 5837).

In dioecesi de *Barbastro* prodierunt tituli aliquot inscripti, qui demonstrant tria minimum oppida ibi fuisse vetusta. Investigavit titulos illos plerosque Marianus Pano, in Monzon urbe Aragoniae magistratus supremus, qui eos edidit in ephemeridibus quibusdam theologicis atque ectypa eorum Fitae mihique misit. De oppidis vero illis tribus Fita exposuit *boletin de la Acad.* IV 1884 p. 212 ss.

Atque Labitolosa quidem, de quo nomine iam videtur dubitari non posse (in instrumento quodam, quod Fita profert, a. p. C. 904 *terra Labetlosano* memoratur) sita est a *Barbastro* versus septentriones et orientem, ex adverso montis *Cillas*, in colle *del Calvario* prope *la Puebla de Castro* oppidum inter *Cinca* et *Esera* fluvios. Extant ibi tituli duo (n. 5837. 5838) atque dicitur oppidum vestigia quaedam vetustatis servavisse. Multae ibi prodeunt reliquiae minores, vascula, nummi cet.

Ex ipsa *Barbastro* tituli inscripti nondum quantum scio prodierunt; Fita adnotavit memorari in eodem instrumento illo a. 551 *terram Barbotanam*, a qua nominis scriptura *Barbastro* sane aliquantum differt. Roberti Puyo scriptio, *historia civil de .... Barbastro*, Toulouse 1850 8., ex ephemeride aliqua videtur repetita esse; antiquitates ibi repertas collegisse ait Franciscum Otin y Duasa, numismaticum Matritensem, aliosque, sed nullae earum innotuerunt.

Addidi huic capiti titulos duos non procul a locis illis repertos, quorum alter in *Monzon* extat, quae est Mariani Pano patria (n. 5839), alter in loco quodam magis versus septentriones sito in ipsis Pyrenaeis montibus (n. 5840). De *Monzon* oppido librum, qui extat, *Monzón, monografia ilustrada con varios grabados y una heliografía* (Ilerdae 1883 fol., v. *boletin de la Acad.* V 1883 p. 57), non vidi.

Denique notum est summam in Pyrenaeis montibus vallem *de Aran*, quamquam versus septentriones vergit, Hispanam esse, non Francogallicam. Sed qui ibi inventi sunt tituli inscripti cum Gallicis eiusdem generis aptius coniunguntur, ut in locis Gallicis hodie servantur et a Gallicis antiquariis descripti et collecti sunt. Dixit de eis nuper I. de Laurière in libello *promenade archéologique dans le val d'Aran* (Caen 1887, pp. 122, 8.), de quo academiae Matritensi rettulit Caesarius Fernandez Duro *boletin de la Acad.* XI 1887 p. 322 ss.

5837 ad n. 3008. Extat ibi, ubi viderat Antonius Augustinus sive amicus eius, est basis alta m. 0.80, litteris optimis saeculi primi exeuntis ineuntisve secundi.

M · CLODIO
M · F · GAL · FLACCO
IIVIRO · BIS · FLA
MINI · TRIBVNO
MILITVM · LEG · III
FLAVIAE · VIRO · PRAES
TANTISSIMO · ET · CIVI
OPTIMO · OB · PLVRIMA
ERGA · REM · P · SVAM
MERITA · CIVES · LABI
TOLOSANI · ET · INCOLAE

Descripsi ex ectypo a Guerra misso. Fita *boletin de la Acad.* IV 1884 p. 219 secundum exemplum accurate delineatum a Pano.

Probantur hoc exemplo emendationes leves, quae in Augustini a me propositae sunt. V. 10 *Labi|tolosani* clare in ectypo distinguuntur.

5838 In oliveto ad orientem collis de *Calvario* prope *la Puebla de Castro*; litteris saec. secundi bonis. Iuxta alia basis extat litteris evanidis, quae legi omnino non potuerunt.

M V M M I O
V A L E N T I
M V M M I V S
P R E S S V S
E D E S V O
P O S V I T

Descripsi ex ectypis a Guerra et Pano missis, qui edidit *la Lectura católica* II 1880 p. 303; Fita *boletin de la Acad.* IV 1884 p. 218.

5839 Rep. c. a. 1870 *en el término de Argavieso*, medio fere itinere inter Oscam et Pertusam, una cum aliis vitae Romanae vestigiis, quae visa sunt situm villae rusticae indicare; fragmentum tabellae marmoreae altum m. 0.25, latum 0.30, litteris elegantibus aetatis Domitianae Traianaeve, altis m. 0.02.

EX · OSTIA NIL
A · CLARA · VIRIS
M · DISCRIMINA · VOCVM
AS · FIDIBVS · NVMEROS
A · CONSONA · PECTINE · SEXTO
CINIT · ICTA · CHELYS
LINI · MATERNI

Descripsi ex ectypo optimo a Pano misso; Pano *la Lectura católica* II 1882 p. 29 ss.; ipse edidi *boletín de la Acad.* VIII 1886 p. 312 ss.

Buechelerus a me rogatus supplevit ita, adnotans poema esse minime vulgare longeque superare Musam sepulcralem, qualem e provinciis potissimum Romanis novimus.

. . . .
qui Tiberim colunt et qui sep]tem ostia Nil[i,
fulsit et in Grais ars tu]a clara viris,
dum cithara loqueris septe]m discrimina vocum
mollibus et dulces d]as fidibus numeros.
At nunc luctifico tu]a consona pectine Sexto
fraternos planctus con]cinit icta chelys.

V. 1 cf. Prudentii contra Symm. II 607 *tepidique lavant septem ostia Nili.* V. 2 in. potest etiam suppleri *et placuit Grais* cum iuvene quodam amico meo.

V. 3 Verg. Aen. VI 646 *nec non Threicius longo cum veste sacerdos | obloquitur numeris septem discrimina vocum | iamque eadem digitis, iam pectine pulsat eburno.* BUECH.

V. 7 Sunt nomina poetae, qui item frater fuisse putandus est Sexti poetae eius, cuius mors plangitur; nisi Sextus ipse poeta est huius carminis. In ...*lini* vix latere potest nomen gentilicium, quorum in ...*linius* exeuntium vix unum novi; erit cognomen alterum veluti *Paullinus*. Cogitavi de Aemiliis Materno Fraterno Paterno Aesonensibus (n. 4456. 4460—4462), ex oppido vicino oriundis, unde fraterni quos coniecit Buechelerus planctus possunt ad cognomen fortasse Fraterni alludere. Etiam Materni Martialis amici in mentem venit Buechelero mihique (Martial. X 37, 4. 11 et II 74, 4); municeps enim cum a Martiali appelletur, non putandus est necessario oriundus esse Bilbili, sed ex Hispania citeriore in universum.

5840 In monasterio de *Obarra*, *término de Colvera*, e castello vetusto *la Croqueta* dicto supra fluvium *Isábena*, in quo sunt reliquiae basilicae S. Petri; servatur iam in ecclesia monasterii. Est tabula marmorea alta m. 0.46, lata 0.80, litteris optimis, punctis triangularibus.

P · AVRELIVS · TEMPESTIVOS · AV
RELIO · TANNEPAESERI ·
PATRI · ET · ASTEODV M̅R̅I ·
HER · D · S · P · F · C

Fita *boletín de la Acad.* IV 1884 p. 221 ss.

VIII^a. BOLETVM ?

In monte *Cillus* dicto, leugas duas versus septentriones a *Barbastro*, *término de Coscojuela de Fontoba*, extat aedicula vetusta S. Mariae *del Socorro*. Circa eam et in ea unius fere familiae atque eiusdem et aetatis et formae extant tituli septem, quos hoc capite coniunxi, reperti ibi a Mariano Pano, qui eos communicavit mecum et Fitae edendos tradidit, postquam ipse quattuor eorum tum sibi notos solos edidit in ephemeride *la Ciencia Cristiana* XI 1879 p. 107 ss. Cum *Barbastro* oppidum, cuius nomen videtur continere titulos n. 5841, paullo longius distet, memoretur vero in titulis duobus (n. 5843. 0846) homo quidam Boletanus, oppidum ibi fuisse Boletum vel Boletanorum probabile est, praesertim cum nominentur in instrumentis a. 651 *terra Boletano*, in alio quodam, quod Fita memorat et ipsum, a. 941 *vallis Boletanie*. Conservat nomen vetustum oppidulum vicinum *Boltaña* ad *Ara* fluvium situm. Illud tantum videtur nondum certum esse, utrum in monte illo *Cillas* oppidum ipsum situm fuerit an sepulcrum fortasse familiae eius, cuius tituli sepulcrales quinque sunt ibi reperti; certum autem est, oppidum non procul inde quaerendum esse.

5841 In monte *Cillas* paucos passus ab aedicula *del Socorro* in saepto septentrionali viae quae Coscojuelam ducit; basis alta m. 1.50, litteris optimis saeculi secundi.

P · AEMILIO....
DVCTO · BARB
PATRI · AEMILIAE
PLACIDAE · H · EXT

Descripsi ex ectypo a Guerra misso; Fita *boletín de la Acad.* IV 1884 p. 213.

5842 In monte *Cillas*, postis ad exitum stabuli, quod est ad occidentem ab aedicula *del Socorro*; basis alta m. 1.50.

MARIAE · CO...
D · FIL · D · V · MAT
AEMILIAE · PLA
...DAE · H · EXT

Descripsi ex ectypis a Guerra et Pano missis; Fita *boletín de la Acad.* IV 1884 p. 214 qui recte supplevit compendia insolenter exhibita: *Mariae Co[r]|d(i) fil(iae) D(ucti) u(xori), mat(ri) | Aemiliae Pla[ci]dae h(eres) ex t(estamento).*

5843 In monte *Cillas*, paucos passus ab aedicula *del Socorro*, in saepto meridionali viae, quae Coscojuelam ducit; basis alta m. 1.60.

L · VAL · L · F · GAL
MATERNO
BOLET · H · EXT

Fita *boletín de la Acad.* IV 1884 p. 214.

5844 In monte *Cillas* a dextra ab altaribus aediculae *del Socorro*; basis alta m. 1.50.

AEMILIAE · PLACI
DAE · MATERNI
VXORI · H · EXT

Fita *boletín de la Acad.* IV 1884 p. 214.

Aemilia Placida filia est Aemilii Ducti et Mariae titulorum n. 5841. 5842, Maternum apparet esse Valerium Maternum titulorum n. 5843. 5845. 5846.

5845 In *monte Cillas*, a sinistra ab altaribus aediculae *del Socorro*, basis alta m. 1.50; litteris optimis saeculi secundi.

L · VAL · GAL
MATERNO
BOLETANO
M · ER · POMPE
IAN'S AMI8 OPTI
MO OB MERITA

Fita *boletin de la Acad.* IV 1884 p. 215 cum imagine phototypica ad ectypum sumpta.

5846 In *aedicula del Socorro*.

L VAL · L · FIL · GAL
MATERNO
[illegible]APL[illegible]AN · LV
R[illegible]EST · S
[illegible]

Descripsi ex Guerrae ectypo evanido.

5847 In monte *Cillas*, in facie meridionali aediculae *del Socorro*, lapis marmoreus altus et latus m. 1.16, litteris optimis saeculi primi secundive.

C · TVRRANIA
HER · IVSTI

Descripsi ex ectypo, quod Guerra misit; Fita *boletin de la Acad.* IV 1884 p. 213.

Est fortasse C(ornelia) *Turrania Her(mani) Iusti*.

IX. ILERDA p. 408.

n. 3009. 3010 Servatur iam in museo provinciali; basis alta m. 0.80, lata 0.55. 3011—3014.

Ilerdae ante aliquot annos museum provinciale institui coeptum est, quod tamen tum cum ego regiones illas denuo peragrabam a. 1881 nondum patebat. Praeter titulum intra editum (n. 5848) nihil ibi novi esse affirmaverunt amici.

De situ Ilerdae verba fecit Richardus Schneider in libello inscripto *Ilerda, ein Beitrag zur röm. Kriegsgeschichte* (cum tab. geograph. ab H. Kieperto delineata) Berol. 1886 (pp. VIII 43) 8.

Iosephi Pleyan de Porta *historia de Lerida* (Lerida 1873, pp. IV 562, 8.) titulorum aliunde notorum exempla exhibet pessima.

5848 Ilerdae, rep. a. 1880 *en la rambla de Fernando VII*; basis magna, alta m. 0.50, lata 0.51, crassa 0.59, extat in museo provinciali.

TI · MANLIO
TI · F · GAL
SILVANO · AED
ĪĪVIR · FLAM
CORN · FAVENTINA
VXOR

C. Pujol y Camps *rev. de ciencias hist.* II 1880/81 p. 320 s.; Fita *boletin de la Acad.* VI 1885 p. 4 5.

Cornelia quaedam Faventina redit in titulis Iessonensibus n. 4453. 4451.

X. CELSA p. 409.

Accedit *Fabara* prope *Alcañiz*.

n. 3015—3020.

Ut ex universa hac regione, ita etiam ex Celsa colonia casu tantum quaedam referri solent de monumentis vetustis ibi repertis; nam nemo ibi est, qui curam eorum gerat perpetuam. Casu etiam duae inscriptiones novae prodierunt, quas infra propono (n. 5849. 5850).

Quamquam locus satis longe distat, tamen coniunxi cum Celsensibus titulum sepulcri singularis, quod extabat prope *Fabara* oppidum Aragoniae orientalis ad confinia Cataloniae (n. 5851). Schedae, a quibus huius monumenti memoriam resuscitavit Vincens de la Fuente, scriptor quondam historicus celeber (nam obiit a. 1889), num adhuc extent velim indagetur.

5849 (= Eph. I n. 112). Celsae, ara reperta *en el termino de Jelsa*.

PRO · SALV
E · ET · REDITV
ABVRI [illegible]
CrNTIS · LVr
/LORVS · OBA
NAE · V · S · L · M

Guerra exemplum misit ab amicis secum communicatum.

V. 3—5 ABVRI//k'// | CPNTIS LVB|ELORVS traduntur. Pro *Lurio* etiam de *Aburio* cogitari potest, nam patriam Crescentis indicari vix puto, cum talia perscribi soleant. Obana dea aliunde nota non est.

5850 (= Eph. III n. 31). Celsae (*Vililla del Ebro*), basis lapidea alta m. 0.36, lata 0.25; servatur Matriti in museo archaeologico, litteris malis saeculi circiter tertii.

I · D · [
CLAVD[i aucti
PrODOT[i aun
XXXX FA[bricia
DION[ysia
MARIT[o
PIISS[imo et
SIBI F[ecit

Descripsi. Rada *museo español* VI 1875 p. 504.

V. 1 I·D·O Rada. V. 3 PODOT in lapide fuisse puto.

5851 Prope *Fabara* oppidum, ad ripam *Matarraña* fluvii, *partido de Alcañiz* quondam, nunc *de Caspe*, in oliveto extra portam extat aedificium quadrilaterum, a vulgo dictum *la casa de los Moros*, e lapidibus quadratis, quod habet formam templi quattuor columnarum Tuscanicarum in antis cum fastigio; a latere videntur fuisse anaglypha; in fastigio, quod videtur aliquando ornamenta habuisse aerea, legitur inscriptum litteris magnis et bonis

L · AEMILI · LVPI

V. de la Fuente *boletin de la Acad.* I 1877—79 p. 440 ss. cum tabula lithographa, e dissertatione scripta a. 1807 a D. F. C. ad Fr. Iosephum de la Huerta, quam servabat Buil geographus Caesaraugustanus, ornata delineatione aedificii accurata, quam repetivit editor modulo minore.

Adnotat scriptor post A spatium esse unius litterae vacuum. Idem memorat a. 1804 vidisse monumentum Iacobum Pascual abbatem *de Bellpuig de las Avellanas*, historicum et antiquarium clarum; reliqui scriptores ignorant neque resciscere potuit editor num adhuc extaret.

XI. BILBILIS p. 410. 710.

o. 3021 et 3022 *De la Fuente* p. 67. 3023.

Inter duodecim Hispaniae citerioris colonias, quas Plinius fuisse testatur (III § 12), etiam Bilbilim fuisse Detlefsenus e Plinii verbis evincere studuit. Qui cum scripserit (§ 24) *Caesaraugusta colonia .... recipit populos LV, ex his civium Romanorum Bilbilitanos, Celsenses ex colonia, Calagurritanos* cet., putat illud *ex colonia* non ad Celsenses tantum, sed etiam ad Bilbilitanos referendum esse propterea quod municipes non potuerint nominati esse a Plinio ante colonos neque postea alii succedant coloni in Plinii enumeratione. Atque hoc quidem aliter fieri non potuit, cum nulla alia praeterea omnino fuerit conventus Caesaraugustani colonia, illud autem facile explicatur ex ordine litterarum, quem in nominibus ex Agrippae commentariis desumptis hic, ut solebat, Plinius secutus est. Ceterum exspectaveris *ex coloniis*. Milites legionarii Bilbili oriundi nondum ulli reperti sunt; reperti sunt in titulo urbano CIL VI 2782 *T. Acilius T. f. Capito Galeria Birbili* miles praetorianus et in suburbano in Kellermanni vigilibus edito n. 42 *Q. Acilius T. f. Galer(ia) Septiminus, nat(ione) Birbili*, tribunus cohortis VII vigilum. Discimus ex his titulis *Birbilis* formam iuxta *Bilbilis* in usu fuisse (quod non mirandum in nota *r* et *l* liquidarum pronuntiatione) tribumque Bilbilitanorum Galeriam fuisse. Ceterum nulla omnino dubitatio esse potest de duodecim coloniis provinciae citerioris, quarum una erat aetatis liberae rei publicae, Caesaris quattuor, Augusti sex, Vespasiani una. Atque quod Plinius unam ab Augusto deductam Dertosam (v. p. 836) nominare omisit, id inde explicatur, quod, cum commentarii Agrippae conficerentur, Dertosa videtur adhuc municipium fuisse, quae inter municipia a Plinio memoratur (§ 23), *Hibera Iulia Ilercavonia* dicta, ut nummi docent vetustiores, postea vero ab Augusto accepisse coloniae dignitatem, cum nummi paullo recentiores *col(onia) Dertosa* habeant inscriptum. Neque unquam Bilbilim ab Augusto cives Romanos deductos esse colonos collocatio in via a Domitiano demum strata indicat et ipsa monumentorum inopia; ut exposui in censura Martialis a L. Friedlaendero editi in *Wochenschrift für klass. Philologie* IV 1887 p. 612 ss. Ubi illud quoque adnotavi Bilbilim secundum nummos ideo fortasse appellatam esse *municipium Augustam Italicam*, quod cives Italici ibi inter Celtiberos viderentur consedisse in Salonis et Silaucae vallibus fecundis. Nomina enim magistratuum in nummis memorata, item Martialis ipsius parentumque more Italica sunt. Unde non mirabimur titulum Augusto ibi positum esse a cive quodam (n. 2882).

In bibliotheca publica Matritensi (I 214 fol. ex libris marchionis *de la Romana*) servatur liber scriptus a Ioh. Mich. Perez de Nueros y Fernat *historia, antiguedad, grandeza* cet. *de* ... Bilbilis-*Calatayud* (v. p. 412), quem a. demum 1882 examinare licuit. Videtur manu ipsius scriptoris, qui obiit d. 20 m. Ian. a. 1761, exaratus esse; neque enim ad finem perductus est. Scriptor nec doctus est nec satis accuratus atque exhibet sane titulos falsos duos iam notos n. 222*. 223* unumque praeterea non minus falsum neque vero aliunde notum. Sed desumpsit eos (ut diserte ait *l.* 112 v.) ex schedis scriptorum vetustiorum Inigo Hieronymi de Carreras et Hieronymi Garcia S. I. Atque duo quidem tituli, quorum alterum Garciae debet (n. 286*), alterum Hieronymo Carreras (n. 266*) iam videntur pro genuinis habendi. Exhibet Nueros praeterea (f. 102) titulum unum litteris Ibericis scriptum, quem sane non recte descripsit; sed et ipse videtur suspicione carere.

Vincens de la Fuente historicus iam defunctus, cum origine esset Bilbilitanus, suam putabat historiam urbis patriae scribere (*historia de .... Calatayud*, 2 voll., Calatayud 1880—81, pp. 470 et 228, 8.). In titulis referendis sequitur librum Iohannis Michaelis Nueros, de quo modo dixi.

5852 ad o. 222*. *Piedra negra que se halló en el mismo monte Bambola, y un labrador se la tenia en el umbral de su puerta en el barrio de Huermeda; de entrar y salir estaba ya muy demolida y gastada, y la puse en manos del Pre Geronimo Garcia de la C. de J. y en folio 1464 del segundo tomo manuscrito de sus antiguedades refiere como en 22 de Henero de 1644 se la trajeron; era de dos palmos en quadro por todos lados y lo que pude de ella sacar fue lo siguiente en esta forma:*

IMP · CAESARI
AVGVSTO
T · C . . . . T · F
. . . . . ·

Nueros f. 93.

A fraudibus Hispanis plane diversus et omnino genuinus.

5853 ad o. 286*. *Piedra que se halló entre las ruinas de este municipio, que la conservó en su memoria con las esferidas de arriba Inigo Geronimo de Carreras.*

D M
P · CLODIVS · F · M ·
P I V S IN S V O S
V I X ANN L X I I I
H S E S T T L

Nueros f. 110 v.

Nueros quamquam putabat Clodiam Marcellam fuisse Martialis uxorem, secutus fortasse auctorem tituli, tamen videtur is genuinus esse.

V. 2 F M, quod *filius Marci* interpretatur Nueros inepte, cognomen Clodii erat, fortasse *Firmus*.

XII. COMPLVTVM p. 410.

Accedunt *Torres, Illana, Valdeavero* prope *Guadalajara*.

n. 3024—3032. 3036 Est in museo. V. 2 VXSAMESIS in lapide esse testatur Fita. 3037—3041.

3242 Est in museo. V. ultimum a me damnatum deesse testatur Fita. 3243. 3244 (v. infra n. 3254). 3245—3049.

In *Alcalà de Henares* praeter tabularium publicum, quod ibi floret, nuper etiam per Iosephum Escudero y Peña museum archaeologicum conditum esse Michael Velasco y Santos, tabularii praefectus, rettulit *boletin de la Acad.* VI 1886 p. 72. Tituli, qui ibi servantur, praeter iam notos duos (n. 3032. 3042) novi tres (n. 2855—2857) hic proponuntur. Situm oppidi vetusti collem esse dictum *de San Juan del Viso* sive *de Zulema*, quem circumfluit *Henares* fluvius, demonstrant parietinae aedificiorum multaeque antiquitates ibi constanter detegi solitae. Accesserunt praeterea ex vicinia tituli duo (n. 2822. 2222).

5854 ad o. 3044. Extat ibi, prope *Torres* vicum, in aedicula S. M. de *las Angustias*.

D O M I T I A
F V S C I N A
F V S C I · N S
T T V S I C VA
S F · H · S · E · S · T T · L

Fita *boletin de la Acad.* XIII 1888 p. 541 accepiam e Philippo Valdés q. v.

Metturicum gentis nomen est

5855 *Alcalá de Henares*, rep. a. 1881 ab oppido versus occidentem in campo *del Juncal*, qui est ex adverso praedii *del Paredon del Milagro* prope *la Fuente del Juncal*; servatur in museo, ubi deposuit Iosephus Perez Saffons, ara ex lapide calcario, alta m. 0.51, lata 0.35, litteris optimis saeculi primi, altis m. 0.045.

M S S C V L I
SACRVM
C · ANNIVS ET
MAGIA · ATIA
CLVN · EXVOT

Descripsi ex ectypo et photographia a Guerra et Fita missis; Fita in Fitae et Guerrae *viaje á Santiago* (Matriti 1880) p. 148 s., idem *boletin de la Acad.* VII 1885 p. 51 (cf. II 1882—83 p. 138).

5856 *Alcalá de Henares*, rep. a. 1888 *en el sitio de la Rinconada* iuxta palatium archiepiscopi; servatur in museo. Cippus supra semicircularis altus m. 1.60, latus 0.48, crassus 0.25, litteris bonis.

fastigio

D · M
A · SENARIONI
A · SOSVM
VX · ET · LIB · ANN
XXX · F · C · M · P · F
H · S · S · S · T · T · L

Fita *boletin de la Acad.* VII 1885 p. 52 ex ectypo misso a Michaele Velasco. Fita legit:

D(is) M(anibus). Atil(iae) Senarioni Atil(ius) Sosumu ux(ori) et lib(ertae) ann(orum) XXX; f(aciendum) c(uraverunt) m(ater) p(ater) f(rater); h(ic) s(ita) s(it) s(it) t(ibi) t(erra) l(evis).

Tamen num M·P·F recte soluta sint potest dubitari.

5857 *Alcalá de Henares*, rep. *en el Juncal*, qui est ager ex adverso *del Paredon del Milagro*; servatur in museo; cippus supra semicircularis, altus m. 0.85, latus 0.45, crassus 0.25, litteris evanidis.

fastigio

D M
TO . . . I . . .
A V . . . . . .
. . . . ORI ES
. . . . F · C · S

Fita *boletin de la Acad.* VII 1885 p. 52 ex ectypo misso a Mich. Velasco; idem supplevit.

5858 (= Eph. II n. 383). Rep. a. 1869 prope parietinas ecclesiae S. Mariae *de Cortés* (ubi *despoblado est*), *dehesa de Algarza, jurisdiccion de Illana* (*Guadalajara*), *cerca del término de Leganiel* (*Cuenca*), inter Complutum et Ercavicam, cippus fastigatus, altus ped. 8, latus 2, litteris optimis; servatur *en Leganiel*.

F A V S T A E
P V B
VERECVNDAE
PENTILIA ·

Ex exemplo quod Guerrae misit Patricius Cuesta ed. apud P. Sabau *noticia de las actas de la acad.* a. 1870 p. 3.

Faustae Pub(liciae) Verecundae (ancillae) Pentilia.

Nisi forte titulus duabus Publiciis Publiliisve Faustae et Verecundae positus est a Pentilia ancilla clienteve, nomine gentilicio duobus cognominibus contra morem interposito, ut Faustae cognomen boni ominis plenum antecederet. *Pentilia* potest etiam gentis nomen esse extra structuram additum ad *Faustae* nomen.

5859 *Valdeavero* prope *Guadalajara*.

D · M
AVR · EVTH
ENIAE AN LV
AVR · GESON
TIVS M
MTI S
EX · T · F · C

Fita *museo español de antigüedades* IV 1875 p. 628 ex ectypo ab Antonio Cabré misso.

V. 4 *AVR* videtur in lapide esse. V. 5. 6 *matri* | *pientissimae* Fita minus probabiliter.

CONVENTVS CARTHAGINIENSIS.

I. *AVILA*. Accedit *Cardeñosa* p. 413.

n. 3050 Frustra quaesivit Fita *boletin de la Acad.* XIII 1888 p. 336, qui putat adhibitam esse ad altaria S. Apolloniae extruenda, litteris erasis.

3051 (v. infra n. 5860). Exhibet delineatam E. de Mariátegui *el arte en España* IV 1865 p. 49. 3058.

3053 Legendum fortasse *Caeciliae Vaccmo Reburri f.* cet., ut Vaccmo cognomen mulieris peregrinum fuerit.

Avilam, quod olim dubitavi, re vera locum occupare oppidi antiqui, cum ipsa eius vetustas et indoles reliquorum eius regionis oppidorum antiquorum similis suadet, tum indicatur titulis in moenibus, ut Segoviae, aut olim observatis aut adhuc extantibus. Atque illos quidem observaverunt scriptores patrii Ludovicus Ariz (a. 1611) f. 12, cuius exempla pessima olim sprevi, nunc repetenda curavi, Aegidius Gonzalez Dávila (*teatro eclesiastico* II, Matriti a. 1647) II p. 218, Bartholomaeus Fernandez de Valencia (*historia .. del .. templo de .. San Vicente* cet., quae servatur ms. in bibl. academiae historicae Matritensis, col. *Salazar* R 7, a. 1676) f. 176, quorum testimonia Fita composuit. Is enim a. 1888 demum Avilam adiit, quod mihi numquam contigerat, ut titulos inscriptos investigaret. Ei igitur debentur qui hic proponuntur novi (n. 5861—5886); ex deperditis unus (n. 3060) in *Avel(ensi)* voce sive *Avel(icum)* (cf. infra n. 5875) nominis memoriam videtur servavisse, quod oppidum gessisse putandum est ab hodierno fortasse non admodum diversum, verbi causa Avela.

Ab *Avila* leugas duas *Cardeñosa* sita est; ibi praeter taurum sprevit Avilensi similem titulos duos extare ait Andreas Garci-Nuñez in schedis academiae Matritensi missis (v. *boletin de la Acad.* I 1877—78 p. 9), in lapide scissili alterum, quem ibericum putat, in tegula alterum, scariphatum utrumque. Neutrius textus typis exprimi potest atque videtur prior, fortasse Latinus, numeros tantum aliquot continere.

5860 ad n. 3051. Extat ibi; titulus in facie pectoris inscriptus est lata m. 0.40, alta 0.42.

OVRR/.
MAGIN
ONIS·F

Descripsi ex ectypo, quod Fita misit, qui edidit *boletin de la Acad.* XIII 1888 p. 666.

5861 *Avila*, in parte interiore moenium oppidi, circa portam pontis ex adverso aedium S. Secundi 'extra muros'; lapis altus m. 0.61, latus 0.41.

DEO · TO · V
OTVM · ST
ABA .
VA. · MER
5 NVS · /////

Descripsi ex ectypo, quod Fita misit; Ariz *historia de Avila* f. 11; Fita *boletin de la Acad.* XIII 1888 p. 364.

Ariz ita exhibet Q·M·PO·IOVI·VOTVM·NRA·P·S·VALET·NVR CVCIR. Fuitne *deo To(goti)*?

5862 *Avila*, in moenibus oppidi, inter portas S. Vincentis et *de la Mula*, versus angulum oppidi occidentalem et septentrionalem, alte collocatus; lapis altus m. 0.60, latus 0.60.

ABIA · C · F · A
M I M I C V M
.X S A M E N S
A · S · S · T · T · L

Descripsi ex ectypo, quod Fita misit, qui edidit *boletin de la Acad.* XIII 1888 p. 665.

5863 *Avila*, iuxta n. 3864, versus portam S. Vincentis; lapis altus m. 0.56, latus 0.56.

.M E A T V S
PAERI · F///
. . . .
. . . .

Descripsi ex ectypo, quod Fita misit qui edidit *boletin de la Acad.* XIII 1888 p. 660.

5864 *Avila*, iuxta n. 5862; lapis altus m. 0.58, latus 0.48, litteris perquam evanidis.

D O M I T///
C/////////
STATVTI · F
TEO///////
5 /////////

Descripsi ex ectypo, quod Fita misit, qui edidit *boletin de la Acad.* XIII 1888 p. 636.

5865 *Avila*, in moenibus; videtur interiisse.

ANTONIO · D · A · VNGELI · F

Ariz *historia de Avila* f. 11 (inde Fita *boletin de la Acad.* XIII 1888 p. 630).

5866 *Avila*, in moenibus; videtur interiisse.

LESALA CONIVM D · S · I

Ariz *historia de Avila* f. 11 (inde Fita *boletin de la Acad.* XIII 1888 p. 630).

5867 *Avila*, in moenibus; videtur interiisse.

MARCO PISON · T · MATER · B · ANN | CIR · O

Ariz *historia de Avila* f. 11 (inde Fita *boletin de la Acad.* XIII 1888 p. 666).

5868 *Avila*, in moenibus; videtur interiisse.

MV · D · S · CA

Ariz *historia de Avila* f. 11 (inde Fita *boletin de la Acad.* XIII 1888 p. 365).

5869 *Avila*, in moenibus; videtur interiisse.

ONIONAS EVRIA TANENT

Ariz *historia de Avila* f. 11 (inde Fita *boletin de la Acad.* XIII 1888 p. 365).

II. *MADRID* cum vicinia p. 414. XLV.

Accedunt *Aranjuez* et *Requena la vieja*.

n. 3054—3060. 3061 et 3062 (v. infra n. 5870). 3066—3068.

3069 Extat Titulciae, ut hodie appellatur *Bayona*, in domo Philippi del Nero; alta est m. 1, lata 0.66. Exemplum misit Guerra ab edito non diversum.

3070. 3071 Extat iam in museo archaeologico, ubi contuli a. 1886; est tabula marmorea alta m. 0.66, lata 0.26. Rada *museo español de antigüedades* VI 1876 p. 606.

3076. 4084 (v. infra n. 5871).

5870 ad n. 3061. 3062. Servantur nunc Matriti in museo archaeologico, ubi contuli; ara n. 3061 alta est m. 1.40, lata 0.80; n. 3062 alta est m. 0.08, lata 0.60.

Rada *museo español de antigüedades* VI 1876 p. 506 s. qui non recte testatur de auctore lectionis. Quod idem n. 3061 v. 3 L·F in lapide esse dicit, non L·P, quod legi, ego lectionem meam in lapide quamvis evanida probavi, cum conferrem a. 1886.

5871 ad n. 4084. Rep. *en Aranjues* una cum n. 3071; extat Matriti in museo archaeologico, ubi ego casu non vidi; tabella marmorea alta et lata m. 0.60.

S E P T V M I A
C · L · SECVNDA
V·S·P·H·M·H·N·S

Rada *museo español de antigüedades* VI 1876 p. 606.

Posui olim inter incertas. V. 3 Lego *v(iva) s(ibi) f(ecit); h(oc) m(onumentum) h(eredem) n(on) s(equetur).*

5872 Rep. a. 1881 *en Requena la vieja, término de la Villa de Borox, distrito de Illescas, en la heredad Cabezada de la Higuera;* tabula lapidea alta m. 0.64, lata 0.76.

. . . IVLIVS . . . .
ET IVLIA · CALvisa
C · IVLIVS · OPTATVS
ET IVLIVS · QVIetus
5 VIDI · ET IVLIO LVCENTI
F · C

Fita *boletin de la Acad.* II 1882—86 p. 686 missam academiae a civibus vici de *Esquivias*.

V. 2. 4 Fita supplevit, hunc ita QVI..., minus probabiliter. Fuitne *Quietus*?

III. TOLETVM p. 416. 710.

n. 3073—3088. 3089 (= 5085) v. supra p. 938.

Titulos Toletanos repetivit P. Antonius Martinus Gamero in libro suo *historia de Toledo* (Toleti 1862, pp. V. 1102. 38, 4.) unumque addidit novum exigui pretii (n. 5873).

5873 Toleti, in bibliotheca provinciali.

D
SATVR
SATVR
M · CO
VX · AN
H S E S T

Gamero *historia de Toledo* p. 173.

IV. *CABEZA DEL GRIEGO* p. 419. 710.

Accedunt *Uclés* et *Fuente Redonda*.

n. 3080—3082. 3083 (v. infra n. 5874). 3094—3092.

3097 In ectypo, quod servat Gayangos, Antonius Fernandez adscripsit '*se colocó en 14 de Setiembre 1804*'; quod mihi indicavit Fita. 3098—3101.

3102 Fragmentum AVG, fortasse huius tituli, *ed.* Fita *bol. de la Acad.* XV 1888 p. 123. 3103—3107.

3108 Extat in *Sahelices, en la casa de Dª Felipa Lopez, en el patio.* Ectypum misit Fita; litterae sunt optimae aetatis Augustae, altae m. 0.06.

3109—3123. 3124 Extat inserta parieti stationis *de la guardia civil*; ectypum misit Fita. Cippos supra fastigatos cum rosa aliisque ornamentis circularibus; lineae in lapide incisae sunt; litteris elegantibus saeculi primi, altis m. 0.035 ad 0.088. V. 4 ita apparet [illegible] Nomen heredis, fortasse *Valerius Nativus** vel simile latet.

3125. 3126. 3127 Litteris saec. II optimis, altis m. 0.065 ad 0.08. 3127 et 3128 extant una cum n. 3121. 3129—3132.

3133 (v. infra n. 5878). 3134—3136.

3137 Extat in *Ucles* inserta parieti supra portam *de la antigua hospederia en adverso de la fachada principal del convento;* ectypum misit Fita. V. 2 BLIADI in lapide esse, *Pelnadi*, idem testatur; quod ectypum videtur confirmare. Litterae sunt saec. secundi optimae, altae m. 0.07 ad 0.08.

3138—3143. 3144 Extat cum n. 3124. V. 1 C·VALER | HILAR | SIGANIS clare leguntur. 3145—3156.

3157 Denuo comparuit a. 1888 prope basilicam; Fita ectypum misit, litterae sunt non bonae saec. II, altae m. 0.08. 3158—3161.

Locum post effossiones saeculi proximi neglectum denuo visitavit a. 1888 P. Fidelis Fita atque titulos olim repertos interiisse maximam partem vidit. Praeter Dianae votivos (n. 5874 = 3093) ex numero integro centum viginti plus minus titulorum (si fragmenta excipimus) quinque superstites invenit, quos supra indicavi, addiditque novos undecim (n. 5872—5880. 5888—5887) ex ipso oppido prodeuntes, ex vicinia duos, alterum (n. 5884) in *Ucles* repertum sepulcralem, alterum n. 5888) loci alicuius vicini deo peregrino votivum. De nomine oppidi antiqui quod ibi situm erat, adhuc in incerto relinquimur. Sane Guerra ibi Ercavicam fuisse adhuc pro certo habet Mundamque Celtibericam, quam extitisse sibi persuasit (v. n. 881*), collocat in loco deserto *Villarejo* dicto sive *la Redonda* (cf. n. 5888) et *los Fosos de Bayona*, *termino de Huete*, ad flumen *Jiguela*, inter *Montalbo* et *Sahelices*, *el Hito et Rozalen*, Certimam vero Celtibericam ad aedem S. Mariae *de la Cuesta* prope *Alconchel* (*boletin de la Acad.* I 1877—79 p. 134 ss.). Neque dubitandum quin oppida vetusta in locis illis sita fuerint, nomina vero eorum ut definiamus certa ratione destituimur. *Ucles* nomen suum vix potest derivasse a familia Ocnlensi tituli n. 5888.

Rettulerunt de situ et antiquitatibus Ioh. de Deo de la Rada et Fidelis Fita (*excursión arqueológica á Ucles, Sahelices y Cabeza del Griego en Setiembre de 1888, bol. de la Acad.* XV 1882 p. 107—151) atque quae olim ibi effossa erant interiisse paene omnia observarunt praeter murorum oppidi vestigia quaedam. Aquaeductum Romanum iam a. 1878 descripserat accurate Marianus Sanchez Almonacid architectus (*el acueducto romano de Cabeza del Griego* l. s. s. p. 138 ss.). Miliaria illa (n. 824*) iussu academiae frustra quaesita sunt; ut exponitur in libello ita inscripto *Comision provincial de monumentos de Cuenca; memoria de las exploraciones hechas por algunos pueblos de esta provincia en busca de los miliarios romanos por.... D. Blas Valera y Castell*, Cuenca 1888 8. (v. *bol. de la Acad.* XV 1888 p. 130 s.). Denique Uclés oppidum descripsit filius eius, qui ibi praedia possidet, Pelagius Quintero in ephemeride *revista de España* (vol. CXXV a. 1882; v. *bol.* l. s. s. p. 148).

5874 *ad* n. 3083. Litterae sunt elegantes saeculi fere secundi, altae v. 1 m. 0.04, reliquis m. 0.03.

b
DIANAE SACRVM LI//
....TA · ASTE/////VS · TE
INI · POSTVM///////////S

c
. . . . .
. . . . . .
V I M · S

d
dianAE
VIS
S . . .

e
d i a n A e
S A C //////
S A L V T E
M L A S · D
S C A V · I
F C

V. 1 Praeter SACR in ectypo nihil distinguo.
V. 2 ...A · APTE //////S · T Fita.
V. 3 ·NI·POSTVMI·V·S Fita.

NICE... | S V..... | IVL... | CATI·L... Fita
V. 5 CATTI in ectypo discerno.

Ectypa titulorum *b c d e* misit Fita, qui contulit et edidit *bol. de la Acad.* XV 1888 p. 112 ss.; exempla eius repeto, nam ipse in ectypo *b* pauca tantum legere potui, in reliquis Fitae lectio in universum probanda visa est.

5875 ad n. 3133 (Eph. IV p. 21). *Huclés, nel refectorio del convento.*

HISPANVS AVELLICVS H · S · E
FRONTO · FILIO · SVO · AN · XVI
S · T · T · L

Venturinus *l.* 38.

Vv. divisio arbitraria, lectio omnino vera neque a quoquam antea tam emendata exhibita; habent plerique *Ispanus Avelicus* aut similia. *Avellicus* gentis nomen fortasse ab *Avela* vel *Avella* (*Avila*) derivandum; v. quae adnotavi supra p. 848.

5876 *Cabeza del Griego*, rep. a. 1888 in campo pone basilicam versus occidentem, litteris saec. I optimis, basis ornata similiter atque n. 5888.

PINDVSAE
TOR · NVS
I · S · A...

Fita *bol. de la Acad.* XV 1889 p. 137 qui repperit et legit *Pindusae Torinus v. s. a.* [*l.*].

5877 *Cabeza del Griego*, ara rudis alta m. 0.75, lata 0.40, litteris rudibus altis 0.04—0.08. Servatur in academia historica Matritensi.

. . . . .
O I ⁝ \
S T V R A
V L S N S
ES · ARA
POS V A
VNT

Descripsi ut potui; postea ectypum accepi a Fita, qui ed. *bol. de la Acad.* XV 1888 p. 141.

V. 1 prorsus evanuit. 2 in. O magis quam C videtur esse, quemquam C legimus primum Fita et ego. Reliqua huius versus prorsus confusa sunt. 3—6 satis certae lectionis sunt, 7 evanidus.

.....|n .....|*stura* | *Ulensfes ara* | *posuer*|*unt*?

Fita ita legit, versum primum nullum esse existimans, DOMINAE | S · TVR · A|VLSNS|ES · ARA | PO-SVE|VNT · EX V et deam sanctam Turibrigensem Ataecinam hic quoque deprehendere sibi visus est; minus probabiliter.

Ara sana etiam de monumento sepulcrali intellegi potest, ut n. 3368 et 3326, quas comparavit Fita; sed magis est ut de ara dei alicuius cogitemus.

5878 Rep. sunt a. 1888 *en Cabeza del Griego, al otro lado del camino*, ex adverso amphitheatri, circa viam Romanam, fragmenta duo per Romanum García, qui servat una cum n. 5888; basis fuit alta m. 0.28, lata 0.83, crassa 0.18; litterae sunt optimae saeculi secundi ineuntis, altae m. 0.05 ad 0.03.

Q V O D *supra scriptum est*
E I V S
TINA · NEOPHYMVS · CA...
NA · VITALIS · QVI...
ALIS SILVANVS · NIC...
NELLVS VALENTINVS · CH...
ONSTVS MENECRATES · SSC...
FEMES FELIX EVCE...

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XV 1889 p. 134 et supplere studuit. V. 4 extr. QVIa Fita. Videntur esse nomina sodalium ingenuorum duorum [*Tromen*]*tina et* [*Veli*]*na* tribu, libertorum quattuor, servorum sex. Sodales Claudiani aliique nescio qui memorantur in titulis n. 3114—3117. Ultimum nomen erat *Eugenii*.

5879 *Cabeza del Griego*, rep. a. 1880 per Romanum García ad collis latus orientale, cippus altus et latus m. 0.39; servatur Matriti in museo archaeologico.

rosa
aliaque ornamenta

CASSIA · CA
LYSE · H · S · E
CAECIL · SVCCES
SVS · ST · SPAFRO
DITVS · MAXI · F · C
SOD · CLAVDIANI
F · C

Descripsi. Fita *bol. de la Acad.* XV 1888 p. 128.

5880 *Cabeza del Griego, estos dias* [c. a. 1788] *hallaron alli piedra con inscripcion romana, segun lo poco que se lee*

IVLIVS AEMILIVS

Iosephus López Agurleta *vida del venerable fundador de la orden de Santiago* (Matriti 1731 4.) p. 110 (unde mihi exscripsit Fita).

5881 *Uclés*, in coenobio quod fuit, in facie externa lateris, ubi refectorium erat, versus orientem, alte positus lapis; litteris perspicuis.

C · IVLIVS · C · F · GAL · CELTIBER
H · S · E

Fita *bol. de la Acad.* XV 1889 p. 118.

5882 Rep. a. 1888 *en Cabeza del Griego, al otro lado del camino*, ex adverso amphitheatri, circa viam Romanam, per Romanum García, qui servat domi suae *en Uclés, calle de la Baldoseria* 1; basis fracta in partes quattuor alta m. 0.66, lata 0.58; litteris bonis saeculi secundi ineuntis, altis m. 0.05.

ornamenta frontonis

D · M · S
PHILLIS · IV
LIAE · NIGRAE
SER · H · S · E
LA · CON
C · S · T · T · L

Ectypum misit Fita, e quo descripsi vv. 1—4, reliquorum nihil vidi.

Fita ed. *bol. de la Acad.* XV 1888 p. 188.

V. 5 VITALIS CONI[*u*]*g* Fita.

5883 *Cabeza del Griego*, intra basilicam, in pavimento, fragmentum altum m. 0.28.

VALERIVS
E · FAC
ÆLO

Fita bol. *de la Acad.* XV 1889 p. 148.

5884 *Cabeza del Griego, en el crucero de la basilica visigoda*, fragmentum altum m. 0.88, latum 0.87, litteris bonis saec. fortasse primi, altis m. 0.07.

C · VALE
N · L
VALE

Fita descripsit a. 1888 et ed. *bol. de la Acad.* XV 1888 p. 148. Idem ectypum misit, in quo pauca distinguo, quae videntur Fitae lectionem confirmare.

5885 *Cabeza del Griego, rep. a. 1888 a quinientos pasos de la basilica visigoda.*



Fita *bol. de la Acad.* XV 1888 p. 150.

5886 *Cabeza del Griego*, rep. a. 1888 in basilica, fragmenta unius fortasse tituli; *a* altum m. 0.10; *b* altum m. 0.10; *c* altum m. 0.27; *d* altum m. 0.81, latum m. 0.83. Litteris saec. *I*.

a ELICI / PLIO *b* ACID *c* VCTVS AG / PTV *d* A HB · I / STA · CO

Fita *bol. de la Acad.* XV 1888 p. 148. *c* ..[*A*]*uctus Aug*(*ustalis*) [*perp*]*etu*[*us*]?

5887 *Cabeza del Griego*, fragmenta varia rep. a. 1888 in basilica; *a* altum m. 0.10, latum 0.10; *b* mensurae desunt; *c* altum m. 0.82; *d* altum m. 0.10; *e* latum m. 0.47; *f* altum m. 0.12; *g* latum m. 0.75; *h* latum m. 0.34.

a V / TER *b* SE *c* NV / L *d* VII *e* ATRI *f* ST / AV *g* INV *h* N · B · E

Fita *bol. de la Acad.* XV 1888 p. 148 et 160.

5888 *En Fuente Redonda cerca de Uclés;* servat Romanus Garcia una cum n. 5878; ara alta m. 0.72, lata 0.36, crassa 0.00; litteris admodum rudibus, altis m. 0.070.

MEO · A ·
I R O N I
FECIT · FA
MILIA O
5 VLES · VCS
C N T N N
CRISPINV

Fita descripsit a. 1880 et ectypum et tabulam photographam misit, unde ed. *bol. de la Acad.* XV 1889 p. 140 cum imagine.

V. 2 TRONI Fita; sed I in. in ectypo certa est, linea ante eam transversa casui tribuenda. Nomen deo videtur fuisse *Aironi* vel *Atroni*. V. 5 VSE Fita. V. 6 C·TITINNI Fita; lectio incerta. *Familia Ocules*(*is*) *Use*[*t*(*ana*)] legit Fita.

V. *SACEDON* p. 425.

n. 3165—3170.

VI. *ALBARRACIN* p. 427. 710.

n. 3171—3178.

Addidi titulum unum a Traggia servatum, quem olim putabam pro falso habendum esse, iam vero magis interpolatum credo (n. 5889).

5889 *En Albarracin, en la torre de la cathedral.*

DIAN...EDS...L
BIDISAC......
PRO · SALVT....
VIR..HON...RIN...
EX VOTO

Traggia *aparato* 8, 198 (inde Masdeu 10, 9, 1358 interpolatam). 'Uztarrozia dedit Leander Martinez'.

Dian[*a*]*e D.....bidi sac*[*rum*] *pro salut*[*e* ....] *ex voto*.

VII. VALERIA p. 427. 710. XLV.

Accedunt *Torrutiel, Requena, Alarcón.*

n. 3179—3813.

3814 Extat Matriti in museo archaeologico, arula alta m. 0.48, lata 0,38; contuli a. 1888. Rada *museo español* VI 1875 p. 504.

3815—3818.

In *Cuenca* urbe, in quam dixi cessisse sedem episcopalem Valeriensem, electi sunt ante aliquot annos, qui monumentorum provinciae eius curam agerent, actaque edere coeperunt (*memoria de los trabajos verificados por la comision provincial de monumentos historicos y artisticos de Cuenca desde su instalacion en 1879*, Cuenca 1888 8.). Iidem etiam milliaria illa investigaverunt, quae Mundae et Certimae memoriam dicuntur continuisse; frustra, ut expectaveris; vide quae de eis adnotavi p. 944. Vitae Romanae vestigia non pauca in regionibus illis observata sunt, inscriptiones nondum ad me pervenerunt.

In *Utiel*, ubi ponuntur n. 3817—19, prodiit titulus novus n. 5891 prope aediculam paene dirutam Sanctae Barbarae; unde oppidum ibi vetustum fuisse probabiliter statuit Fita l. c. s. Solet ibi Otobesa collocari, cf. n. 889. 3793.

Novi etiam sunt tituli tres in *Requena* extantes (n. 5892—5894) duoque in *Alarcón* (n. 5895. 5896).

Scilicet videtur a *Requena* urbe prope *Utiel* sita diversus esse *Requena la vieja* vicus, ad quem pertinet titulus supra editus n. 5872.

5890 *Valera de arriba*, rep. in loco dicto *el Infernillo*, 1/3 chiliom. ad meridiem et occidentem a colle, in quo oppidum Romanum situm erat, m. 18 a via nova; lapis altus m. 0.80, latus 0.40.

LVCILIA·L·F
VEGETA
AN · XXIX
H·S·E

Blasius Valera y Castell *boletin de la Acad.* XIII 1888 p. 351.

5891 *Torrutiel, aldea del termino de Utiel, partido de Requena (prov. de Valencia)*, 3 chiliom. a vico versus occidentem, a. 1878 lapis effossus est per Alexandrum Iranzo y Barruchi, altus m. 0.84, latus 0.48; extat insertus parieti *de la Casa de Cabañas, partido de Palomera*, a solo m. 8. Litterae altae m. 0.08 videntur esse saec. I.

GRATTIAE · L · F
MAXSVMILLAE
GRATTIVS
NIGELLIO · ET
GRATTIVS
MVRVS · SVA · INP
ENSA·F·C·H·S·H·N·L

Chabas *archivo* II 1887 p. 118 et 183 s.; Fita *boletin de la Acad.* XII 1888 p. 14 ex ectypo misso per Iosephum Morró Aguilar ex *Utiel*; Berlanga *revista archeol.* III 1888 p. 39, qui misit ectypum versus primi. Lectio certa est excepta clausula, quam Fita sic dedit F·C·H·M·H·N·S, Berlanga ita F·C·H·S·H·N·L et interpretatur *h(oc) s(epulcrum) h(eredi) a(balienare) n(on) l(icet)*; vix probabiliter. L finalis non satis intellegitur. V. 6 in. fuitne MVRVS, *Maurus*?

5892 *Requena (prov. de Valencia), en la puerta del cementerio publico, á mano derecha.* Lapis altus m. 0.90, latus 0.44.

ASLIO VR
SVLO
MESSENIA
ONESIPHORIS
PATRI

Fita *boletin de la Acad.* X 1887 p. 489 (cf. p. 848) acceptam ab Antonio Perez Garcia Requenensi.

Adnotatur F formae esse angulatae, ut Iberica P.

5893 *Requena, en la huerta de la casa de campo llamada Flores, media hora distante de la poblacion.* Cippus pulcher, altus m. 0.83, latus 0.45.

D · M
CORNELIAE
PLACIDAE
AN · XXXI
COR · TERTEOLA
MT · FILIAE · PI
ISSIMAE

Fita *boletin de la Acad.* X 1887 p. 488 acceptam ab Antonio Perez Garcia Requenensi.

Adnotatur v. 5 TERTEOLA in lapide esse. Sed formam hanc diversam esse apparet a *Deane* (n. 3088), quae ibi comparatur.

5894 *Requena; estaba usque ad a. 1880 en la iglesia mayor de Sª Mª, en la capilla del Rosario*; postea erasa est.

H·S·E·S·T·T·L·
SEMPRONIAE · CLARIS
SIMAE · ANN · XXIX · MA
TER · CLAVDIA · FILIAE
PIISSIMAE

Fita *boletin de la Acad.* X 1887 p. 488 acceptam ab Antonio Perez Garcia, qui exemplum habuit factum a. 1820 a Iohanne Blasco parocho.

5895/96 *En el castillo de Alarcón, prov. de Cuenca, amontonados en la galeria de aquella antigua fortaleza*, lapides duo longi circiter m. 1.

5895 C · CASSIVS
CITTAR

5896 VACACCIA
/////TISTO

Iosephus Serrano y Morales misit academiae historicae Matritensi Valentia *bol. de la Acad.* XIV 1889 p. 470.

VIII. CONSABVRA p. 431.

n. 3880.

IX. ORETVM p. 431. 710.

n. 3221—3227.

X. LAMINIVM p. 433. 710.

n. 3228. 3229. 3230 V. 10 P. Licinius Licinienus frater redit n. 3237. 3231—3233.

XI. LIBISOSA p. 434.

n. 3234.

XII. MENTESA ORETANORVM p. 434. 710.

n. 3230. 3236. 3237 Ectypum gypseum a Gongora sumptum est in museo archaeologico Matritensi; contuli a. 1888. 3238.

XII[a]. TITVLI INCERTAE ORIGINIS

e Gongora collecti.

Tarraconensis provinciae regiones maxime versus occidentem sitas cum vicinis Baeticae inscriptionum indagandarum causa assidue peragraverat Gongora, de cuius sylloge lapidum et ectyporum dixi in huius supplementi praefatione. Dolendum quod homo in pervestigando diligentissimus non reliquerit adnotatum, ubi singula monumenta invenerit. Ita accidit ut non pauca, quae iam extant in museis Granatensi et Matritensi, item ectypa aliquot quonam pertineant ignoremus. Frustra plerumque mea causa Iosephus Raimundus Mélida quae in museo archaeologico de Gongorae sylloge adnotata extant pervestigavit. Incertis hisce monumentis, sed quae ex regione circa Mentesam et Castulonem provenire certum est, suum caput tribui, ne nimis longe distarent ab oppidis eis, quibus ea fortasse aliquando licebit restituere.

5897 Inter lapides e Gongora collectos, fragmentum lapidis calcarii, altum m. 0.20, latum 0.08; servatur Matriti in museo archaeologico. Litterae sunt altae 0.08, malae, saec. fere tertii, admodum detritae.

CASLICINI

Descripsi et ectypum accepi a Raimundo Mélida.

C prior admodum incerta est, in ectypo paene non comparet. Etiam I prima incerta est. Quae mihi N visa est, in ectypo M pessimae formam habet. Quid lateat nescio, nisi fuit *C. Ab(ullii) Licini*.

5898 Matriti, in museo archaeologico, ectypum gypseum, inter Gongorae titulos. Tabula alta m. 0.30, lata 0.26.

D M S
CAECILIA
IVLIA
VIXIT
5 ANNIS
. . . .

Descripsi.

5899 Matriti in museo archaeologico, inter Gongorae lapides, ectypum gypseum; litteris paene cursivis.

MARCEL
LINVS

Descripsi.

5900 Matriti, in museo archaeologico, inter Gongorae lapides, lapis calcarius oblongus, litteris evanidis.

ΛE
.......N · LXV ·
PORCIA · MFA · OIA
VI ANN
5 H · S · S · S · V · T

Descripsi ut potui.

5901 Ex sylloge Gongorae; cippi magni rudis pars inferior, alta m. 0.98, lata 0.54; servatur Matriti in museo archaeologico. Litterae non bonae saeculi fere secundi, altae m. 0.00.

NIAI
AN · X ... VII
PIVS · IN · SVIS
H · S · E · S · T · T · L

Descripsi et ectypum accepi a Raimundo Mélida.

V. 1 fuit cognomen velut [*An*]|*nian*[*us*].

5902 Ex sylloge Gongorae, fragmentum cippi ex lapide arenario altum m. 0.40, latum 0.37; servatur Matriti in museo archaeologico. Litterae sunt rudes, saeculi fere primi exeuntis, altae c. m. 0.00.

IBAS · AN
AVII · PIA ·
NSVIS · HIC
5 · SIT · TIBI · T · L

Descripsi et ectypum accepi a Raimundo Mélida.

Initio latet nomen mulieris veluti [*Titia L*]*ibas*.

5903 Ex sylloge Gongorae; fragmentum parvum, longum m. 0.22, altum 0.18; servatur Matriti in museo archaeologico, litteris elegantibus, tenuibus, altis m. 0.00.

P · HOM.
XV

Descripsi et ectypum accepi a Raimundo Mélida.

V. 1 Post P punctum non satis certum; quae post OL sequuntur prorsus incerta sunt. V. 2 fuit XX.

5904 Unde provenerit ignoratur, fortasse ad Gongoras syllogen pertinebat; cippus perquam rudis ex lapide calcario, litteris parvis et malis; servatur Matriti in museo archaeologico.

D M S
//////ONTIA
//////INSVI//
//////NOOVM
//////V

Descripsi.

5905 Fragmentum, Matriti in museo archaeologico, ectypum gypseum Gongorae; altum m. 0.54, latum 0.39.

OSCVS
NNOOV
XOVI · HS
STTL

Descripsi.

5906 Matriti, in museo archaeologico, ectypum gypseum Gongorae, altum m. 0.29, latum m. 0.32.

OOXO · H
INTOA C
SITAE
CORNVC
S PAOC

Descripsi.

XIII. ILVGO p. 435.

n. 3222 Ectypum gypseum Gongorae inde a v. 3 incipiens est in museo archaeologico Matritensi, ubi contuli a. 1882.
3249 Ectypum gypseum Gongorae est in museo archaeologico Matritensi; contuli a. 1999. 3241. 3242. 3242 Ut n. 2242.
3244. 2249 Ut n. 3240. 3240—3848.

XIV. BAESVCCI p. 437. 710. XLV.

n. 2249. 2890. 3291 Ectypum gypseum Gongorae est in museo archaeologico Matritensi; contuli a. 1226. 3852—3852.
3299 Extat Matriti in museo archaeologico ex sylloge Gongorae; contuli et ectypum sumpsi a. 1988. V. 10 extr. ita legi NOSTEO·P/.
3207. 3208 Ut n. 2259. 2259 Ut n. 3259. Initio versus unus deest. V. 4 potius visum est in lapide esse F·ANN. Contuli a. 1889.
3299. 2291 Ectypum gypseum Gongorae est in museo archaeologico Matritensi. 3262. 8292.
9091 (p. 710). Ut n. 8256. Littera e hanc habet formam singularem ter u.

XV. CASTVLO p. 440.

Accedit *la Toscana* prope *Bailen.*

n. 2224—2299. 2297 Est in museo archaeologico Matritensi per Gongoram; contuli a. 1989. 2299.
3869 Ectypum gypseum partium superstitum sumptum a Gongora est in museo archaeologico Matritensi; contuli a. 1888. 3270—2874.
3279 Est in museo archaeologico Matritensi per Gongoram; contuli a. 1888. 2279 Ut n. 2869. 2277 Ut n. 3292. 3279. 8279.
2289 Primus edidit Berlanga *estudios romanos* II p. 85. 8891—8889. 8886 Ut n. 3887. 3287. 3299.
3289 Ut n. 8287. Edidit Berlanga *estudios romanos* II p. 68. 3290—8222. 3293 Ut n. 2298.
3294 Edidit Berlanga *estudios romanos* II p. 18, Hisp. anteromana p. 193. 250. 3292 Ut n. 3887. 3296—2391.
2302 Edidit Berlanga *estudios romanos* II p. 5, Hisp. anteromana p. 188. 808; Garrucci sylloge n. 8884. 8303.
3304 Ut n. 3289. Pauciora etiam in ectypo gypseo leguntur. 3305—3311. 3212 Ut n. 3292. V. 2 VM in ectypo vidi.
3212—3329. 2881 Ut n. 8868. 3388 Ut n. 3868. 8323 Ut n. 8299. 3324 Ut n. 3292. V. 1 CLA potius vidi.
2325 Puto ut n. 3269, sed non vidi. 3329 Ut n. 3268

E Castulone et vicinia post Gongoram, qui quaedam inde nova conquisivit (n. 2907. 9999. 9910), accesserunt tituli sepulcrales pauci (n. 9999. 5911—0215) per Petrum de la Garza (v. Emm. Oliver *noticia de las actas de la academia* a. 1979 p. 88. 59) et Eliam Garcia Tuñon y Quirós (ibid. p. 32. 28 et *boletin de la Acad.* I 1977—79 p. 9 et 291). Ipse loca illa denuo non edii.

Nomina Castulonis videntur fuisse *municipium Caesarinum iuvenale*; nam Plinii Caesari venales corrupti sunt ex *Caesari*[*ni iu*]*venales.*

5907 Castulone, rep. in vicinia alicubi, ex sylloge Gongorae. Cippus magnus ex lapide arenario, altus m. 1.17, latus 0.22; servatur Matriti in museo archaeologico. Litterae bonae et tenues saec. II, altae m. 0.06.

SISTE · PRECOR · QVAESO
sic CIPVM · COGNOSCE · VIATOR
ANTISPOBVS · A · VIII · CARVS
OMNIBVS · HIC · SITVS · EST
ET · PRECOR · VT · DICAS ·
ANTISPORE · SIT · T · T · L ·

Descripsi et ectypum sumpsi.

5908 Rep. *en los cortijos de Cazlona*, servatur Matriti in moseo archaeologico; lapis marmoreos eltus m. 0.55, latua 0.45, litteris honis.

D · M · S
FABRICIVS
FELICISSIMVS

Descripsi. Oliver *noticia de las actas de la acad.* a. 1879 p. 29 et 55; Rada *museo español* IV 1875 p. 593.

5909 Castulone, e sylloge Gongorae, cippus fastigatus, altus m. 0.95, latus 0.59; Matriti in museo archaeologico. Litterae altae sunt v. 1 m. 0.045, vv. reliquis 0.04, satis bonae saec. II.

D · M · S
M · FVLVIV//
CHRESTV//
ANN · VIIII
5 *pi*VS IN SVOS
H · S · S · T · T · L
VAR_EALIO

Descripsi et ectypum sumpsi.
V. 7 videntur latere nomina mulieris.

5910 Castulone, e sylloge Gongorae, cippos parvus rudis, superne volutis, quae dicont ornatus, altus m. 0.55, latus 0.40; servatur Matriti in moseo archaeologico. Litterae altae sunt m. 0.045, ex parte evanidae, satis antiquae. Supra nihil visum est deesse.

sic SALVTAE
PXO MERITIS
PARVVM · MV
MVS · HOC · TIBI
5 DOLES · XEDD
STTL

Descripsi et ectypum accepi a Raimundo Mélida.
Elementum v. 1 quintum quamquam T litterae formam habet, tamen videtur I significare.
Salv[i]ae . | Pro meritis | parvum mu nus hoc tibi | dole(a)s redd[o] . | S. t. t. l.

5911 *La Toscana* prope *Bailen.*

D · M · S ·
BARITTO AN
XXXVII · HIC
S · EST · S · T ·
T · L

Descripsi ex ectypo quod servat Guerra; Tuñon misit academiae Matritensi a. 1877.

5912 *La Toscana* prope *Bailen.*

DIOVS M O
OAPIA · A XXXV
SIMPIO S *sic*

Tuñon misit academiae Matritensi a. 1877; inde Emm. Oliver *noticia de las actas de la acad.* a. 1879 p. 39. 58.

5913 *La Toscana* prope *Bailen*, cippus.

CORMLPXIMA
AM LXVH S EST

Tuñon misit academiae Matritensi a. 1882.
Lege *Cor[nel(ia)]*.

5914 *La Toscana* prope *Bailen.*

D M S
HOXMIOMO
PIA a IMSVIS
ANNORVM XXV
5 HSSSTTL

Descripsi ex ectypo quod servat Guerra; Tuñon misit academiae Matritensi a. 1877.

5915 *La Toscana* prope *Bailen.*

tenuta
rosa *rosa*
peculum
// M O



Tuñon misit academiae Matritensi a. 1877; Oliver *actas* a. 1879 p. 30. 56.

XVI. TVGIA p. 448. 710.

Accedit *Quesada.*

n. 3327. 3329. 3329 Ectypum gypseum Gongorae est Matriti in museo archaeologico; contuli a. 1898. 3330—3333. 3334 Ut n. 3399. 5092 (p. 749) Extat Matriti in museo archaeologicu per Gongoram, contuli 1885, cippus parvus litteris evanidis.

Ex *Santo Tomé* accesserunt per Gongoram tituli duo (n. 5916. 5917) et per eundem unus ex *Quesada* (n. 5918), quod est oppidum huius regionis a *Cazorla* versus meridiem situm, sed a Tugia nimis remotum, quam ut flaminica illa huc possit pertinere. Videtur urbs ibi fuisse antiqua aliunde non nota.

5916 *Santo Tomé* ad Baetim, rep. a. 1880, servatur Matriti in museo archaeologico; litteris non bonis saec. fere tertii.

D · M · S
CORNIILIVS OP
TANDVS ANNO
RVM · XXI · PIVS

Descripsi ex ectypo, quod dedit Guerra; Rada *museo español* VI 1875 p. 529 ex eodem.

5917 *Santo Tomé*, fragmentum altum m. 0.34, latum 0.34; ectypum a Gongora sumptum servatur Matriti in museo archaeologico.

N a M/\(
AAPIMAX
ISSIMO POS

Descripsi.

5918 *En la villa de Quesada, en la puerta de los Santos* GUT. Ectypum gypseum a Gongora sumptum servatur Matriti in museo archaeologico; basis alta est m. 0.87, lata 0.83.

C · XVFINA · FLAMINIC
C · RVFINO FILIO SVO
TITVLVM POSVIT
AN·XXI HSSSTTL

Descripsi ectypum; Ferdinandus Amator Gutierrez *historia de Quesada* manu saec. proximi scripta, quam vidi Hispali apud Iohannem Perez de Guzman, ducem de Tserclaes, dum ibi moror vere a. 1889.

XVI[a]. SALARIA p. 710.

Accedunt *Aldehuela* et *Montiel.*

n. 5083 Extat Matriti in museo archaeologico per Gongoram una cum eiusdem ectypo gypseo; contuli a. 1886. Vide Gongoram in P. Sabau *noticia de las actas de la acad.* a. 1868 p. 51.

Ad Salariam locosve vicinos videntur pertinere tituli tres huic capiti addendi (n. 5919—5921).

5919 *Ubeda*, e sylloge Gongorae, servatur Matriti in museo archaeologico; cippus magnus, altus m. 0.88, latus 0.51, litteris altis v. 4 m. 0.07, reliquis vv. 0.06, saeculi primi bonis.

EX · HOC · LOCO
VSQVE · ADVIAS
PVBLICAS
MONIMENTI
S LOCVS · EST

Descripsi et ectypum sumpsi.

5920 *Montiel*, ad ripam sinistram *Vega* fluvii, ubi confluit cum Baete.

D · M · S
FLAMINIA
ACVTIA
ANNORVM
S XXV · H
S · E · S · T · T ·
· L ·

Guerra *nuevos descubrimientos* (a. 1875) p. 11.

5921 *Aldehuela* prope Ubedam, servatur Matriti in museo archaeologico per Gongoram; cippus rudis, altus m. 0.44, latus 0.88, litteris altis v. 1 m. 0.06, vv. reliquis 0.04, malis saec. fere secundi.

D · M · S
VIBIA ∘ PRIMI
GENIA ∘ AN ∘ LV

Descripsi et ectypum accepi a Raimundo Mélida.

XVII. VIVATIA p. 449.

n. 3335—3343. 3344 Ectypum gypseum Gongorae est in museo archaeologico Matritensi; contuli a. 1886. 3340. 3346.

3347 Edidit Berlanga *estudios romanos* II p. 88, extat in museo archaeologico Matritensi per Gongoram; contuli a. 1880.

3348 Ut n. 3344.

De Vivatia scripsit Ferdinandus de Cozas Martinez *noticias y documentos para la historia de Baeza*, Jaen 1884 (pp. 000) fol. Novi librum ex *bol. de la Acad.* XII 1888 p. 04, sed non vidi.

XVIII. OPPIDVM IGNOTVM p. 451. 711.

n. 3349 Ectypum gypseum Gongorae est in museo archaeologico Matritensi, ubi contuli a. 1880.

3350 Ut n. 3349. Edidit Berlanga *estudios romanos* II p. 39. 3351.

3352 Ut n. 3349. Edidit Berlanga *estudios romanos* II p. 6, Hisp. anteromana p. 268. 3353.

3354 Edidit Berlanga *estudios romanos* II p. 18, Hisp. anteromana p. 355. Extat in museo archaeologico Matritensi per Gongoram, contuli a. 1886. Cippus rudis supra olim faciem habebat rotundam ad protomen recipiendam.

3355 Ut n. 3349. 3356 (v. infra n. 5922). 3357.

5004 (p. 711). Ut n. 3354. 0095 (p. 711) = 3689 (p. 928).

Propter pontificatum Augusti memoratum in titulo n. 3350, qui videretur Baeticae provinciae proprius fuisse, Mommsenus oppidum hoc ignotum non Tarraconensi, sed Baeticae tribuendum censuit (Hermae vol. XVII 1882 p. 042). Sane *Mancha Real* non nimis longe distat a finibus provinciae; tamen nondum satis tutum visum est propter argumentum illud solum oppidum loco movere, quem ei tribui cum aliis vicinis, quae, ut Mentesa et Aurgi, maiore etiam iure quam illud possunt videri Baeticae tribuenda esse.

5922 ad n. 3356. *Jodar*; denuo comparuit a. 1875 eodem loco. Est basis litteris optimis fortasse liberae rei publicae.

NELIVS · CERVI · F
IGER · PATER
A · GALDVRIAVNIN
XOR

Descripsi ex imagine photographa, quam miserunt Costa et Fita.

Ioach. Costa *inscripcion ibero-latina de Jodar bol. de la institución libre de enseñanza* XIII 1889 p. 188. 204. 210. 230. 348 ss.; Fita *bol. de la Acad.* XV 1889 p. 203 et 888 (inde Chabas *archivo* III 1889 p. 203) cum imagine photographa uterque.

Editores v. 1 nomen prius PSELIVS, v. 3 IGER fuisse putant, in quo I hanc formam eis visa est habere ↓. Ego nihil eorum in imagine photographa dispicio neque dubito quin legendum sit simpliciter [-. *Cor*]*nelius Cervi f*(*ilius*) | [*N*]*iger pater*, | [*Titi*]*a Galduriaunin* | [... *u*]*xor*. Filius Nigri, Titiae (vel aliter dictae) mulieris Iberae maritus, fortasse in alio lapide erat nominatus.

XIX. AVRGI p. 452. 711.

Accedit *Albanches*

n. 3358 Ectypum gypseum Gongorae est Matriti in museo archaeologico; contuli a. 1886. 3359. 3360.

3361 Ut n. 3358. Cf. quae adnotavi ad cap. XX. 3362—3364. 3365 Ut n. 3358. 3366 Ut n. 3358. 3367.

3368 Ut n. 3358. 3369—3371. 3372 Habet etiam Servius iuveniles feriae p. 188. 3373 Ut n. 3358. 3374. 3375.

Tribus Aurgitanorum qualis fuerit non satis liquet, cum in titulo Tuccitano *duumvir municipii Aurgitani* Quirinae, in Aurgitano n. 3361 alius duumvir Galeriae adscribatur. Unde hunc titulum non Aurgitanum, sed Mentesanum esse coniecit Kubitschek de trib. Rom. orig. p. 100; sed Mentesa eum huc delatum esse probabilitate caret.

Ex *Albanches* accessit titulus sepulcralis unus (n. 5923).

5923 Rep. in loco dicto *la Longuera alta ó pie de las Majadillas*, chiliom. 0 versus meridiem ab *Albanches*.

L · CORNELIVS · L · FIIINSILVR

Guerra *nuevos descubrimientos* (a. 1879) p. 11 ex ectypis missis a Gregorio Sanchez. Lege

L. Cornelius L. fil(*ius*) *L. n*(*epos*) *Silur*

Videtur nihil deesse.

XX. MENTESA p. 456.

n. 3376—3378. 3379 Ectypum gypseum Gongorae est in museo archaeologico Matritensi; contuli a. 1886. 3380.

3381 Ut n. 3379. 3382. 3383. 3384 Ut n. 3379. 3385 Ut n. 3379.

Oppidum secundum Plinii testimonium (III § 25) stipendiarium ab Augusto dignitate auctum esse coniecit Kubitschek de trib. Rom. orig. p. 178, cum in titulo Gaio Caesare imperante posito n. 3370 ordinis mentio facta sit. Alterum qui ordinis meminit titulum n. 3380 cur ante Vespasianum positum esse suspicemur, quod idem voluit, causa nulla est. Galeriam fuisse Mentesanorum tribum idem coniecit ex titulo Aurgitano n. 3381, quem potius Mentesanum esse putat, ut supra dixi (cap. XIX). Sed coniecturae illae omnes admodum incertae sunt.

XXI. ACCI p. 458. XLV.

Accedunt *Graena* et *Purullena*.

n. 3380 Contuli Hispali a. 1891. 3387—3390. 3391 Ectypum gypseum Gongorae est in museo archaeologico Matritensi.
3392. 3393. 3394 Ut n. 3391. 3395 Ut n. 3391. 3396 Puto extare ut n. 3391, sed non vidi. 3397 Ut n. 3391. 3398.
3399 Servatur inde ab a. 1871 prope Malacam in praedio rustico Thomae Heredia, quod dicitur *la hacienda de San José*, ubi contuli a. 1889 cum Emmanuele Berlanga. V. 10 ut Berlanga recte legerat, ita est in lapide XII·VRBANAE; de *cohorte* igitur *XII*, non *XIII* sive *XIIII*, urbana sermo est.

3400—3402. 3403 Extat Matriti in museo archaeologico per Gongoram, tabella marmorea alta m. 0.03, lata 0.90; contuli a. 1889. 3404—3407.

Tituli novi in locis, quos supra dixi, reperti num ad Acci pertineant incertum est; hic posui, quia videntur ad Tarraconensem provinciam referendi esse. Ex Acci ipsa nihil novi accessit.

Locum Nativola tituli christiani Granatensis inscr. Hisp. christ. n. 145 pertinuisse ad conventum Accitanum indicant episcopi in illo nominati; quod addendum esse de conventu Accitano adnotatis dixi in additamentis ad p. 883.

5924 Rep. *en los llanos ó secanos de Purullena, á 8 leguas de Granada y una de Guadix*; servatur in museo Granatensi.

M · IVNIVS · M . f.
PVP · HISPAnus
H · S · E

Descripsi. Ios. et Emm. Oliver *Granada* p. 434.

Berlanga adnotat Pupiniam tribum etiam apparere in titulo Accitano n. 3398. M. Iunius Quir. Hispanus aliquis est in titulo Hispalensi n. 1109.

5925 Fragmenta reperta *en los llanos ó secanos de Purullena*, unius, ut videntur, tituli; servantur in museo Granatensi, *a* m. 0.25×0.07; *b* m. 0.17×0.13, *c* m. 0.15×0.17; *d* m. 0.20×0.10; *e* m. 0.10×0.11; litterae evanidae ex parte, omnes similes sunt, saeculi fere secundi altaeque m. 0.07 ad 0.08.



Descripsi; delineavit mihi praeterea accurate Gomez Moreno filius.

5926 Rep. *en Graena* prope *Purullena*; servatur in museo Granatensi, fragmentum longum m. 0.37, altum 0.14, litteris fugientibus.



Descripsi.

XXII. CARTHAGO NOVA p. 462. 711. XLVI.

n. 3408 Garrucci sylloge n. 2207. 3409. 3410 Est Matriti in museo archaeologico; contuli a. 1888. Rada *museo español* VI 1875 p. 491.
3411—3416.

3417 Bibranus in epistola Parisiis a. 1604 ad Lipsium scripta in Burmanni sylloga epist. II p. 144 ss. (cf. Hermes VIII 1873 p. 234) putabat ex Africa advectam esse; errore. Carthagine vidit comes de Sandwich, ut apparet ex libro *Voyage round the Mediterranean in 1738 and 1739* ed. Ioh. Cooke Londinii 1799 (pp. XI 909 4.) p. 529. Librum indicavit F. Haverfield *classical review* a. 1890 n. 234. Vidit vel certe edidit titulum integrum ut dedi, scilicet litteris, quae iam non extant, suppletis.

3418—3421. 3422 Ut n. 3410, fragmentum altum m. 0.44, latum 0.47; contuli a. 1888. Rada p. 488.

3423 Ut n. 3410, lapis longus est m. 3.00, altus 0.37; litterae sunt optimae aetatis fere Traianae, altae v. 1 m. 0.108, v. 2 0.070 v. 3 0.080, v. 4 0.045; contuli a. 1880. Rada *museo español* VII 1876 p. 001. Vide infra cap. XXII[a] Asso. 3424.

3425 Ut n. 3410, lapis longus m. 1.30, latus 0.78; contuli a. 1889. Rada museo *español* VI 1875 p. 487. Litterae sunt optimae aetatis fere Caesaris, altae v. 1—3 m. 0.110, v. 4 0.000, v. 5 0.070.

3426—3432. 3433 Garrucci sylloge n. 2200. 3434 (v. infra n. 0027). 3435—3438. 3439 Garrucci sylloge n. 2288.

3440—3447. 3448 Ut n. 3410, alta m. 0.47, lata 0.39; contuli a. 1888. Rada p. 400. 3449—3490.

3401 Ut n. 3410, alta m. 0.95, lata 0.40; contuli a. 1880. Rada p. 508. 3492—3478. 3479 (v. infra n. 5020). 3480.

3401 Ut n. 3410, alta m. 0.00, lata 0.47; contuli a. 1888. Rada p. 501. 3482—3487.

3408 Ut n. 3410, contuli a. 1080. Rada p. 497. 3489—3402.

3403 Ut n. 3410, alta m. 0.00, lata 0.59; contuli a. 1889. Rada p. 496. 3494.

3409 Ut n. 3410, lata m. 0.05, alta 0.34; contuli a. 1000; Garrucci sylloge n. 2208. Rada p. 580. Pars dextra Carthagine relicta est.

3409—3408. 3400 Ut n. 3410, alta m. 0.51, lata 0.30; contuli a. 1089. Rada p. 909. 3000—3503.

3004 Garrucci sylloge n. 2909. 3505—3007. 3500 Ut n. 3410, alta m. 0.28, lata 0.91, contuli a. 1080. Rada p. 581.

3909—3912. 3913 Ut n. 3410; contuli a. 1880. Rada p. 499.

3914—3529[a]. 5199. 9128 (p. XLVI).

Carthagine cum a. 1873 qui res publicas foederatas in Hispania condere sibi proposuerant, urbe obsessa vincerentur, quae ex castello *de la Concepcion* aliisque urbis partibus asportari poterant monumenta epigraphica Matritum delata sunt in museum archaeologicum. Edidit ea cum aliis eiusdem musei monumentis Iub. de Dios de la Rada in *museo español de antigüedades* vol. VI 1875 p. 477 ss.; ipse contuli a. 1881 et 1886. Quae in aedibus publicis Carthagine servantur inscriptiones circiter quadraginta, muro pergulae insertae pleraeque, ibi remanserunt. Eas quoque contuli a. 1886; sed nihil in exemplis meis inveni mutandum, quod mentione dignum videretur. Titulos novos repperi nullos praeter massarum ex plumbo duos, quos magis visum est cum reliquis eius modi monumentis coniunctis exhibere infra inter instrumenti titulos.

De tribu Carthaginis etiam Kubitschek (de trib. Rom. orig. p. 169) rem nondum potuit ad liquidum perducere. Videtur sane Sergia fuisse oppidi vetusti tribus (v. n. 3408), sed quo modo Galeria reliquaeque in titulis Carthaginiensibus obviae explicandae sint, non liquet.

Appendicis loco contribui cum capitis huius titulis incertae originis in museo archaeologico servatorum alteram seriem (v. supra p. 948), in qua probabile est, non certum, inesse etiam titulos e Carthagine nova procedentes vel ex vicinia eius. De eorum origine frustra per Iosephum Raimundum Melida quaesivi; certum videtur, non ad Gongorae sylloges eos pertinere. Sed visi sunt apte hoc potissimum loco proponi posse (n. 5938—5940).

5927 ad n. 3434. Extat Matriti in museo archaeologico; litterae sunt altae m. 0.040 ad 0.035, perspicuae omnino et profunde incisae, in fine versuum tantum ex parte detritae et interdum initio, puto cum lapis ex turris muro evelleretur, ut asportari posset.

M · PVPIVS · M · L
SEX · LVCCIVS
SEX · L · CAEP
M · PROSIVS · M ·
N · TITIVS · L · L · MV
C · VERGIVS · M · L
ANTIOC · SEXTI
SL · TERENTI · C · S
PILEMO · ALBI · L · S
ALEX · TITINI · L · S
ACERD · SAPO · M · S
MAG · PILAS · III · ET
FVNDAMENT · EX
CAEMENT · FACI
COERAVERE

Contuli et ectypum sumpsi a. 1886, quod exemplum meum, quamquam non sine difficultate sumptum a. 1860, probum esse in universum demonstrat; Garrucci sylloge n. 2205; Rada *museo español* VI 1875 p. 433.

Quae corrigenda inveni non multa, infra indicabo.

V. 1 extr. punctum post M et L litterae angulus inferior adsunt. 3 Ultimum elementum est P aperta, non M; *Caep(io)*? 4 extr. M et L ligatae certae sunt; dedit etiam Rada. 7 extr. nihil deest. 9 S ultimae sinus tantum superior superest. 11 A prima interiit paene tota, aliud elementum praeterea ante eam nusquam in lapide fuit spatio deficiente. Itaque cogitari nequit de *Sacerd.*; sed A olim recte me legisse puto. In fine post M superest S litterae pars inferior. Itaque legendum *Acerd(o?) Sapo(nis) M(arci) s(ervus)*. Saponis nomen sane rarissimum videtur, sed cum extent *Sappus* et *Sapienus* non repudiandum. 12 III certum est; et habet etiam Rada. 13. 14 in. nihil videtur deesse. 15 *coeravere* vocabuli litterae omnes dispiciuntur a parte superiore. Itaque legendum in fine *mag(istri) pilas III et fundament(um) ex caement(o) faci(endum) coeravere.*

De pilis et fundamento murorum portus Carthaginiensis cogitavit Rada; sed magistri libertini et servi, collati illi cum magistris paullo etiam vetustioribus tituli n. 3433, de sacello aliquo potius cogitare iubent, ut olim feci.

5928 ad n. 3479 (Eph. III n. 38). Pinillae, leugas $3^1/_2$ ad occidentem a *Fonte Alamo*, prope Carthaginem novam, fragmentum extat una cum titulo n. 3473.

. . . ETAS · CREDO · HOC · TRIBVIT · PRO · TEMPORE · M . . .
. . . ONA · NON · MEMINIT · SEIC · MALA · NE · TIMEAT

Guerra misit ab amicis acceptam, qui putabat clausulam fortasse pertinere ad epigramma illud iuvenis a latronibus caesi, quod Hauptius mecum ita restituerat:

moll]em robusteis nondum formata iuvent[us
ae]tatem Lusi vi[r]ibus induerat,
cum]. carae exoptans complexum saepe soror[is
mul]ta vias dum volt milia conficere,
caeditu]r infesto concur[s]u forte latronum.

Atque potuit sane vel interposito pentametro uno ita terminari carmen non inelegans, ut quasi excusaretur iuvenis imprudentia:

illa a]etas credo hoc tribuit pro tempore m[ortis,
ut b]ona non meminit, seic mala ne timeat.

V. 4 *multa milia* Catulli admonent c. 16, 12 *milia multa basiorum* et 68, 46 *nos porro dicite multis* | *milibus.*

5929 (= Eph. III n. 33). Carthagine nova rep. m. Sept. a. 1875 in fundamentis domus privatae, quam ad plateam dictam *Puertas de Murcia* aedificabat Pedreño civis Carthaginiensis, columna marmorea diametri m. 0.40 plus minus. Dono eius qui invenit in curiam translata ibi tum servabatur. Litterae sunt formae satis vetustae. Non vidi a. 1886.

C · LAETILIO · M · F · A|palo
IIVIR · QVINQ
LARES · AVGVSTALES · ET
MERCVRIVM · PISCATORES
ET · PROPOLAE · DE · PECVN · SVA
F · C · I · Q · P

Descripsi ex ectypo a Saavedra misso, qui edidit in ephemeride *el cronista* d. 5 m. Oct. a. 1875; C. Rossell *actas de la acad.* a. 1876 p. 38. Exempla script. epigr. Lat. n. 337.

C. Laetilium hunc non diversum esse a C. Laetilio Apalo (i. e. Hapalo), quem una cum rege Ptolemaeo regis Iubae filio duovirum et quinquennalem in ipsa Carthagine fuisse testatur nummus Augusti ibi, ut admodum probabile est, cusus (Florez II tab. 66, 8; Eckhel D. N. IV p. 166 cf. CIL II 3417), veri similis est Saavedrae observatio. Laetilii duo eiusdem gentis (Marci alicuius liberti sunt) in titulis Carthaginiensibus n. 3473. 3474 memorantur.

Piscatores propolas similiter uno corpore coniuncti videntur fuisse Ostiae (CIL XIV 403).

Lares Augustales in honorem Augusti et Mercurium lucri repertorem piscatores et propolas sua pecunia fecisse consentaneum est; mirum, quod ipsi dicuntur probasse opus, non magistri eorum aliusve magistratus. Sed fortasse nondum in iustam collegii formam tum redacti erant.

5930 (= Eph. III n. 53). Carthagine nova rep. in parietinis castelli *de la Concepcion*; servatur Matriti in museo archaeologico; lapis latus m. 0.50, altus 0.45, litteris optimis.

TI · CLAVDIO · TI · F
NERONI
PATRONO · COLON

Descripsi. Rada *museo español* VI 1875 p. 488.

Est Tiberii nondum Caesaris, ut n. 478. 1113. 1589.

5931 (= Eph. III n. 34). Carthagine nova rep. cum n. 5930; fragmentum basis marmoreae altum m. 0.85, latum 0.53, litteris optimis aetatis Augustae ineuntis, ab m. 0.80 descendentibus ad m. 0.55; servatur Matriti in museo archaeologico.

CAESARIS
O · DESIGN
ACCENSVS
T · PAVIMENT
F · C ·

Descripsi et ectypum sumpsi; Rada *museo español* VI 1875 p. 490.

Caesaris alicuius ex gente Iulia accensus pavimentum aliasque aedificii nescio cuius partes facienda curavit.

5932 (= Eph. III n. 57). Carthagine nova Fil. S. I. Peut.

A · LVMNESIVS · A · F · MAEC . . .
ET · LVMNESIA · A · F · MAXVMA · SOROR

Filonardianus codex f. 87. 88' bis; Peutinger f. 63'.

Vv. divisio non traditur. V. 1 lacunam ante MAEC indicat Fil.; fortasse nihil deest. V. 2 A·F om. Peut.

Nomen aut barbarum est aut corruptum; solent enim Carthagine homines nominibus uti Romanis notissimis planisque; corruptum item videtur et v. 2 in.

5933 Carthagine nova, in aede Sanctorum Quattuor.

STATIA · SCAT
L · F · PHIA · SALVE

Guerra misit acceptam ab amicis.

Lege *Statia Scat(inia) L(uci) f(ilia) Phi(l)a salve.*

5934 (= Eph. II n. 384). Carthagine nova, servatur Matriti in museo archaeologico, basis alta m. 0.66, lata 0.50, litteris bonis saeculi primi. Non vidi a. 1885.

L · VERGILIVS
L · L · HILARVS
SVTOR · HIC
SITVS · EST · F · C
VXOR · ET · LIBETI *sic*

Guerra exemplum misit. Rada *museo español* VI 1875 p. 498.

5935 (= Eph. III n. 38). Carthagine nova rep. a. 1868, servatur Matriti in museo archaeologico; lapis altus m. 0.35, latus 0.30, litteris bonis.

V E R G I L I A E
CAESIAE
MARIA · L · DESVO
*fa*CIVNDVM · CVRAVIT

Contuli. Rada *museo español* VI 1875 p. 499.

Vetustatem, i. e. aevum Augusti, ut in reliquis fere sepulcralibus quae Carthagine proveniunt, praeter alia Caesiae cognomen antiquum indicat.

5936 Matriti, in museo archaeologico, cippus supra fractus, altus m. 1.89, latus 0.36; litteris saeculi primi bonis altis m. 0.035, a parte dextra prorsus evanidis.

. . . N A E

spatium erasum versus trium

. . . E C . . .
ANNOR · XX
HIC · SITA · EST
HIC · SE · ERCC
OBLECTAT · V . . .
POTE · M . . .
O P h AA
C L A P P C O N
S E I A B E N E
V O L E N T I A E
C . . . O S
. . . E M

Descripsi et ectypa sumpsi duo; unum etiam misit Melida. Rada *museo español* VIII 1876 p. 877.

V. 1 potest fuisse [*Fo*]*rtunae* aut ... *annae*. V. 8 ERCO, non ERGO, clare legitur, praeter O evanidam. V. 9 in fine AT·V certa sunt; littera ultima prorsus evanuit, fuit autem T. V. 10 POTE· certum videtur. Quae sequuntur vv. 10 extr. — 13 med. enucleare non possum. Tum v. 13. 14 BENE|VOLENTIAE certum est, reliqua incerta. In fine nihil deest.

5937 Inter Italicenses, sed est potius Carthaginiensis; Matriti in museo archaeologico ara parva, litteris optimis; de origine non constat.

L · F · S

Descripsi a. 1881.

5938 Matriti, in museo archaeologico, tabula marmorea parva; originis incertae.

D M S
RESTVTVS
SER · ANN
XXVI PIVS

Descripsi.

5939 Matriti, in museo archaeologico, fragmentum e lapide calcario; originis incertae.

. . .
AN · XXV
VALERIVS · CI . . .
XORI CARISS . . .

Descripsi.

5940 Matriti in museo archaeologico, cippus litteris bonis; de origine non constat.

N · VINEIO
M · F · GAL
ALBANO

Descripsi. Rada *museo español* VIII 1876 p. 276.

XXII[a]. ASSO (*Caravaca?*).

Asso oppidum memoratum in titulo Caravacae exstante (n. 5941) Guerra putat collocandum esse in loco *las Cuevas de los Negros* sive *de la Encarnacion* a Caravaca leugam unam versus meridiem, Argos in *Cehegin* (cuius flumen hodie *Argos* nomen habere dicit), Sicelli in *el Villar del Monte Siceli* sive *Sigelli*, leugas duas ad meridiem orientemque a Dianio, Lacedaemonem in castello de *Luchena* (quae si est urbs Lacaena) sive de *Puentes*, ad septentriones orientemque a *Lorca*. Sed nulla omnino causa est, cur non etiam Argis, ubi negotiantes Italicos constitisse scimus inde ab antiquis temporibus (CIL III 531. 532), et Lacedaemone in Graecia, ubi tituli certe aliquot Latini reperti sunt (CIL III 493. 494), patriam habuisse credamus hominem hunc multorum oppidorum incolam; ubi vero in Hispania Sicelli et Asso fuerint, nondum certo demonstratum est. Quod Detlefsenus (Philol. vol. XXX a. 1870 p. 294) cum Sicelli hoc composuit Sucaelonem Baeticae oppidum nullam habet probabilitatem. Ceterum tenendum est *collegium Assotanum* tituli Barcinonensis n. 4540 fide stare Valenzuelae non satis explorata sola.

Titulus in viciniа repertus n. 5942 est alterum exemplum n. 5344.

5941 (= Eph. III n. 38). *Caravacae* adhoc extat *en la hermita de la Soledad*, in limine superiore portae, quae ad occidentem spectat. Lapis ingens longus m. 3.83, altus 3.37; scriptus litteris pulcherrimis aetatis Hadrianae, similis omnino Carthaginiensi n. 3423.

L · AEMIL · M · F · M · NEP · QVIRINA · RECTVS · DOMO · ROMA · QVI · ET · KARN ·
· ET · SICELLITANVS · ET · ASSOTANVS · ET · LACEDAEMONIVS · ET · BASTETANVS ·
· ET · ARGIVS · SCRIBA · QVAESTORIVS · SCRIBA · AEDILICIVS . DONATVS · EQVO · PVBL ·
· AB · IMP · CAESARE · TRAIANO · HADRIANO · AVG · AEDILIS · COLONIAE · KARTHAGI ·
PATRONVS · REI · PVBLICAE · ASSOTANOR · TESTAMENTO · SVO
REI · PVB · ASSOTAN · FIERI · IVSSIT · EPVLO · ANNVO · ADIECTO

Antiquissimus servavit; Guerra *discurso de Rada* (a. 1873) p. 123 cui descripserunt Alphonsus Chico de Guzman senator regni Hispanici etc. aliique homines eius regionis primarii; Rada *museo español de antigüedades* VI 1873 p. 491.

Exemplum Antiquissimi probum omnino, ut nunc patet (nisi quod v. 5 ante FIERI insertum habet NANC, quod non est in lapide), pro interpolato olim habui (n. 3423).

5942 Rep. *en el sitio denominado La Vereda, cerrillo puesto á la margen derecha del rio Argos y como á media legua SO de Caravaca*, fragmentum tabulae marmoreae, altum et latum m. 0.17; supra margo servatus est. Litterae dicuntur esse elegantes aevi Antoniniani.

*qui*RINA · *Rectus*
ET · SIC*ellitanus*

Guerra *boletin de la Acad.* X 1887 p. 483 ex ectypo misso a Quintino Baz Caravacensi, qui adnotat de loco, quo inventum sit fragmentum, sibi satis constare, quamquam qui invenit rusticus eum celare studuerit. Idem statim observavit alterum exemplum esse tituli n. 5344 quamvis paullo aliter dispositum.

XXIII. *MVRCIA* cum vicinis p. 476.

n. 3521—3523. 3524 (v. cap. XXII[a]). 3525—3534. 3535—3537 (v. cap. XXIII[b]). 3538—3540.

3541 (p. 478) Extat in *Archena*, nuper collocata *en el edificio de los baños en la pared de la escalera*. Litterae sunt optimae aetatis Augustae. Legitur in lapide C·CORNELIVS CAPITO, non, ut dedi secutus Capdevilam, D·CORNELIVS·CARITO. Reliqua recte descripta sunt. Ectypum ab Eduardo de Luque acceptum misit Berlanga, qui edidit *bronces de Osuna* p. 337.

3542—3543. 3543 et 3556 v. infra inscriptiones suspectas. 3551—3553.

Regionis vastae, cuius titulos inscriptos raros hoc capite coniunxi, geographiam vetustam explicare suscepit Aurelianus Guerra in dissertatione Deitania *y su cátedra episcopal de Begastri, conferencia tenida en la Sociedad Geográfica de Madrid* d. 8 m. Mart. a. 1873 (Matriti 1873, pp. 53 cum tabula geographica a Francisco Coello delineata; dixi de ea *Jenaer Literaturzeitung* 1879 p. 487). Ita qui ad Asso Bariam Begastrum oppida pertinent titulis iam non capita tribui (XXII[a], XXIII[a], XXIII[b]).

In ipsa *Murcia* urbe, quam denuo adii a. 1883, museum quidem provinciale, quod dicunt, nuper institutum est, sed monumenta epigraphica nondum in eo collocata sunt. Servantur ibi per Xaverium *Fuentes y Ponte* res vetustae repertae in praedio *de Tiñosa*, quod situm est a montibus de *la Fuensanta* versus septentriones, circiter leugam unam a *Murcia* (v. *boletin de la Acad.* III 1883 p. 23).

Addidi titulis huius capitis, qui certis oppidis nondum tribui possunt, quattuor novos (n. 5343—5346). Duo tantum e municipiis vetustis videntur provenire (n. 5943. 5345). De Foalis fici oppido, ubi repertus est n. 5343, Kiepertus respondit sibi videri indicatum esse *Fuente de la Higuera* vicum provinciae Alicantensis hodiernae, situm inter *Caudete* oppidum provinciae Albacetensis maxime versus orientem iacens et *Mojente*, quod ad Valentinam provinciam pertinet; hoc enim videtur indicari vocabulo *Mucennas*. Hodie *Fuente de la Higuera* mansio est viae ferreae inter Valentiam et *la Encina*; vidi locum in transcursu.

Non multum a *Yecla*, ubi reperti sunt tituli n. 5343. 3550, et a *Montealegre* distat Collis Sanctorum, *el Cerro de los Santos*, de cuius antiquitatibus, iam servatis maximam partem Matriti in museo archaeologico, multa in utramque partem disputata sunt. Scilicet cum numero magno statuarum aut integrarum aut ex parte servatarum, quae suspicionem movent nullam, quamquam, cuius aetatis essent, nondum licuit certo definire, intercurrant etiam fraudes aliquot apertae et ridiculae, quid de singulis iudicandum sit admodum difficile est dictu. Etenim in statuis quibusdam, quae videntur vetustae esse, insculpti sunt tituli aliquot breves scripti litteris aut ibericis aut peregrinis, sed etiam Latinis ut videntur. Titulos illos, etiamsi fortasse Latini sunt, cum brevissimi sint neque omnino intellegantur, hic omisi consulto; nam una tantum cum reliquis antiquitatibus omnibus in loco illo detectis aliquando de eis iudicium fieri poterit. Inveniuntur infra inter suspectos. Dixi de tota hac quaestione, cum censuram feci de Ioh. de Deo de la Rada libro *antigüedades del Cerro de los Santos en termino de Montealegre* cet. (Matriti 1875, pp. 181, tabulae 23, mappae 3; repetitus est in *museo español de antigüedades* vol. VI 1873 p. 251 ss.; v. *Jenaer Literaturzeitung* a. 1878 p. 317 ss. et Eph. III p. 38). De signis ex colli Sanctorum prodeuntibus dixit etiam E. Cartailhac *les âges préhistoriques* p. 301.

5943 Rep. 1888 *en Parezuelo* prope *Almazarron*, fragmentum tabellae marmoreae latae m. 0.545, altae 0.45; litteris bonis, altis m. 0.08 ad 0.09.

ti. caesare divi AVG · F · TV — p. C. 21
druso ti. aug. f. caes ÂSE · II · COS
. . . . ET · PANSA
aed ES · SACSAS
d s R

Exemplum e fratribus Siret sibi datum misit Adolphus de Ceuleneer; edidi *boletin de la Acad.* VII 1995 p. 7 cum supplementis.

V. 3 FI exemplum; sed tale compendium pro filio vix quadratario provinciali tribuerim; puto ET in lapide esse. De *C. Vibio* quodam *Pansa* fortasse cogitandum.

5944 Rep. *en el Almasar*, ½ chiliom. a Carthagine et a ponte S. Iosephi circa stationem viae ferreae nec procul ab eo loco, quo monumentum n. 3489 est; lapis formae rotundae, diam. m. 9.97, olim, ut videtur, insertus monumento alicui, litteris saec. I bonis.

D · M
ANTONIA
SAMBARVL
LA · AN · XV
HIC · SITA · EST
S · T · T · L

Descripsi ex ectypo e Guerra misso; Xav. de Fuentes y Ponte in Emm. Oliver *actas de la acad. de la hist.* a. 1975 p. 50. 59; Guerra *boletin de la Acad.* I 1877/75 p. 551 cui misit idem Fuentes.

5945 (= Eph. III n. 35). Rep. in praedio dicto *de Macegoso nuevo*, chiliom. 4 a vico *Ponton de Abajo* in ripa sinistra et chiliom. 9 a fluvio *Segura*. Litteris saeculi primi, supra et infra integra.

M · POSTV
PONT · ASD

Descripsi ex ectypo, quod Iosephus Maria Foiache Guerrae misit.

5946 (= Eph. III n. 41). In Hispania in oppidi Fontis Ilici inter Caudetas et Muscennas in agro noviter reperta columna mutilata et corrosa iuxta viam portarum.

D · M · S
L · MALLIO
SEMPRONIANO
..SEMPRONIO..

Antiquus in libro Filonardiano f. 89.

V. 1 D·M·SS traditur, quod vix defenditur titulo n. 95: erat fortasse D·M·S e. Ceterum quae vv. 4. 5 ineuntibus et extremis indicantur in exemplo lacunae, in lapide fuisse non videntur.

XXIII^a. BARIA (*Vera*).

n. 9594.

Bariae nomen in titulo n. 5847 primum comparet; *oppida orae proxima Urci adscriptumque Baeticae Barea* apud Plinium (*n. h.* III § 19) coniuncta in citerioris Hispaniae descriptione situm oppidorum in confiniis citerioris et ulterioris provinciae quaerendum esse iam demonstrant. A Ptolemaeo inter Baeticae urbes Bastulorum oppidum Βαρεία bis memoratur (II 4, 9 et 9), a Ravennate in itinere Carthagine Abderam *Baria* (V 4 p. 343, 5; IV 49 p. 395 *Barrio*; apud Guidonem p. 515, 15 *Varia*). Baria, non Barea, scripturam Romanis acceptam fuisse probat titulus. Collocatur consensu virorum doctorum in *Vera* hodierna, cui nomen situsque conveniunt.

In Tarraconensi ponendum est oppidum, quamquam Baeticae adscriptum dicit Plinius; nam finis Tarraconensis et Baeticae multo magis versus meridiem collocandus est.

In *Villaricos* prope *Cuevas de Vera* rep. est circiter a. 1980 basis parva signi lata m. 9.091 ad 0.088, alta 0.95, inscripta ita litteris altis m. 0.018

ΚΛΕΙΩ ΙΣΤΟΡΙΑΝ

Edidit eam Fita *bol. de la Acad.* XIII 1889 p. 477 a Raimundo de Cala y Lopez missam. Sigilla musarum novem similes fortasse collocatae erunt in villa rustica.

5947 Rep. in *Villaricos*, quae sunt parietinae in dextra ripa iuxtaque ostium fluvii Almanzorae, *junta á la fabrica llamada Carmelita*. Lapis altus est m. 9.59, latus 9.55, crassus 9.45. Guerra eo putat delatam ex vicina *Vera* sive *Bera*, *que dista como legua y media hacia ocaso*.

IMP · CAES
M · IVLIO · PHI
LIPPO · PIO · FEL
AVGVSTO · PONT
MAX · TRIB · POT
II · COS · P · P ·
RES · PVBLICA
BARIENSIVM
DEVOTA · NVMI
NI · MAIESTATI
QVE · EIVS

Guerra *discurso de Rada* p. 159 (inde Eph. III 1877 p. 47 n. 39) et *rev. hist. latina* II 1875 p. 983.

XXIII^b. BEGASTRVM (prope *Cehegin*).

n. 3535 Columna ex marmore nigro, alta *coma de una vara*; videtur periisse. Guerra Deitania p. 9 e schedis Martini Ambel; Fita *la ciencia cristiana* VII 1878 p. 401.

3935 Lapis altus m. 0.47, latus 9.79, litteris saeculi primi secundive malis. Guerra Deitania p. 7 ex ectypo.

V. 8 utrum M·F an M·L legendum sit non liquet, cum elementum alterum ex parte interierit.

5537 Inserta olim muro domus doctoris Ioh. Yañez Espin (ita nomen eius scribendum). Guerra Deitania p. 7 e schedis Martini Ambel.

Situm oppidi vetusti, cuius scriptores veteres non meminerunt, testantur instrumenta inde a saeculo sexto et sedes episcopalis eius, diversum illum a *Bigastro* sive *Lugar nuevo* hodierno, condito demum circa a. 1790, e titulo n. 5948 demonstravit Guerra iuxta *Cehegin* quaerendum esse in colle, qui *el Cabezo de la Muela* s. *de Roenas* (i. e. *ruinas*?) dicitur, ad dextram fluvii *Quipar* ripam, *partido del Escobar*. Locum oppidi in planitie collis, murorum circuitum, aedificiorum parietinas descripsit a. 1957 Martinus Ambel y Bernard; e cuius historia oppidi *Cehegin* manuscripta tituli tres (n. 3535. 3537. 5948) innotuerunt. Quibus accesserunt postea duo ibidem inventi n. 3535 et 5549. Lapides multi inde praeterea ad aedificia in *Cehegin* faciendo e situ oppidi antiqui ablati sunt.

5948 Rep. a. 1878 in cacumine collis *de la Muela*, pars superior arae alta m. 0.99, lata 0.91, infra fractae; litteris saec. primi exeuntis secundive.

IOVI OPTIMO
MAXIMO R P
BEGASTRESI
VM RESTITVIT

Guerra Deitania p. 5 ex ectypo; idem *nuevos descubrimientos* (a. 1979) p. 19.
Iovi optimo | *maximo r(es) p(ublica)* | *Begastresi*|*um restituit*
Ara videtur vetusta fuisse, restituta autem aetate demum sive Flavia sive Traiana.

5949 *En Cehegin.*

L · C · M
AN · X
H
S

Guerra Deitania p. 7 e schedis Martini Ambel.

XXIV. ILICI p. 479.

n. 3554 Ibarra p. 151 tab. XIV. 3555 Ibarra p. 152 tab. VIII 1. 3556 Ibarra p. 155 tab. VIII 8. 3557—3560.

Aurelianus Ibarra Ilicitanus, de quo supra dixi, historiam urbis patriae edidit (Illici, *su situacion y antigüedades*, Alicante 1879, pp. II et 383, tabb. XXV, fol.), quam sero accepi a scriptore. Inter medias oppidi parietinas repertum est sepulcrum Romanum, titulo illud vero carens, teste Rocho Chabas (*archivo* II 1887 p. 111 ss.), de quo vide in Dianiensibus. Situm oppidi in *la Alcudia* fuisse iam videtur certum esse propter titulos atque res antiquas permultas ibi inventas, inter quas sunt pavimenta praesertim tessellata plurima, quae scriptor eleganter delineavit in lamminis operis sui.

Ilici nomen scriptum videtur fuisse in titulo Falisco Q. Albii Q. f. Hor(atia) Ilici centurionis leg. XX cet. aetatis Hadrianae, si modo recte traditur (Smet. 73, 8 = Grut. 350, 3; Orell. 3488; Wilmanns 1558; Ibarra p. 22) — nulla enim videtur causa esse cur quod traditum est corrigatur in *Felici* —; sed Ilici scripturam tuentur scriptores optimi et usus. In inscriptionibus praeterea nomen perscriptum inventum non est. Titulus ille si recte legitur, Horatia tribus rarissima primum compareat in Hispania. Atque fieri sane potuit, ut Caesar Ilicitanos in illa censeri iusserit similiter atque Assuritanos Tuburbenses Uthinenses Africae.

5950 Ilici, rep. a. 1888, in fundamentis domus *calle de la Corredera y esquina á la del Conde*, lapis altus m. 1.18, latus 0.47, crassus 0.48, litteris optimis, iam insertus est muro aedium publicarum; supra foramen statuae figendae aptum superest. Ex *Alcudia* huc pervenisse existimat Ibarra.

HERCVL..
AVG · SAC..
L · PORCIVS..
II · VIR · IIIIV...
5 AVG · S · P · D

Aurelianus Ibarra misit a se descriptam m. Iulio a. 1888, qui meminit nummi Ilicitani in quo nomen est duumviri L. Porci; v. Delgado *nuevo metodo* III p. 258 ss.

5951 Ilici, rep. a. 1888 *en el campo de Elche, en la hacienda denominada de D. Felix*, pars basis superior, alta m. 0.28, crassa 0.28.

D · M
VARIAE
NIGRINAE

Aurelianus Ibarra misit a se descriptam m. Iulio a. 1888.

5952 Rep. a. 1858 *en la Alcudia*, fragmentum tabulae marmoreae, litteris altis m. 0.03.

...DIL
I · FORO · F
...LAPID

Descripsi ex ectypo, quod misit Ibarra, qui ed. p. 158 tab. VIII 6.

V. 1 extr. utrum D an L fuerit incertum. V. 2 extr. F aut E. V. 3 in. pars superior S litterae.

5953 Ilici, tabula marmorea.

D · M ·
VLP · MARCIANAE ·
VIXIT · AN · XXX ·
L · CASSIVS · IVNIA
5 NVS · MARITAE ·
SARISSIMAE

Ibarra p. 158 tab. VIII 3.

5954 Rep. *en la Alcudia*, fragmentum; periit.

VENIL · AVGVSTVS ·

Ibarra p. 158 e schedis Christophori Sanz. Non recte descripta.

5955 Ilici, in variis partibus parietis eius aedificii, quod in effossionibus a. 1888 detectum est, pictis colore rubro scriptum vel pictum colore albo, litteris altis m. 0.055 ad 0.024, quae visae sunt titulum olim effecisse versuum complurium lineis pictis distinctorum.

MC — C — VIN — X — 'VN — N — DV — IN — IX' — 'X' —

Ibarra Illici p. 208, qui seriem fragmentorum restitui posse negat. Erat fortasse kalendarium.

5956 Fragmenta duo rep. *en la Alcudia*.

a IXSX *b* XSV

Ibarra p. 158 tab. VIII 4. 5.

5957 In latere lapidis magni rep. in *Santa Pola*.

I VMINVS

Ibarra p. 271 tab. XXV.

Videtur integra esse; primum elementum I, F, P esse potest, vix T.

XXV. LVCENTVM p. 481.

n. 3561 Garrucci sylloge n. 5810. 3562.

3563 Extat Valentiae in museo societatis archaeologicae, cui intulit comes de Almodovar; vide *memorias de la sociedad arqueologica Valenciana* n. 1878 (Valentiae 1873) p. 25 tab. II 1. 3564—3566.

3567 Antiquus (Sieder l. 83, Peut. l. 34, Filon. f. 42', Sanut. f. 302) AN·XVIII. Fabretti 258, 505 e schedis Barberinis. 3568. 3585.

Inscriptiones et antiquitates Lucentinas investigandas suscepit P. Rochus Chabas, de quo dicetur in Dianiensibus (cap. XXVII); curae eius debetur fragmentum tituli, qui primus nomen oppidi antiquum continet (n. 5958). Situm oppidi inde potest fuisse non, ut Lumiares aliique sumebant, ad orientem ab urbe hodierna, pone castellum S. Barbarae, ubi fortasse arx Massiliensis Ἄκρα λευκή locum habuerit, sed ad occidentem ab *Alicante* hodierna versus Ilici, ibi fere, ubi titulus ille prodiit. Quam loci definiendi quaestionem nondum solutam existimo. Raphaelis Viravens y Pastor liber *crónica de .... Alicante* (Alicante 1878 fol.) ad inscriptiones Romanas nihil confert.

5958 *Alicante*, rep. c. a. 1877 in loco dicto *los Antigones*, ad rivum *de San Blas o de las Cuevas*, inter fragmenta vascolorum Romanorum; servat Ioachim de Rojas, fragmentum tabellae marmoreae latum m. 0.080, altum 0.045; litteris gracilibus, altis m. 0.035 ad 0.01.

*m. aur. ant*ONINVS · E · *aur* . . .
. . *commodu*S · AVGG · GER · SAR . . . p.C. 176—180
*mu*NCP · LVC · *kal*

Descripsi ex ectypo submisso a Rocho Chabas, qui edidit *archivo* II 1888 p. 288 et III 1888 p. 241 ss.; idem misit Fitae, qui edidit et supplevit *boletin de la Acad.* XII 1888 p. 368.

Fuerunt qui ex hoc ipso titulo demonstrari posse sibi fingerent non Lucentum, sed Ilici in situ *Alicante* hodiernae collocatum fuisse, male memores tituli n. 3562, in quo LICS illud ad nomen oppidi rettulerunt; sed fuit ibi sine dubio [*pub*]*lice*. E quibus unum F. Papi (*archivo* III 1888 p. 285 ss.) refutavit Chabas loco s. s. Germanici et Sarmatici cognomina conveniunt in Marcum et Commodum, cuius nomen non videtur erasum fuisse.

XXVI. *VILLAJOYOSA* p. 482.

n. 3570 Ectypum misit Rochus Chabas; lapis longus est m. 0.00, altus 0.30, litterae sunt saec. II exeuntis. Corrigendum inde v. 1 M·SEMPRON·ZEBVSRI, v. 2 extr. CONLAB. Chabas *archivo* III 1280 p. 250. 3071 Extat domi viduae Angelae Noguerolos ex adverso molinae *de Linares*. Chabas l. s. a. 0072 Iam legi non posse adnotat Chabas l. s. s. 3873 Alta est m. 1.80, lata 0.02. V. 3, 8 DIO|PANTE Chabas; puto DIOPIANS. 3874. 3878 Frustra quaesivit Chabas.

3578 Extat ibidem apud heredes Petri Aragonés, ad stabulum. Alta est m. 0.07, lata 0.42. V. 2 MANCINO legit Chabas l. s. a.

0577—3070 Frustra quaesivit Chabas.

XXVII. DIANIVM p. 484. 711.

n. 3380. 3081 (v. infra n. 5833). 3020.

3503 Extat Dianii in aedibus publicis, scripta litteris eisdem ut n. 3202; Fita *boletin de la Acad.* IV 1204 p. 12.

3004. 3280. 3000 (v. infra n. 2020). 2527. 3582 (v. infra n. 5001). 0029—3004. 3008 (v. infra n. 0000).

Inscriptionum et antiquitatum Dianiensium nuper extitit investigator indefessus Rochus Chabas presbyter, iam archivarius provinciae Lucentinae, qui cum in *historia* sua *de Denia* (0 vol. Dianii 1074—78 [et 1082] pp. 202 XX et 320 IV cum tabb. 2) titulos repetivit iam notos (v. Fita *boletin de la Acad.* IV 1204 p. 1400), tum in archivo suo historico (*el archivo* voll. I—IV Dianii 1280—80 0., vide quae de eo dixi *Deutsche Litteraturzeitung* a. 1888 p. 1458) Dianienses et vicinian tam novos quam notos protulit aut emendatos (ut n. 3888) atque a Fita primum lectos et editos in *boletin de la Acad.* IV 1284 p. 14 ss. aliisque eiusdem ephemeridis locis, quos infra indicavi. Etiam de Marci Antonii Palau schedis a me desideratis, quarum exempla quattuor servata sunt, iam certiores facti sumus per eosdem scriptores, Chabas et Fita; sed possumus eis carere. In archivo suo Chabas Francisci Perez Bayér syllogen Dianiensem a Th. Llorente Valentino secum communicatam edidit (I p. 200 ss. 062. 270); unde tamen novi nihil didici. Sed tituli novi accesserunt octo et fragmenta quaedam (n. 0022—0271) cum tegularum aliquot infra edendis et christianis duobus. Ceterum floruisse Dianium aetate Romana docent artis opera quaedam ibi reperta, Neptuni sigillum aereum (v. *boletin de la Acad.* I 1877—78 p. 803) et Minervae caput marmoreum (v. Fita *museo español de antigüedades* VIII 1278 p. 474), non spernendi artificii utrumque.

5959 ad n. 3801. Ad hunc titulum pertinet fragmentum n. 3202, quod extat Dianii in aedibus Iosephi Morand, altum m. 0.010, latum 0.013, litteris bonis saeculi secundi.

ANIC
POT

Fita *boletin de la Acad.* IV 1084 p. 15, qui observavit frustula haec in textum a me supra restitutum inseri posse.

5960 ad n. 3580. Extat *á medio camino del enriscado Mongó*, in loco aditu difficili, ubi intratur in specum; litteris altis m. 0.08, bonis.

C · IVL · VRBANVS
PRNC · VEX · LEG · VII
GEN · P · F //////////////
CVM · SVIS · MAST · SEM
NO · COS · L · A · EX · FO
FO ////////////////////// FEC

C · IVL · VRBA
PRNC · VFV
CEM · PF
CVM SVIS — A
NOCOS · L · AFVS RC
I VVS P H F · C

Fita ex ectypo misso a Rocho Chabas *boletín de la Acad.* XIII 1222 p. 0; Chabas *archivo* III 1220 p. 222 qui contulit. Idem mea causa denuo investigavit et adnotat titulum insculptum in rupe viva difficilem lectu esse; exemplum eius supra proposui.

V. 3 cognomen legionis v. 0 consulto erasum est. *Antonin(ianae)* in lap. fuisse coniecit Fita.

V. 0. 4 fortasse legendum [*fontem*] *cum suis o[ramentis]*; vv. 4. 0 non expedio.

Quae iam non leguntur observata olim a M. A. Palau Fita dedit inclosiis; Martem putat significari *semnum Cososum* (cf. n. 0048. 5071). Sed lectio prorsus incerta est.

5961 ad n. 0026. Dianii, litteris eisdem atque n. 3023 saeculi II optimis, altis m. 0.04. Inde ab a. 1880 domi servat Chabas tabulam altam m. 0.00, latam 0.40, crassam 0.048.

quod aqui es
*im*BRIBVS · PES · LOCA
*aqu*ILIA · AMPLISSIMO
*su*MPTV · INDVCTIS · MOS
*praet*ERIA · ANNONA
*fru*MENTO · PRAESTITO
*mun*ICIP*ibus* AVIS
EVSVENISSET
*decr*ETO · DECVRIONVM
DIANENSIVM

Descripsi ex ectypo, quod Chabas misit Berlangae, is mihi. Chabas *historia de Denia* I p. 100 et *archivo* III 1229 p. 058 s. ex ectypo; idem misit Fitae *boletin de la Acad.* IV 1224 p. 12 et XII 1828 p. 062, qui putat dedicatam fuisse eidem homini atque n. 3823.

Lectio omnino certa. V. 2 olim suppletum est [*im*]*bribus*; quae supra dedi proposuit Berlanga probabiliter. Reliqua supplementa veri similia sunt.

5962 Dianii, rep. a. 1072 in effossionibus institutis circa situm templi, extabat in praedio Iosephi Morand; basis marmorea alta m. 1.00, lata 2.37, crassa m. 2.44, litteris elegantibus.

Q · GRANIO · Q · F
GAL · CLEMENTI
OMNIB · HONORIB
IN · REPVBLICA
FVNCTO · IVNI
FESTVS · ET · SEVERVS
AVVNCVLO

Memorias de . . . la sociedad arqueologica Valenciana de 1872 (Valentiae 1872 2.) p. 24. Fita *boletin de la Acad.* IV 1024 p. 17 q. v. (Chabas *hist. de Denia* I p. 404; *archivo* I 1827 p. 037).

Iunium Severum redire in titulo n. 2523, Festum fortasse in n. 3801 Fita observat recte. Quod idem v. 4 extremo lacuna non indicata suo vocabulum supplet, necessarium non est.

5963 Dianii, cippus marmoreus parvus (*estela de marmol de Carrara*), altus m. 0.00, latus 0.04, rep. m. Martio a. 1227 in situ civitatis antiquae, circa stationem viae ferreae (*calle de Colón, casa de D. Carmela Pallarés*); litterae sunt elegantes saeculi primi ineuntis puto, altae v. 1 m. 0.010, in reliquis vv. 0.006—0.007.

in fastigio
discus alatus

CAPRARIA · VALENTIS ·
SESQVIPLICANI · ET · ROGA
TAE · FILIA · VIXSIT · ANIS · X
HIC · S · EST · S · T ·

protome
mulieris fortasse
picta videtur hic olim
fuisse

Descripsi ex ectypo, quod misit Rochus Chabas qui edidit *archivo* I 1287 p. 370; indidem Fita *boletin de la Acad.* X 1087 p. 241.

V. 2 TESQVIPLICANI Fita olim, sed in ectypo ipse sesQVIPLICANI esse vidit. V. 3 ANIS·II Fita; mihi potius IX videtur indicari. Capraria videtur fuisse uxor Valentis, filia Sesquiplicani et Rogatae. V. 4 supplevit Fita *l. l.*

Sesquiplicanus videtur nomen gentilicium Italicum esse ut alia multa in anus desinentia; vix enim patriam indicare potest.

5964 Dianii, rep. a. 1270 in agro suburbano; servat Iosephus Morand.

L · DOMITIVS · EQVES
AN · XXXV
SEMPRONIA · L · F
CAMPANA · VXOR
PRIOR · AN · XVIII · H · S · S

Chabas *historia de Denia* I p. 404 (inde *archivo* I 1887 p. 333), Fita *boletin de la Acad.* IV 1884 p. 17.

Observa indicari uxorem priorem.

5965 Dianii, rep. a. 1878 in agro suburbano iuxta coemeterium Romanum ad oram maritimam inter rivum *de la Murta* et latus occidentale promunturii eius, in quo est *alcazaba* sive *villa vieja de Denia*; servat Iosephus Morand, tabella marmorea alta m. 0.30, lata 0.88.

C · IVL · H . . . .
SIBI ET CO . . . .
SPHR . . . .
VXOri
VOTO SVM CONPOS SVPE
CONIVGIS VT VOLVI SVM

Fita *boletin de la Acad.* IV 1884 p. 16, (inde Chabas *archivo* I 1887 p. 303) qui supplevit memor tituli Tarraconensis n. 4155, in quo Iulius Hermadio aliquis nominatur, ita *C. Iul(ius) H(ermadio) sibi et Co(rneliae) Sphr(agidianae) uxo(ri)*. Versus restituit Buecheleru*s*:
voto sum compos, supe(rest mihi plurima proles,
coniugis ut volui sum (munus adepta supremum.

5966 Dianii, fragmentum altum m. 0.12, latum 0.18.

mmIVS
GAETVLICVS
pATRI
m

Fita *boletin de la Acad.* XII 1888 p. 100 ex ectypo misso a Rocho Chabas.

5967 Dianii, insertum muro in *la alcazaba, cerca de la garita del angulo septentrional en la muralla que llaman del Vergeret*; fragmentum lapidis arenarii, latum m. 0.82, altum 0.13.

ONESIMO . . . . .
L · SAENVS . . . .
POSVIT · P . . . .
. . . .

Fita *boletin de la Acad.* IV 1884 p. 10 q. v. (inde Chabas *archivo* I 1887 p. 338) et comparat L. Sannium Iustum tituli Tarraconensis *n.* 4043, fortasse recte.

5968 Dianii rep. cum n. 5964, servat Iosephus Morand; fragmentum marmoreum latum m. 0.83, altum 0.13.

. . . .
ANN · LX · H · S · E
mVNATIA · RESTITVTa
cONTubERNALI
POSVIT

Fita *boletin de la Acad.* IV 1884 p. 10, 4 q. v. (inde Chabas *archivo* I 1887 p. 338).

5969 Dianii, extabat inserta muro, *en el lavadero de la cocina de la casa de D. Antonio Bordehore, calle de Caballeros*; iam servat Chabas, basis alta m. 0.39, lata 0.85.

pars inferior anaglyphi, in quo puer stans videtur fuisse, cuius manus sinistra superest, et agnus

P · STATILIVS · AFRICANus · an
XIIII · M · II · D · XIII · P · Statilius
PAMMON · PATER · ET . . . . .
MATER · FILI · DVLCISsimi pos

Memorias de la sociedad arqueologica Valenciana Valentiae 1877 p. 34 tab. 3 fig. 3; Fita *boletin de la Acad.* IV 1884 p. 80, 6 (inde Chabas *archivo* I 1887 p. 338) q. v. et supplevit.

5970 Dianii, rep. 1876 in affossionibus institutis per Fitam et Rochum Chabas in praedio Iosephi Morand *junto á la noria*; basis alta m. 0.88, lata 0.88, crassa 0.45.

TAREN · DO
RYPHORIDI · SEX
FILIAE · AEMILIA
SCINTILLA · FIL
PIENTISSIMAE
ET · SEX · TEREN
TIVS · LEMNAE
VS · SORORI

Fita boletin de *la Acad.* IV 1884 p. 81 (inde Chabas *archivo* I 1887 p. 386) q. v. et recte comparavit titulum *n.* 3587 (qui latet), in quo redeunt Sex. Tarentii Lemnaei pater sevir et filius et Aemilia Scintilla.

5971 Dianii, fragmenta duo, apud Iosephum Morand, a litteris aetatis Augustae altis circiter m. 0.100; *b de piedra comun.*

a L · D
. . . S . . .

b . . NV . . .
. . AV . . .

Fita *boletin de la Acad.* IV 1884 p. 88 q. v. (inde Chabas *archivo* I 1887 p. 847).

XXVIII. *ONDARA* p. 486.

n. 3586—3600.

XXIX. *GANDIA* p. 486.

Accedit *Oliva.*

n. 3601—3604. 3605 (v. infra n. 5978). 3606—3617.

Praeter titulum diu notum n. 5978, quem veram lectioni restituit Rochus Chabas presbyter Dianiensis, de quo dixi supra, eidem debentur duo novi *Olivae* reperti n. 5973. 5974; ipse loca illa denuo non adii. Titulus n. 5975 pervenit in museum Matritense.

5972 ad n. 3608. Lapis extat Gandiae; est cippus ex lapide calcario rudis, sed integer; altus m. 0.78, latus 0.58, insertus muro domus municipalis (*la casa consistorial*). Litterae olim bonae saeculi primi exeuntis ineuntisve secundi, altae m. 0.05, aetate recentiore refectae sunt imperite, ut P clausa, E et R potissimum docent; etiam M in CLEMENTIS mala est.

VOCONIA · PAX
CARPI · PROCVLI
ET · CLEMENTIS
ET · BANINII HR

Descripsi ex ectypo, quod misit Chabas, qui denuo edidit *archivo* I 1886—87 p. 274 ss., II 1887—88 p. 88. 817 ss. et *boletin de la Acad.* XI 1887 p. 887.

Apparet non Augustini amicum auctorem habendum esse, sed Diagum. V. 4 nihil deest neque puto alia olim in lapide fuisse, quamquam litterae refectae sunt omnes.

Itaque *Voconia* illa *Pax*, *Carpi* uxor, fuit *Proculi et Clementis h(e)r(es)* et tertii alicuius hominis, cuius nomen *Baninius*, si fuit, peregrinum fuisse putandum est. Post I primam eius vocabuli punctum est postea additum nisi fallor; unde Fita et Chabas BANENII legerunt. Tamen fatendum est haec satis mira et contra consuetudinem titulorum sepulcralium ita concepta esse. Etiam HR pro *heres* compendium barbarum est. Cogitavi de exemplo novicio tituli fortasse male lecti. Vetustam Diagi interpretationem falsam de pace aliqua a Voconio quodam facta cogitantis nuper denuo defendit Paschalis Sanz y Forés, notarius Gandiensis, in libello peculiari ita inscripto *la inscripcion de Voconia, su interpretacion y traduccion, defensa de la del Padre Diago* (Gandia (1888), 83 pp., 8.), quem refutavit Chabas.

5973—74 *En Oliva de Alicante;* cippi duo sepulcrales litteris bonis. 5873 la *Jerica* Mex.

5873 CN · GAVFGIVS
CN · L · ESYCHE
AN · XVIII · H · S · E

5974 THYMELE
H · S · E
RVSTICVS
de SVO · F · Q

Descripsi ex ectypis, quae Chabas misit Guerrae, is mihi. *Memorias de la sociedad arqueologica Valenciana a.* 1881 p. 16.
5974 V. 4 Q est *curavit*.

5975 (= Eph. III n. 48). Prope Gaodiam rep. 1868 *en la huerta*, iuxta vicum *Almoynes*, servatur Matriti in museo archaeologico; cippus altus m. 1.18, latus 0.82, litteris bonis saec. I, altis vv. 1. 2 m. 0.080, vv. 3—8 m. 0.04, v. 8—9 m. 0.035.

M · A C I L I V S
EROS · H · S · E
PISTOR · LIB · LIBE
RTAEQVE · FAC · CVRA
5 QVISQVIS · IN HAS
PARTES QVISQVIS PERCV
RRIS IN //////////////////
PRECOR VTI · DICAS · S · T · T ·

Contuli. Rada *museo español* VI 1876 p. 588.
Vv. 1—5 satis perspicui, 6 legitur aegre, 7 extr. confunditur cum 8, RRIS IN HAC Rada vis recte, quamquam nec in lapide nec in ectypo HAC vidi; 8 legitur. V. 5—8 ita supplenda: *Quisquis in has partes, quisquis percurris in* [*illas, Te*] *precor, ut dicas s*(*it*) *t*(*ibi*) *t*(*erra*) [*l*(*evis*)].

XXX. SAETABIS p. 488. 714. XLVI.

Accedit *Vallada.*

n. 3618—3688. 3623 In Sco. Philippo in Jativa in villa nova Anv. Antiquus in libro Filonard. f. 88' habet M·FVLVIO·L·F.
3624 et 3626 *Memorias de la soc. arqueol. Valenc.* a. 1873 p. 16.
3636 Memoratur in Hermolai Barbari castigationibus Plinianis (a. 1493) ad l. III c. 3 fol. c. 7 r. 3637—3637.
3638 *Memorias de la soc. arqueol. Valenc.* a. 1873 p. 11. 3639—3647.
3648 In Sca Barbara Anv. Antiquus in libro Filonard. f. 89'. V. 1. 2 Cl SOROR. 3649—3651.
3652 Extat ibidem; Fita *boletin de la Acad.* IV 1884 p. 13; *archivo* I 1886—87 p. 384. 3653—3658.

Praeter titulos duos descriptos ab Antiquo et in libro Filonardiano solo servatos (n. 5876. 5877) accesserunt aliquot sepulcrales novi (n. 5878—5888), maximam partem inlati in museum Valentinum, de quo vide quae dixi ad titulos Valentinos. Adieci novum in *Vallada* repertum (n. 5883). In *Canals* vico vicino, ubi prodiit n. 3651, nuper aedificii Romani parietinas detectas sunt, de quibus rettulerunt Bienvenido Oliver y Esteller *boletin de la Acad.* XI 1887 p. 1887 p. 433 et Chabas *archivo* II 1888 p. 813.

5976 (= Eph. III n. 44). Ibidem (*in Sciatina*) in le morario (*en la moreria*).

L · CORN · GERMAN
AVG · AN · LVII
SE
SAE

Filonardianus liber f. 90.
Vv. divisio incerta est.

5977 (= Eph. III n. 43). Saetabi. Ibidem (*in Sciatina*) in hospitio.

CAELIA · Q · F
G E M E L L A
AN · XXX
H · S · E

Filonardianus liber f. 89'.
Vv. divisio incerta est.

5978 *Játiva*, basis alta m. 1.13, lata 0.88, rep. *en la Costa*, *a la falda del castillo*; servat ibi Ios. Raimundus Roig Alba medicus; litteris optimis saeculi primi secundive.

M · F V L V I O
PROPINQVO · F ·
ET · M · FVLVIO ·
PRISCO · F · A · XIX
5 IVNIA · CROCALE
S · P · F · C

Chabas *boletin de la Acad.* XII 1888 p. 438.

5979 Saetabi, pars arae superior; in museo Valentino.

D M
BATTIVS
SCON ANN
H S

Memorias de la sociedad arqueologica Valenciana a. 1878 p. 8.

5980 Saetabi, pars arae superior; in museo Valentino.

D M
PVBL ERASTE
N XIIII M XI

Memorias de la sociedad arqueologica Valenciana a. 1878 p. 8.
V. 2 *Pub*[*licia*]; cf. n. 3648.

5981 Saetabi, extracta a. 1878 ex muris oppidi Romanis; partem utramque unius esse arae quamquam non prorsus certum, tamen maxime probabile est; dono comitis de Almodovar in museo Valentino.

· D · M ·
VALERIAE
CHAVSSID

PLVSIAS FAT
5 GENGMEGENI

Memorias de la sociedad arqueologica Valenciana a. 1878 p. 8.

5982 Saetabi, para arae inferior; in museo Valentino.

VOCO
ALVMNO PIENT
SIMO H S

Memorias de la sociedad arqueologica Valenciana a. 1876 p. 6.

5983 *Jerica* MAR. *Vallada, partido judicial de Enguera, prov. de Valencia*, propo *Mogente* (ad Statuas GUZARA) rep. *en la partida llamada Tarrasos*; tabula marmorea alta m. 0.67, lata 0.76, litteris optimis aetatis (ut Fita putat) Augustae, vv. 3—6 postea adiecti scriptura paullo diversa.

CAECILIA · C · F
FESTA
M · VALERIVS · M · F
GAL · VERANVS
S AN · LXXXV · H · S · S

Memorias de la sociedad arqueologica Valenciana a. 1881 p. 10; Fita *boletin de la Acad.* IV 1884 p. 18, cui ectypum misit Franciscus Belda y Perez.

INSVLAE PITYVSAE.

XXXI. EBVSVS p. 492.

n. 3660 Statua extat ibidem, basis alta est m. 1.26. *Die Balearen in Wort und Bild* I 1867 p. 113. Exemplum tituli ab Aranazii non diversum, v. 4 et 6 REGIVS. 3660 Interiit. 3661 Statua extat ibidem, basis alta m. 1.68; *Die Balearen* cet. I p. 118.

3662 Statua a basi seiuncta est *en la plaza de las herrerias*, basis alta m. 1.60; *Die Balearen* I p. 164. 3663.

3664 Cf. Marquardt *Staatsverwaltung* II² p. 165 adn. 7 et p. 186 adn. 3. 3665 Antiquus in libro Filonard. f. 68' addit initio D·M

3666 3667. 3668 Fita *revista histórica* IV 1877 p. 202 (Eph. IV p. 20) in *la tumba* agnoscit vocabula Punica, parum probabiliter.

Ebusum adire operae pretium visum non est, cum constaret per opus archiducis Ludovici Salvatoris, de quo dicetur ad Baleares, nihil ibi superesse titulorum praeter n. 3660. 3661. 3662, qui satis emendate descripti sunt.

5984 (= Eph. III n. 46). In insula Euicae in orto Demia de Castillia (sic).

D · M
COR · VERNACLÆ
VIX · ANN · XVIIII · M · VOI

Antiquus in libro Filonard. f. 66' vv. non divisis.

5985 (= Eph. III n. 48). ibidem (in insula Euicae).

D · M
M · PVBLI · PVBLILIVS · PLACIDVS
N · V · XII

Antiquus in libro Filonard. f. 66' vv. non divisis.

Videtur fuisse *D. M. M. Publilius Placidus ann. XII.*

5987 (= Eph. III n. 47). Ibidem (in insula Euicae) in orto Antonii Raimundi.

L · TITIO · INGENVO
MARITO ERAE · MARIT

Antiquus in libro Filonard. f. 66' vv. non divisis.

V. 2 LELLIE MERIT traditur.

INSVLAE BALEARES.

INSVLA BALEARIS MAIOR p. 494.

(*Mallorca*).

Insulae amoenae a peregrinatoribus paucis tantum atque propter naturae potius pulcbritudinem et varietatem visitatae quam propter vetustatis monumenta, si exceperis insulam minorem, ante aliquot annos periegetam nanctae sunt illustrem et indefessum. Etenim Ludovicus Salvator archidux Austriae et Toscanae cum a. 1867 iuvenis admodum insulas vidisset, statim animo concepit illustrare eas imaginibus et commentariis amplis, qui omnia comprehenderent in eis memorabilia. Ita ortum est magnum opus inscriptum *Die Balearen in Wort und Bild*, cuius prodierunt partes V voluminibus VII Lipsiae 1869—84 fol. cum tabulis chromolithographis multis aliisque imaginibus ligno incisis, quae secundum scriptoris delineationes pictae sunt accurate ab artificibus optimis. Insulam minorem, cui sexta operis pars destinata est, descriptio nondum attigit; restant adhuc volumina aliquot edenda. Interim paratur versio Hispana minoris moduli, quam curat Emmanuel Breton de los Herreros, instituti (i. e. ludi) Balearici, quod Palmae est, director. Etiam ad antiquitates Romanas et anteromanas opus pervenit exhibetque titulos inscriptos iam notos. Sed etiamsi novi inde nihil in hanc sylloges redundavit, tamen nominandum erat opus splendidum et unicuique necessarium quam maxime, qui de insulis certior fieri voluerit.

E libro Francisci Martorell *apuntes arqueológicos* p. 161 (v. infra praef. ad titulos Barcinonenses) didici servari vel c. a. 1636 servatum esse Palmae in archivo *de la cofradia d. S. Pedro y S. Bernardo* librum scriptum manu Doctoris Iohannis Binimelis († 1616) *noticias del reyno de Mallorca;* scilicet liber scriptus sermone patrio Maioricensi in Hispanum translatus est a P. G. Tarrasa quodam. Nihil de hoc libro potui resciscere dum Palmae moror; videtur autem quaedam continere, si modo extat, de rebus Romanis scitu non indigna.

Vidi Palmae apud amicos aliud eiusdem fere generis opus atque id quod infra (cap. XXXII) memoravi (*boletin de la sociedad arqueologica Luliana*) ornatum imaginibus photographis *Album artístico de Mallorca, coleccion fotografica cet. publicada por D. Bartolomé Ferrá y D. Iulio Firenque* (Palmae 1873 fol.); insunt (p. 11. 16. 26. 31. 70) monumenta quaedam artis Romanae, vascula argillacea cet. et titulorum paucorum n. 3686. 6669. 5667. 6666) imagines photographae. De titulis omnibus nuper repertis et a me observatis in insulis Balearibus rettuli ego academiae Matritensi in *boletin de la Academia* XIII [1888 p. 466 ss. (cf. *bol. de la soc. arqueol. Luliana* a. 1886 p. 41 ss.)

XXXII. PALMA p. 494.

n. 3669 Contuli n. 1886. M. Bonei *boletin de la soc. arqueol. Luliana* I 1685 n. 7 p. 8. 3670—3676. 3676 Garrucci sylloge 8216. 3677—3685.

3686 (Eph. IV p. 86). Fita *revista histórica* IV 1877 p. 202 ita POMPEIA | ASIATICO ex exemplo ab amicis accepto malo. Extat in museo societatis archaeologicae. *Album artistico* p. 66 tab. XL.

3687. 3688. 3686 *Album artistico* p. 66 tab. XL. 3690—3661.

In oppido Palma, de cuius origine Romana non est dubitandum, quamquam pauca inde prodierunt monumenta antiqua, fragmentum unum (n. 5987), quod potest antiquum esse, et indubitatae antiquitatis tituli sepulcrales duo prodierunt (n. 6986. 5988). Laudabili studio societas antiquitatis cultorum, quae nomen sibi indidit e beato Raimundo Lloll, monumenta vetustatis ab interitu vindicanda suscepit. Condidit museum in coenobio olim Montis Sion, ubi hodie ludus publicus est (in quo tres iam tituli servantur n. 3687. 5688. 5066), editque commentarios inscriptos *boletin de la sociedad arqueológica Luliana* (Vol. I—III Palmae 1685—86 4.; dixi de eis *Deutsche Litteraturzeitung* n. 1888 p. 1146). In eis commentariis Petrus de Alcántara Peña architectus optime demonstravit, quemadmodum ex oppido et castello e Romanis munito sensim succreverit oppidum hodiernum; eidem tituli debentur illi novi, quos supra dixi. Etiam qui publice curam agunt monumentorum vetustatis et artium conservandorum in basilica olim mercatui destinata (*la lonja*) et dudum deserta museum condere sibi proposuerunt, in quod speramus fore ut inferantur tituli olim a Bovér collecti (n. 3676—3682), quos cum Palmam iterum adirem a. 1886 denuo inspicere non potui; dicuntur autem servari apud heredes Bovérii.

5987 Fuit antea in domo quadam (*en el zaguan*) prope ecclesiam S. Nicolai Palmae, postea in *Son Putxet*, *predio de la Vileta*, marmor album, latum m. 0.90, altum 0.60, crassum 0,33, litteris bonis.

CAESAE AVGV

B. Ferrá *boletin de la sociedad arqueol. Luliana* I 1666 n. 7 p. 6 (inde ego *boletin de la Acad.* XIII 1888 p. 467) qui putat basim esse nunquam perfectam et postea ex parte laevigatam, ut pro lapide adhiberetur in aedificio aliquo novicio. Quod facile ita fieri potuisse concedo, quamquam priusquam titulum ipsum aut ectypum videro, certo de antiquitate eius iudicare non possum.

5988 Palmae, rep. ante aliquot annos (1687) in effossionibus *en un punto exterior al recinto del muro de palacio y junto à la puerta de entrada (del castillo) que mira à la calle de Mirador*, inter reliquias sepulcrorum duorum, litteris saeculi II. Servat Petrus de Alcantara Peña. Non vidi in museo societatis archaeologicae.

D · M
AVFID · PRISCA
VIX · ANN · XX
MENS · III
5 CAECILIA · CI
IA · MATER

Album artistico p. 64 tab. XI photographice; Petrus de Alcántara Peña *boletin de la sociedad arqueológica Luliana* III 1887 p. 68 q. v. (inde ego *boletin de la Acad.* XIII 1888 p. 466).

5989 Palmae, rep. una cum n. 6988, litteris saec. II. Servabat P. de A. Peña, nunc est in museo societatis archaeologicae.

D · M
BARAVCIONIS
VI · XIT · AN · NIS
XXXVIII · CALEDI
5 NA · SIBI · ET · CONTV
BERNALI · P · FECIT

Descripsi et edidi *boletin de la Acad.* XIII 1888 p. 466. *Album artistico* p. 64 tab. XI photographice; Petrus de Alcántara Peña *boletin de la sociedad arqueologica Luliana* III 1887 p. 68.

XXXIII. POLLENTIA p. 496.

n. 3696 (Eph. IV p. 81). Extat ibi apud Iohannem (nunc Michaelem) Sureda y Vari, qui cum absens esset non vidi; sed vidi imaginem photographicam et ectypum, quae lectionem plane confirmant.

3696 Iam servat Henricus de España; contuli n. 1886 et ectypum sumpsi. Litterae sunt aliquanto minus elegantes quam tituli n. 3697, fortasse aetatis Hadrianae, altae v. 1 m. 0.06, v. ultimo 0.04, ex parte corrosae et evanidae; multae, quas olim vidi, iam deciderunt, cum lapis calcarius minus durus facile deteratur.

3697 Servat idem, contuli et ectypum sumpsi n. 1886; litterae sunt optimae aetatis fere Traianae altae v. 1 m. 0.05, v. ultimo 0.036 gradatim descendentes.

3698 Alcudiae servat Hyacinthus Philippus de Anguera; est basis alta m. 0.91, lata 0.58. I. M. Bovér in Petri Saban *noticia de las actas de la acad.* 1860 p. 56; *Die Balearen in Wort und Bild* V 1, 1884 p. 417. V. 7 ita scriptus NOMI NE SVA spatio in lapide vacuo relicto. 6 POSVT. Habui descriptam accurate a Gabriele Llabres. 3660.

3700 Alcudiae est in domo quondam Mariani Calvis, nunc monachorum; *Die Balearen* eet. VI 1884 p. 410; habui descriptam accurate a Gabriele Llabres. V. 2. 3 MAM|MAE testes ambo novi, recte omnino. 3701. 3702.

3703 Ficta omnino ex Taciti ann. XIII 10, ubi de P. Suilio in insulam relegato agitur. 3704. 3705.

Fita *revista histórica* IV 1877 p. 800 exposuit de loco, ubi olim inventa est tessera, dicto *el predat de Boguer*. Ibi Bocchori oppidum vetustum situm fuisse prope Pollentiam, quae postea inclaruit, praeter tesseram demonstrari reliquiis variis ibi repertis, aquila aerea [antiqua?], nummis, patellarum fragmentis et similibus, servatis illis Palmae apud Ioachimum Marium Gover olim, nunc apud heredem eius Nicolaum Brondo, Pollentiae apud Michaelem Costa. Ego Alcudiam et theatrum eius in transcursu tantum videre potui, illud autem vidi, duo fuisse oppida diversa Bocchori et Pollentiam, a Phoenicibus illud, ut nomen docet, conditum, hoc a Romanis sub nomine fausto. Quod nomen primum comparuit in fragmento n. 5990 hic edito.

5990 Alcudiae rep. fragmentum basis parvae marmoreae, servatum Palmae in domo Antonii Serrae, iam Henrici de España; litteris altis m. 0.62 saeculi secundi exeuntis tertiive.

IS · PO
S · PRO
SVIT
5 P · POLL

Descripsi et ed. *bol. de la Acad.* XIII 1888 p. 476. V. 1 reliquiae sunt dignitatis [*pontificis*] *ma*[*xi*-*mi*]. Vel Commodi vel Severi visa est.

INSVLA BALEARIS MINOR p. 498.

Titulos in variis locis insulae minoris repertos postquam sedulo collegeraet Iohannes et Antonius Ramis fratres, diu neglecti iacuerunt, donec nuper Iohannes Pons y Soler denuo curam eis impendit non infructuosam. Qui historiam insulae composuerunt nuper de monumentis quidem sepulcralibus vetustis, quae *talayots* dicuntur, disputaverunt fuse neque vero fructuose, titulos autem inscriptos aut non attingunt omnino aut in repetendis iam notis conquiescunt. Archiducis Ludovici Salvatoris opus nondum ad hanc insulam pervenisse supra dixi. Itaque cum insulam antea a me non visam adirem primum a. 1886, Iohannem Pons quidem non vidi in praediis rusticis latentem, sed adiutus ab amicis Theodoro Ladico et Theodoro de Ugarte pauca absolvi in re praesenti, plura postea accepi communicata per Iohannem Pons reliquosque amicos.

Qui historiam insulae minoris scripserunt Raphael Oleo y Quadrado, *historia de la isla de Menorca*, 2 voll. *Ciudadela de Menorca* 1874—76 8. et Petrus Riudavets y Tudury, *historia de la isla de Menorca*, Magone 1885—86 (vidi pp. 800, sed opus nondum absolutum erat), ad inscriptiones insulae Romanas noscendas novi nihil attulerunt.

XXXIV. MAGO p. 498.

n. 3733. 3737 (v. infra n. 3304).

3706 Contuli a. 1886 et ectypum sumpsi; litteris bonis saeculi secundi, altis m. 0.03. V. 3. 3 Q·F·LABEONI | AEDILI·IIVIR in lapide sunt.

3708 Contuli a. 1886 et ectypum sumpsi; litterae evanidae quidem, sed quae facile legantur. Sunt optimae saec. II, altae m. 0.03 ad m. 0.020.

3710 Contuli a. 1886 et ectypum sumpsi; litterae in vv. 6 et 7 paullo aliter dispositae sunt. n. 3708. 3713 vidit comes de Sandwich l. c. (ad p. 330) p. 304; indicavit Haverfield (v. supra ad n. 3417).

3711 Contuli a. 1886 et ectypum sumpsi; litterae bonae saeculi puto secundi ineuntis, altae m. 0.06 ad 0.03. V. 4 FL, *iter(um) IIvirat(u) in insula functo*. V. 6 MONTANVS, non *Iamontanus*, cui ne spatium quidem sufficeret.

3716 Contuli a. 1886 et ectypum sumpsi; litterae sunt eiusdem aetatis atque tituli n. 3711, altae m. 0.04 ad 0.06. V. 1 NAE, 3. 4 MA | *gistr*IS, 6 NAE in lapide sunt. 3716.

3714 Contuli a. 1886 et ectypum sumpsi; scripta litteris magnis et bonis, eiusdem aetatis atque n. 3711, altis m. 0.06. 3715. 3713

3717 Extat *calle del Rosario* n. 9 prope ecclesiam eiusdem nominis, *sirviendo de asiento á uno de esos cubos de barro llamados cosils, toda embadurnada de cal*. Riudavets p. 787. 3718—3734 (v. infra n. 3330—5036).

Magone a. 1886 contuli titulos in porticu aedium publicarum servatos non sine aliquo fructu; novi nihil inde prodiit praeter titulum utrimque scriptum n. 6933. E reliquis insulae partibus, quas non omnes invisere potui, postea quaedam accepi; ut n. 3004. In primis vero illud egi, ut specus ad *Calas covas* siti titulos inspicerem. Sed in itinera suscepto in regionem illam a Magone aliquantum distantem qui mecum fuerunt amici loca, in quibus tituli esse a testibus multis dicebantur, reperire non potuerunt. Quod tum non contigit perficere, postea feliciora successu repetiverunt; ectypa mihi misit Theodorus de Ugarte titulorum novem (n. 3393—5336. 3033. 3333), in quibus duo sunt ab antiquioribus non observati. Sane tam sunt male habiti, ut eis unus alterve legi possit. Tamen emendatur ex parte lectio Iohannis Ramis (ut n. 3302) quamvis admodum accurata utpote in titulis lectu difficillimis; sed restant sine dubio legenda et emendanda non pauca eis, qui post me archetypa comparare poterunt cum exemplis hic propositis.

5991 ad n. 3707. Rep. a. 1881 *en un callejon de la calle del Puente del Castillo, hay de Alfonso III*, ibi ubi etiam n. 3706—3716 prodierunt; basis alta m. 0.87, lata 0.70, crassa 0.40. Frustra quaesivimus a. 1886, sed lapidem tantae molis interiisse credi non potest. Fissura per medium lapidem consulto facta, ut operi alicui insereretur.

IMP · CAES · *di*VI SEVE
RIPIIFILIO*di* MARCI AN
TONINI PII *pr*O NEP·DIVI
HADRIANI ABNEP DI
VI TRAIANI PARTHICI
ET DIVI N*er*VAE ADNEP
M · AVR*eli*O · ANTONI
*n*O · PIO *fel*. AVG · PART
MAX · BRIT · MAX
GERM*anic*O · MAX
PONT*ifici* · MAX · TRIB
POT*es*T · XVII p. C. 214
IMP · III COS IIII *sic*
P · P · PROCOS

Iohannes Pons y Soler exemplum misit accurate exceptum (ab eodem habuit Oleo II p. 390).

V. 6. 9 erravit quadratarius cum poneret *di[vi] Marci Antonini Pii [pr]o nep(oti)* pro *divi Marci nepoti, divi Antonini Pii pronepoti*.

5992 ad n. 3716. *Calas Covas, en la cueva 'la Iglesia'*, litteris altis c. 0.033 m.

Ramis:	*ego:*
M · CAVC?I?A · GA	M · OAVIC GQ*uin*ttA · GA
LLICANO · SEXTO · CAR	LLICANO · SEXTO · CAR p. C. 150
MINIO · VETERE · COS · XI	MINIO · VETERE · COS · XI
K · MAIAS · HOC'N'VAI SAEDI	K · MAIAS NOCEN · HASN/
NECNCOB PARIA?ULVTATI	NFCNTOBPAB'A / SCVIAI
VN N ANNO	VN I NNO

Ex ectypo Ugartii 6; Ramis 4.

5993 ad n. 3713. *Calas Covas, cueva iglesia*, litteris altis m. 0.05.

Ramis:	*Ugarte:*
. . . . .	EI
. . . . .	NTOII IV IIII
ANTON	CO IS
CO KAL MAIAS OC	IALI OCC
AFVLN	AIO IN
VIIVA	/ NIIVA
	I

Ex ectypo Ugartii 7, vel potius ex eius delineatione, nam in ectypo paene nihil dispicio; Ramis 6.

5994 ad n. 3720. *Calas Covas, cueva Iglesia*, litteris altis c. 0.020 m.

Ramis:

CUTTMO ET VIRIO
OS XVII KAL MAIAS
ASULNE I PR & T NO
NVMERIO
ONIO CTORE
TO MASHIAL

ego:

· OLLIANO I··· VIRIO
COS · XV..I · KAL · MAIAS
ATIILNE · L · T · RVINO
/I ANVMERIO
ONIO eICTORA
CTO NVASILAS

Ex ectypo Ugartii 3; Ramis 2. Consulum nomina non extrico.

5995 ad n. 3721. *Calas Covas, cueva Iglesia*, litteris altis c. 0.040 m.

Ramis:

VAL
RIO SAGINO CO
MAIAS HOC
FELPO
TASIV
CRNC
VNIO

ego:

VAL : AVUNCNI
RINI · NOCO
XIMAIASHOC
LIFLPOY
C AISIIIVC
NIINO

Ex ectypo Ugartii 5; Ramis 7.

5996 ad n. 3722. *Calas Covas, cueva Iglesia*, litteris altis c. 0.035 m.

Ramis:

AVRANI
HIMRI
IC· LIM
OCVTSAED

ego:

SIAVL FL
IIAMRT
CV IRM
ICV I NI SAED
ICVNI VIR
F I RINO

Ex ectypo Ugartii 4; Ramis 5.

5997 ad n. 3723. *Calas Covas, cueva Iglesia*, litteris altis c. 0.030 m.

Ramis:

MERIO
VICTORE SEXTO

ego:

AERIO
VIO VICTORE SEXTO

Ex ectypo Ugartii 6; Ramis 4.

5998 ad n. 3724. *Calas Covas, cueva Iglesia*, litteris altis m. 0.035.

Ramis:

COS
N· CORNTI

ego:

COS
// II ///-

Ex ectypo Ugartii 0, fortasse non eiusdem tituli; Ramis 3.

5999 *Calas Covas, al pie de la Cueva llamada la Sala (la dels Jurats* Iohannis Ramis), *exteriormente, sobre la misma vereda á la derecha del Barranco, á medio metro del suelo*, litteris altis c. 0.060 m.

TOIC
ROINC
APIACO
CIFELVI

Ex ectypo Ugartii 1.
Non videtur edita esse a Iohanne Ramis.

6000 *Calas Covas, cueva Iglesia*, litteris altis m. 0.035.

I ////////
\ /
CI //////
I V I ////
C·

Ex ectypo Ugartii 9. Ramis non videtur descripsisse.

6001 Magone, fragmentum altum m. 0.42, latum 0.36 basis marmoreae utrimque inscriptae, quae rep. est a. 1865 in platea conventus qui fuit *del Carmen*. Servat Pons.

a litteris grandibus (altis m. 0.1) et optimis saeculi primi.

*q. pon*TIVS*Cl*
... *p*O L*io*
..... V S

b litteris tenuibus, sed elegantibus eiusdem aetatis, altis m. 0.04.

ALIA QVOPORT*et*........
*a*RV REDuTO S*empla*...*re*
*from*ENTI STITVIT M*acellum*?, *porti*
BA G S P Y*bicus*.......*thea*
TRV*m*?
T

Descripsi ex ectypis, quae misit Pons, et supplevi exempli causa *bol. de la Acad.* XIII 1888 p. 471.

6002 Magone, fragmentum in aedibus publicis, iuxta n. 3709.

......
NO·.

Descripsi. [*ho*]*nor*[*ibus*] ?

6003 *En las inmediaciones de la villa de Alayor, Menorca, un kilómetro* ab oppido repertus est cippus ex lapide calcario in sito eo insulae nato, altus m. 1.71, latus 0.60, crassus 0.32; servat Ioh. Pons y Soler in villa rustica prope Magonem. Litterae sunt optimae, altae m. 0.045.

IMP · CAES
NERVA · TR
AIANVS
VG GER p. C. 98—103
FACIT

Descripsi ex ectypis variis et delineationibus a Ioh. Pons missis *bol. de la Acad.* XIII 1888 p. 472.

Imp(erator) Cae[*s*(*ar*)] | *Nerva Tr*|*aianus* | [*A*]*ug*(*ustus*) *Ger*(*manicus*) | [*f*]*ecit*

Utrum ad viam publicam pertinuerit an aliud aliquod opus imperator dicatur fecisse nescimus. Ad miliaria igitur nolui relegare, praesertim cum desint mensurae passuum solitae.

CONVENTVS TARRACONENSIS.

I. VALENTIA p. 500. 711. XLVI.

n. 3725—3728. 3730 (v. infra n. 6001). 3731—3735. 3736 Ursinus habet in notis ad Trebellii Pollionis XXX tyrannos fragm. hist. p. 318.
3737 *Memorias de la soc. arqueol. Valenc.* a. 1879 p. 22. 3738—3743.
3744 Venturinus f. 99 (Eph. IV p. 91) recte. *Memorias de la soc. arqueol. Valenc.* a. 1873 p. 93.
3745 *A la carrera de la Marina* in domo de Monclaro apud S. Christoforum. Antiquus in libro Filonard. f. 22. V. 3 HOMVNCIO·VEL 4. 5 VALENTINOR...DEOR. 9 ANNORVM. 3746—3775.

Valentiam quamquam edii a. 1895 non ignorans conditum ibi esse ante aliquot annos museum provinciale, in quod inlatae essent inscriptiones non nullae ex urbe et vicinia conquisitae, tamen infeliciter mihi cessit ut nec museum nec lapides videre possem absentibus eis, qui curam eorum agebant. Sed resartum est id damnum aliqua ex parte Francisci Caballero Infante, qui tum Valentiae degebat, iam vero Hispalim regressus est, officiosa liberalitate, qua museum suum antiquitatum Carmonensium aliarumque mihi monstravit et ultro obtulit acta societatis archaeologicae Valentinae, quae tam rara sunt, ut frustra adhuc a me quaesita fuerint. Inscribuntur *memoria de los trabajos llevados á cabo por la sociedad arqueológica Valenciana* et prodierunt fasciculi VII non numerati: 1) *desde su creacion 22 de abril 1871 hasta 31 diciembre del propio año* Valentiae 1879 (pp. 82) 4.; 2) *de 1872*, ibid. 1875 (pp. 45 tab. 9); 3) *de 1873*, ibid. 1873 (pp. 31); 4) *de 1874. 1875. 1876*, ibid. 1877 (pp. 45, tab. 3; v. *boletin de la Acad.* I 1877—78 p. 571 ss.); 5) *de 1878*, ibid. 1878 (pp. 52 tab. 1); 6) *de 1879*, ibid. 1880 (pp. 99, tab. 2); 7) *de 1880*, ibid. 1881 (pp. 98) 4. Plura non videntur prodiisse. Studio perquam laudabili socii, inter quos praeter alios Nicolaum Ferrer y Julve laude dignissimum iudico, lapides inscriptos per oppidum et vicos vicinos sparsos colligendos sibi proposuerunt. Exempla quae exhibuerunt quamquam non perite facta nec emendata, tamen omni fide digna sunt. Provenerunt tituli novi ex vicinia omnes; ex urbe ipsa florenti nihil accessit praeter fragmentum olim descriptum et docte illustratum in libello quodam rarissimo una cum miliario n. 4948 add. ab Augustino Sales; fuit enim homo ille dignus Francisci Perez Bayer aequalis, scilicet eius aetatis, qua studia antiquitatis in Hispaniis floruerunt.

Fratris Vincentis Iustiniano liber scriptus, de quo dixi p. 501, iam servatur Matriti in bibliotheca academiae historicae.

Tribus Valentiae num Galeria fuerit incertum visum est Kubitschekio (de trib. Rom. orig. p. 181) propter eam quam sibi finxit tribuum per Hispanias distributarum rationem; tituli autem n. 3729 et 3735 quamquam possunt sane hominum esse origine non Valentinorum (alter Iovi Ammoni positus, alter senatoris), tamen non minus probant quam multi alii aliorum oppidorum.

A. 1889 cum denuo Valentiae eram, audivi museum illud ad tempus conditum iam non extare.

Duas ab urbe leugas versus occidentem in colli ad dextram Turiae ripam sito castrorum, ut videntur, Romanorum reliquiae a Diago aliisque dudum observatae nuper descriptae sunt ab Augusto Danvila (v. *boletin de la R. Academia de S. Fernando* m. Dec. a. 1888 et R. Chabas *archivo* III 1888 p. 235 ss.), qui comparavit cum castris in limite Germanico collocatis *die Saalburg*. Muri, portae, viae, arae et operis tectonici fragmenta dicuntur adhuc superesse; tituli vero inscripti nondum inde prodierunt, cum effossiones institutae sint nullae. Fieri potest, ut castra legionis ibi olim fuerint postea in oppidum conversa.

De sodalicio, quod nominatur in titulo n. 6004, deque reliquis collegiis aetate recentiore ea Romanis, ut patet, ortis verba fecit et inscriptiones Valentinas aliunde notas protulit Ludovicus Tramoyeres Blasco in libro *instituciones gremiales, su origen y organisacion en Valencia* cet. (Valentiae 1889, pp. XXIV et 449, 8.) p. 1—19.

6004 ad n. 3736. Rep. d. 17 m. Octob. a. 1799. Ex Augustini Sales libello raro a Fita denuo impresso (*boletin de la acad.* IV 1884 p. 115 ss.) didici, titulum inde ab initio imminutum fuisse neque quidquam postea periisse. Ita enim eum transscripsit homo eruditus et accuratus (qui etiam in titulo libelli et ubique in textu veram sodalicii vocabuli scripturam per *c* litteram agnovit et servavit, non per *t*, ut imperiti eius descriptores) p. 10:

SODALICIVA . . .
VERNARVM
COLENTES · ISID . . . .

Sodalicium colentes venustam esse dicit atque elegantissimum loquendi modum propter syllepsin. Praeterea Iosephus Maria Settier *bol. de la Acad.* IV 1884 p. 184 ex archio municipali acta inventionis et collocationis protulit; cf. Delgado *memorias de la Acad.* vol. VIII (1852) p. 91. 92.

6005 Valentiae, *por la puerta de S. Vicente*, in agro Salvatoris Martini Lop y Borrul; cippus, servabat Vincens Sassas *arcediano de Alsira*. Videtur interiisse.

MARITVMO
LAE · VXORI
ARITVMA
MATRI

Agustin Sales *declaracion de una coluna del emperador Hadriano descubierta en la vega de Valencia* Valentiae 1755 8. (inde Fita *boletin de la Acad.* III 1883 p. 95).
Fita (p. 93) supplevit *Maritumolae uxori, [M]aritum[ae] matri* .... Sed plura desunt aperte.

II. AGER VALENTINVS p. 508.

n. 3776—3779. 3780 *Memorias de la soc. arqueol. Valenc.* a. 1873 p. 18. 3781 Habet etiam Servius iuveniles ferias p. 95. 3782. 3783 Exemplum huius tituli alterum (infra n. 6019) m. Februario a. 1893 in *Liria* repertum est. 3784. 3785.

6006 Rep. a. 1887 *en un campo de Moncada*; servatur Moncadae (leugam unam a Valentia versus septentriones), *en el jardin de la casa num. 47 de la calle mayor*; lapis quadratus altus m. 0.55, latus 0.73.

L · CLODIVS · P · L
SERVLLVS
AN · XC IIII ·

Chabas *archivo* II 1888 p. 190; Fita *boletin de la Acad.* XII 1888 p. 88 ex ectypo facto a Iosepho Martinez Aloy et misso a Rocho Chabas.

6007 Rep. a. 1887 *en un campo de la villa de Buñol, partido de Chiva*; lapis ex marmore gilvo, altus m. 0.22, latus 0.36.

L · SENTO · CARCEDONO
SENTAE · THALIAE
SENTA · CARCEDONA
FILIA

Chabas *archivo* II 1888 p. 160; Fita *boletin de la Acad.* XII 1888 p. 98 ex ectypo facto a Iosepho Martinez Aloy et misso a Rocho Chabas.

6008 Rep. in effossionibus institutis *en el termino de Villamarchante*, ara ornata racemis uvarum; servabatur Valentiae in museo societatis archaeologicae.

SEmPRONI
MELNIIIDI
ANN · LV
Q · CAEC ·
LEONAS
FECIT

Memorias de la sociedad arqueológico Valenciana a. 1872 p. 28 tab. II 3.

V. 1 SEPRONI traditur. V. 2 fortasse M·FIL·NAIDI vel NEGEIDI.

6009 Rep. in *Villalonga*; servabatur Valentiae apud societatem archaeologicam ex dono Iosephi Mariae de Arisa Gandiensis.

P · TALPICIVS
RVSTICVS

Memorias de la sociedad arqueológica Valenciana a. 1873 p. 7 et 46. Corrige *Sulpicius*.

6010 *Patraix*, in praedio marchionis de Cruilles, rep. a. 1872, in parietinis aedificii antiqui, ubi servatur; ara litteris bonis.

D · M
ANTONIAE
C · F
MAXIMILIAe
ANNORVm
LXXVI

Memorias de la sociedad arqueológica Valenciana a. 1873 p. 13.

V. 2 MAXIMILIA et v. 5 ANNORV traduntur.

6011 *Patraix*, rep. et servata una cum n. 6010, tabula lapidea fracta a parte sinistra.

phil|ETE N XVII
h | S E
epa|LLONiVS ET HE
lene|COGNATAE D S *f*

Memorias de la sociedad arqueológica Valenciana a. 1873 p. 14. Supplevi.

V. 3. 4 LLONVS et D S E traduntur.

III. *LIRIA* p. 509.

n. 3786—3818.

Prodierunt ibi nuper tituli aliquot (n. 6012—6017), quorum exempla ex ectypis sumpta misit Antonius Chabret Saguntinus, e quibus edidit Rochus Chabas Dianiensis.

Alterius quod fuit Edetanorum oppidi Leonicae (Plinius III § 24 Ptolemaeus II 6, 62) in titulo Larinate CIL IX 733 mentio facta est: *M. Valerius C. f., Hispanus domo Leonica, eques ala Patrui, hic situs est.*

6012 *Liria*, rep. m. Februario a. 1882 *en los desmontes cerca de la estación del ferro-carril de Valls*, basis lata m. 0.58, alta 0.40, litteris bonis altis m. 0.06.

OTACILIAE SEVE*r*
*a*AE · AVG · CONIVGI
D · N · M · IVL · PHI
LIPPI · PII · FEL · AVG
EX *d. d*

Chabret descr. ex ectypo; Franc. Jimenez in ephemeride *las Provincias* d. 3 m. Febr. a. 1882, Chabas *archivo* III 1882 p. 184.

6013 *Liria*, rep. cum n. 6012, basis alta m. 0.52, lata 0.47, litteris saec. III elegantibus altis 0.05.

N · CORNELIO
M · F · Gal. NIGRI
NO · CVRIATIO
MATERNO · COS
LEG · AVG · PRO · PR
PROVINC · MOES
PROVINC · SYRIAE

Chabret descr. ex ectypo; Franc. Jimenez in eph. *las Provincias* d. 3 m. Febr. a. 1880; Chabas *archivo* III 1882 p. 186.

Est exemplum alterum tituli n. 3783 reperti satis longe a *Liria* in *Benaguazil*.

6014 *Liria*, rep. cum n. 6012 basis alta m. 0.81, lata 0.60, litteris elegantibus saec. III altis m. 0.08.

L IVNIo IVSTI FIL
GAL · SEVERO Rur
SIS FLAM SIS IVN
APRONIA PATRO
NO ET MARITO
ET IVN CRESCENTI
O LIB DIGNISSIMO

Chabret descr. ex ectypo; Franc. Jimenez in eph. *las Provincias* d. 3 m. Febr. a. 1882; Chabas *archivo* III 1882 p. 188.

6015 *Liria*, rep. cum n. 6012, ara ornata sertis ex floribus et frugibus, alta m. 0.20, lata 0.17, litteris altis m. 0.035.

phoenix
D M
CORN PANTH
ERAE VXORI
OPTVMAE · L
LIC · NICOMED
ES · ET · SI · BI

Franc. Jimenez in eph. *las Provincias* d. 3 m. Febr. a. 1889; Chabas *archivo* III 1888 p. 185.

6016 *Liria*, rep. *en el huerto de D. Juan Francisco Porcar.*

FABIAE ·
PIERIDI ·
FABIA ·
CROCALE·
5 FILIAE · T · SIBI

Memorias de la sociedad arqueológica Valenciana a. 1873 p. 88.

6017 *Liria*, rep. cum n. 9818; lapis altus m. 9.94, latus 0.40, litteris altis m. 9.94.

LVETVSV
AE ANTH
VSA SOR
ORIPAN
5 OXOVIII

Franc. Jimenez in eph. *las Provincias* d. 6 m. Febr. a. 1886; Chabas *archivo* III 1889 p. 187; Chabret misit descriptam ex ectypo.

IV. SAGVNTVM p. 511. 711. XLVII.

n. 3819. 3889 Chabret II p. 168. 3861. 3868 Extat in theatro, ubi contuli a. 1886. V. 1 extr. a periit. Chabret II p. 148. 3863—3686. 8667—3669 Extant in theatro, ubi contuli a. 1866. Chabret II p. 146—150. 6830—6836. 3636 (v. infra n. 6916). 3684 (v. infra n. 9049). 8885. 8636 Chabret I p. 197 II p. 151. 8637 (v. infra n. 9088). 6838 (v. p. 711). 8889.

8840 Extat in castello, ubi ego tamen a. 1889 non vidi. M, non MV, utroque loco clare legi testatur Chabret II p. 181.

8841—3859. 6848 et 3889 habet Venturinus f. 80 v. (Eph. IV p. 86) varietate insigniore nulla. In theatro extant n. 6848. 3843. 8848. 3848—8880, ubi contuli a. 1886. In n. 9843 v. 4 extr. in lapide est MELEX. Chabret II p. 198 ss.

6851 fragmentum tituli vv. 3—6 complectens denuo comparuit m. Maio a. 1869 in arcu portae veteris *calle de San Francisco*.

9858 Extat in theatro, ubi contuli a. 1889; litterae sunt optimae aetatis Augustae. *Memorias de la soc. arqueol. Valenciana* a. 1878 p. 68. Chabret II p. 159. 8893 Extat in theatro, ubi contuli a. 1889. Chabret II p. 188.

3854. 6888. 8696 Nuper (post a. 1866) denuo prodiit et iam servatur in theatro. Chabret II p. 196.

6887. 3858 Extat in theatro, ubi contuli a. 1966. Chabret II p. 158.

8869 Venturinus f. 78 v. (Eph. IV p. 81) fere ut Antiquus. Nuper denuo prodiit et extat in castello, in pariete exteriore *del primer cuartel de la Saluquia* versus occidentem, ubi ego tamen non vidi a. 1880. Chabret I p. 180 II p. 197. 3889. 6861 (v. infra n. 6981).

8868 Extat in theatro, ubi contuli a. 1886. Chabret II p. 160. 3893. 6864 Ut n. 6698. Chabret II p. 166. 8866.

3898 Chabret II p. 181. 888 ss. 8897. 6698. 8899 (v. infra n. 8088).

3879 Extat in arce, ubi ego tamen non vidi, in muro externo *de la plaza de Almenara* meridiem versus. Chabret II p. 174.

3871 Extat in theatro, ubi contuli a. 1886. Chabret II p. 196. 3878 Ut n. 3671. Chabret II p. 166. 3876.

3974 Extat ibi, *casa de Manuel Meliá*. Chabret II p. 179. 8679—6866. 3887 Extat *calle de Teruel* n. 89. Chabret II p. 199.

8888—3881. 8888 Sanlnutius l. 870 inter titulos acceptos ab A. Augustino et Galebo; Malvasia 68 (inde Mur. 1783, 4.) ex schedis Fabrettii.

8893—8895. 8899 Antiquus in libro Filonardiano l. 69; praenomina adsunt; v. 18 GENTI Antiquus. 8797—8908.

8909 *a* Extat Valentiae in museo *del Carmen*. Chabret II p. 164.

3904 Extat in castello, *en la conejera*, ubi tamen non vidi a. 1889. Chabret II p. 188. 9805.

3906 Extat *calle mayor* n. 84. Chabret II p. 199. 6907—3911.

3916 Venturinus l. 79 v. (Eph. IV p. 86) vv. 1. 2 solos habet, '*l'altre lettere sono corrose e non si leggono*'. Extat in theatro, ubi contuli a. 1889. Chabret II p. 169.

6916. 3914. 9919 Extat in angulo *del parador del Sol*, in suburbio *del Salvador*. Chabret II p. 199. 3916.

3917 Extat *calle de Taronchers* n. 9. Chabret II p. 196. 6918.

3919 Extat *calle Real* n. 69, ubi contuli a. 1886. Plus quam dimidia pars ad sinistram evanida est; v. 6 medio P litteram distinxi. V. 4 Q L A S, inter quas litteras nihil deest. Chabret II p. 169.

3989 Extat ibi, sed imminuta. Chabret II p. 169. 3961.

3988 Antiquus in libro Filonardiano f. 87' ita QVINTVS LICINIVS. Extat ibi. Chabret II p. 194.

8983 Extat ibidem, *en la alqueria la Sonambula*. Chabret II p. 199. 3884 (v. infra n. 9083). 8669. 3986.

3887 Extat *calle de Caballeros* a. 18, *frente á la casa de D. Vicente Rubio*. Ante v. 1 adest versus litteras hasce maiores exhibens V F. Chabret II p. 170. 8988. 3989. 6939 Extat in theatro, ubi ego a. 1889 non vidi. Chabret II p. 171.

8931 Extat in theatro imminuta, nam vv. 1. 8 interierunt. Contuli a. 1889.

3938 Extat *calle de Anjou, á espaldas del corral de Vicente Rubio*. Chabret II p. 171. 6636.

9934 Extat *sobre la margen*, ad meridiem, *del campo de Francisco Victoria*, ubi intratur in viam *del Mar*. Chabret II p. 176.

6935—6936. 6940 Sanloutius f. 670 inter titulos acceptos ab A. Augustino et G. Galebo, omisso v. 4. 6941—6946.

3944 Extabat Valentiae apud societatem archaeologicam Valentinam. *Memorias de la soc. arqueol. de Valencia* a. 1878 p. 68 tab. II 8. Chabret II p. 194. 8948. 8946 Extat nescio ubi. Chabret II p. 178. 8947. 3848. 8949 (v. infra n. 9084). 3850. 3981.

3956. 6668 Extat *en el molino del Arroz, calle de la Raseta*. Chabret II p. 173. 3964. 3966.

8989 Extat *en la casa de Barta, hoy del conde de Soloamena*. Chabret II p. 173.

3997 Extat *sobre la linde del campo de Manuel Vidal*, ubi in urbem intrant qui Valentia veniunt. Chabret II p. 174.

De Sagunti origine iam aliter iudicandum esse ac olim feci, exposui in libro Hispanice scripto *la arqueológia de España* (p. 801 s.). Scilicet apparuit iam potissimum ex nummis, oppidum non Graecae originis esse, sed mere Ibericae, atque Zacynthum artificiose tantum compositam esse cum Sagunto; similiter etiam video iudicare Antonium Chabret.

Saguntum denuo adii a. 1886 atque partem sane titulorum novorum, qui ibi prodierunt, descripsi adiutus ab Antonio Chabret medico, antiquitatum patriarum indagatore strenuo et docto, qui historiam Saguntinam (v. *boletín de la Acad.* VIII 1886 p. 467) suam nuper edidit infra indicatam quaeque invenit omnia iam antea mecum communicavit officiosissime. Quaedam idem ex libro suo praelibavit in Rochi Chabas *archivo* I 1886 p. 11. 86. 80. 86. 48 m.

A. 1858 cum academiae historicae Matritensi theatrum Romanum et monumenta servata in castello iussu regio traderentur custodienda, Antonius Delgado locum adiit et de monumentis rettulit academiae; relatio eius viginti post annos edita est in *boletín de la Acad.* I 1877—78 p. 469 ss. Continet titulos a me interim editos n. 3867—3666. 3839. 3858. 3863. 3894. 3878. 3944. Editoris curae debetur quod nunc iam tituli aliquot per varios oppidi et castelli locos sparsi collecti prostant in theatro, ubi eos contuli a. 1889.

Salios Herculis Saguntinos cum Ardeatina quam voluerunt civium origine convenire observavit O. Hirschfeld *Göttinger gelehrte Anzeigen* 1870 p. 1113.

Antonii Chabret liber diu expectatus ita inscriptus est *Sagunto, su historia y sus monumentos* (voll. II Barcinone 1880, XV 506 et 888 pp. 8. cum tabulis). In eo primus — nemo enim antea oppidi vetusti, quod nuper demum nomen antiquum pro *Murviedro* novicio denuo suscepit, historiam conscripsit peculiarem — praeter alia testimonia et monumenta vetustatis etiam inscriptiones proposuit multas (dixi de libro in ephemeride *Deutsche Litteratur-Zeitung* a. 1886 p. 845). Ego optimi amici, dum iterum Sagunti moror, auxilio in titulis investigandis et describendis adiutus, tum litteris eius frequentibus usus sum in hoc supplemento parando; ut doleam quod non omnia oppida Hispana vetusta scriptores nancti sint adeo strenuos et intellegentes

Non seiunxi a titulis oppidanis eos, qui in agris vicinis comparuerunt; etiam qui in *Almenara* reperti sunt (n. 6054—6061) in aedicula, quam ibi fuisse putant Veneris, aut in sepulcro, quod magis videtur convenire cum titulis sepulcralibus eius omnibus, ad oppidum se pertinere ipsi docent. Unde etiam quos antea inde habui n. 3873—3883 huc referendi sunt. Rettulerunt de effossionibus ibi institutis Ioh. Baptista Figols, parochus qui tum fuit Almenarae, in dissertatione a. 1818 scripta, quam servat societas oeconomica Valentina, Pr. Bartholomaeus Ribellas in dissertatione inscripta *antigüedades descubiertas en los contornos de la Villa de Almenara, distante poco mas de una legua de la famosa Sagunta* et edita in ephemeride *Diario de Valencia* d. 30 m. Febr. a. 1828, Vincens Plá y Cabrera in libello *disertacion histórico-critica de las antigüedades de la Villa de Almenara y descubrimiento de su famoso templo de Venus*, Valentiae 1821 4. Scripta haec non vidi, sed excerpsit mihi inde quae utilia visa sunt Antonius Chabret; vide eius historiam Saguntinam II p. 18 ss.

6018 ad n. 3833 (Eph. III p. 48 IV p. 81). Ex iterata auctorum huius tituli vetustiorum comparatione Oldenbergius, cum codicem Filonardianum excuteret, observasse sibi visus est unum omnino fuisse titulum Claudii ita fere conceptum, ut dedi sub n. 3834. Hoc per se quidem probabile est neque me fugit, cum titulum ederem; sed obstare visae sunt tum atque etiam hodie videntur loci indicationes, secundum quas altera columna fuit supra oppidi portam Valentinam, altera in arce iuxta turrim armorum. Atque duas extare potuisse Sagunti eiusdem imperatoris bases non prorsus aequabiliter inscriptas nemo facile negabit. Sed debueram Peutingeri testimonium coniungere cum Sanuti Siederi Apiani reliquorumque, qui Antiqui syllogen exhibent plus minus plenam quibusque accedit nunc codex Filonardianus f. 88; deinde etiam reliqua testimonia fortasse hic illic aliter distribuenda erunt.

6019 ad n. 3834 (Eph. IV p. 81; cf. III p. 48). Sagunti, *sopra una colonna in terra si leggeva*

CLAVDIO
VICTORI
PONT
TRIB · POT
COS · II

Venturinus f. 76 v. vv. non divisis, quem apparet dextrum tituli latus non satis dispexisse.

V. 5 pro COS·II fortasse emendandum COS P·P.

6020 ad n. 3837 (Eph. IV p. 81). Sagunti, *in un marmo qui presso* (ad n. 3834).

P · AEMILIO

in *altre lettere erana coperta dalla terra*

Venturinus f. 76 v.

Apparet igitur iam tum maiorem lapidis partem observari non potuisse nisi terra antea remota.

6021 *a* (= 3881). Post Lumiarem nemo vidit.

b Indidem dicitur prodiisse; extat in maceria hortuli ante aedes gubernatoris, litteris vetustis, altis m. 0.08.

a | *b*
—. FV*lvius*—.*f* | · TITININ
C · LVCILI | *V*S · L · F ·
II · VIR | *I*S · D · D ·
TVRRIS · ET | · MVR*os*
ORFIC | CO*er. i. q. p.*

a Testes adscripsi supra, optimum Bembum esse iam apparet.

b Descripsi a. 1888 a nullo observatam et ectypum sumpsi, statim animadvertens coniungendam esse cum *a*. Edidi *boletin de la Acad.* 1886 p. 360 ss. (inde Chabas *archivo* I 1886 p. 188 s., Chabret *Sagunto* II p. 156).

V. 1 FVI Bembus, P...F·C. Am., reliqui omiserunt.

V. 2 C·LVCILI, Bembus L·LVCILI Amati.

V. 4 TVRRIS·ET Bembus, TVRRIS·ET Lumiares, VRBIS·E Amati. Escolano ita habet interpolatam LVCILLI | DVVMVIRI | VRBIS | PRAEFECTI. Pars dextra T litterae servata est in *b*.

Titulus liberae rei publicae exeuntis est.

6022 ad n. 3888. Inter Saguntinas PIL. Litterae tres priores, olim aere incrustatae, extant in arce, *sobre el muro contiguo á la puerta de Almenara*.

FRA.. AN

Contuli a. 1888 quod superest. Antiquus in libro Filonard. f. 88 qui solus pleniorem vidit; Chabret II p. 174.

6023 ad n. 3864. Est in theatro imminuta.

*icius mel*EAGER · ANN
*icia per*PETVA·ANN...SIBI·ET·S·ET
*ecilio ac*TO DEBE BENEMERITO

Descripsi a. 1888. Chabret II p. 176.

Quae soli habent antiquiores dedi inclinatis. V. 2 extr. SIBI·ET·SVIS Bembus, ut ego Esc.

6024 ad n. 3818. Est in theatro, melius collocata quam antea.

P VIC/// ASINVS L · F CANVS OSCH
. . . . .ALOCM
. . . .

Descripsi a. 1886; Chabret II p. 178 qui misit.

M. Neubauer *archives des missions scientif.* ser. II vol. V 1868 p. 436 ss. adnotat in latere legi titulum aetatis recentioris scriptum litteris Hebraicis. Eum Chabret Fitae misit, qui edidit bol. de la *Acad.* XIV 1888 p. 869 ss. una cum Latino, quem non intellego.

6025 Rep. a. 1887 *cerca de Benicaldf.*

G · AEMILIVS · G · F
GAL · NEPOS
AED IIVIR

Chabret II p. 165 qui vidit.

6026 Sagunti, basis statuae marmorea, olim in castello *en la plaza de armas* prope aedes gubernatoris, iam in theatro.

P · POPILL... P · F · GAL
////TEV/// EX · D D

Descripsi. Chabret II p. 175, qui misit.

Exempla nostra prorsus consentiunt; *P. Popillius* ille *P. f. Gal.* cognomen videtur habuisse peregrinum. Cf. n. 3884.

6027 Sagunti, rep. a. 1888 m. Febr. in moenibus oppidi vetustis; servatur in theatro, litteris optimis aetatis puto Augustae.

PVBLICIA SAG
L · SACERDOS
PVBLICIA · M · S · L
ACIRTILLA · AN · XXX

Descripsi ex ectypo, quod misit Chabret; exemplum misit etiam Rochus Chabas. Chabret II p. 177 cum supplementis a me propositis.

Publicia Sag ..... [*M(arci)*] | l(*iberta*) *sacerdos* [dei deaeve alicuius a libertinis cultorum] | *Publicia M(arci) S(purii) l(iberta)* ..... | *Acirtilla an(norum) XXX* ..... .

V. 3 vix solvendum *M(unicipii) S(aguntini) l(iberta)*, quamquam Publiciorum nomen eo potest ducere. Nec puto v. 4 solvendum [*Publici*]*a Cirtilla*, quamquam etiam v. 1 punctum deest ante cognomen; *Acirtilla* potest cognomen peregrinum esse.

6028 In *Molino de Figueroles* in agro Saguntino, in gradibus scalarum, quae ducunt ad *la asequia de Gausa*.

C · AEMILius
NIGER · H · S
RVSTICA
GAEGIA
5 VXor

Chabret II p. 178, qui vidit et supplevit.

6029 Sagunti, in theatro, litteris parvis, sed bonis saec. fere secundi.

ANTONIA · VILIANA · Si
SIBI · ET RV
...

Descripsi. *Memorias de la sociedad arqueológica Valenciana* a. 1873 p. 87; Chabret II p. 180.

V. 1 extr. SF *Mem.*

6030 Saguntl, rep. a. 1887 in latere castelli orientali ex adverso coemeterii; servatur iam in theatro.

CN · BAEBIVS · CN
F · GAL · PLACIDVS
BAEBIA HOSPITA
VXOR

Chabret II p. 177, qui misit.

6031 Saguntl, rep. una cum sepulcri relliquiis in aedibus Thomae Monzó *plasa del arrabal* n. 18; servatur in theatro, litteris saeculi primi optimis.

V · F · CN · BAEBIVS · EROS
CHILONIANVS
OPPIA · MONTANA · VXOR
IN · SVIS · HORTEIS · SITI · SVNT
5 N · M · N · N · S
IN · F · P XX ▭ IN · A · P XX

Descripsi. Chabret II p. 178, qui misit.

V. 6 cavum numeros postea deletos videtur continuisse.

6032 *En Alfara de Algimia.*

BAEBIAE · L · F · MARCEL
LAE · SORORI · N · XII H S E
...ERIO · L · F CAEC EST
...XX HSE
5 QVINTIL
...XV
VSOR

Chabret misit a se descriptam.

V. 3 in. C vel O, non L litterae partem superiorem depingit Chabret, unde non cogitandum de [*Val*]*erio*. In *Est*... latet fortasse patriae nomen. V. 4 ...*s an(norum) XXX*.

6033 Saguntl, in gradibus scalarum domus Francisci Miret, *calle de Ramos* n. 7.

.. corNELIO AFRO
AN XXXVIII

Chabret II p. 178, qui misit.

6034 Saguntl, rep. a. 1871 in agro prope stationem viae ferreae. Servabatur in domo Emmanuelis Antoli, *calle de Ramos* n. 7, deinde a. 1886 in theatro; postea Matriti in domo quadam viae *del Lobo*, deinde per Fitam in museo academiae historicae; tabula lapidea alta m. 0.44, lata 0.48, litteris optimis saeculi fere primi exeuntis.

CORNERA
C · L · AVGE
SECVNDA · SoRoR
H · S · S

Descripsi a. 1886; Chabret II p. 178 qui misit; Fita *boletin de la Acad.* XI 1887 p. 448 XII 1888 p. 260 XIV 1889 p. 580, qui ectypum misit.

6035 Inter Valentinas, sed videtur Saguntina esse.

CORNELIAE
SECVNDA · Q · M
ANN · XXXII

Memorias de la sociedad arqueológica Valenciana 1873 p. 85.

6036 inter Saguntinas.

QVINTVS FABIVS MONISIVS

Antiquus in libro Filonard. f. 27' solus.

6037 Saguntl rep. CHABRET.

D · M
FVL · MANSVE
TAE · AN · XXXV
FVL · CIP ..
5 ....RIMA

Chabret misit a se descriptam. *Memorias de la sociedad arqueol. Valenciana* a. 1878 p. 86.

6038 *En Benicaláf*, litteris vetustis.

HEGAS · DIDIAE · F · CRA
DIDIA · L · L · MVRTIS
L · DIDIVS · FVSCVS
AN XXVIII · H · S · S

Chabret misit a se descriptam.

V. 1 DIDAE in lapide esse affirmat Chabret; puto errore quadratarii.

6039 Saguntl, rep. in agro Iosephi Orenga *en la partida de Labayren*.

LICINIV ...
IVSTIA · L
LICINIA MA ....
caLPVRNIA

Chabret misit a se descriptam.

6040 Inter Saguntinas.

LICINVS LVCTATIVS VTILIVS

Antiquus in libro Filonard. f. 87' solus.

6041 Saguntl, rep. in curte domus Francisci Benet, *calle Real* n. 106, servatur in theatro; litteris bonis saeculi primi.

CN · NAECIVS · G · L
OPTATVS · ANN · L
NAECIA · CN · L
FLORA

Descripsi. Chabret II p. 178, qui misit.

6042 Saguntl, rep. in aedibus Raimundi Peris, servatur in theatro; litteris bonis.

SEMPRONIA
TVRPA

Descripsi. Chabret II p. 180, qui misit.

6043 Saguntl, in pariete curtis *de la alqueria de Montiber*, versus septentriones.

/////////ERIVS
MARCELLINVS
AN XXVI

Chabret II p. 178, qui misit.

6044 Sagunti rep.

LLAGERIAN
PETVA · AN.. SIBI · ET · S · ET
TO OE SE ESNEMERITO

Memorias de la sociedad arqueol. Valenciana a. 1878 p. 88.

Putabam coniungendam esse cum n. 6087; sed est diversa.

6045 Sagunti, extabat in agro Francisci Peris, *partida de Cabanyal*, servatur in theatro; litteris bonis.

M L
ARC
SIBI · E
VXOR
5 SE*a*G
ICELI

Descripsi. Chabret misit a se descriptam.

6046 Sagunti, rep. in fluvio *Palancia*, extabat in horto Francisci Benet, iam in theatro; litteris bonis.

T G · SA

Descripsi. Chabret II p. 178, qui misit.

Litterae minores in litura repositae sunt.

6047 Rep. *en las ruinas del pueblo de Carcel.*

S D O
NVS · N
F SAN*vs*

Chabret misit.

6048 Saguntí, in castello *frente al pabellon del gobernador*, fragmentum.

· AP
A*e*MICA
S · FECIT

Descripsi. Chabret II p. 180.

V. 2 LM·n.CA Chabret.

6049 Sagunti, fragmentum insertum muro turris *frente al huerto del clero*, iam in theatro; litteris magnis olim ex aere incrustatis.

IAO

Descripsi. Chabret misit a se descriptam.

6050 Sagunti, fragmentum olim *sobre el banco de la glorieta*, iam in theatro.

FES
FRI
MO

Descripsi. Chabret II p. 180, qui misit.

6051 Sagunti, olim muro inserta in vineto Mariani Ribelles, *camino de los Valles*, iam in theatro; litteris bonis.

V
MET
AN XR

Descripsi. Chabret II p. 181, qui misit.

6052 Sagunti, fragmentum litteris magnis, rep. *en la partida de Ponera*; iam in theatro.

SPAR

Chabret II p. 181, qui misit.

6053 Sagunti, fragmentum olim in curte marchionis *de San José, esquina de la calle del Hospital*; iam in theatro.

TRIS TVI

Descripsi. Chabret II p. 181, qui misit.

6054 ad n. 3977. *Almenara.*

V*e*NERI SAN*ctae*
IN · N · *Mem*
*postumi*AE · C · F
*marcel*LINAE
5 AN · LV
COR · MYRISMVS
VXORI

Ribelles et Plá in dissertationibus de Almenara supra indicatis (inde Chabret II p. 88).

Lumiares omisit vv. 1. 2, quorum fides stat penes auctores supra scriptos. Dixi fanum illos Veneris a Polybio memoratum cum Lumiare ibi collocare, nec tamen puto veraus duos integros eos finxisse. Atque non rari sunt tituli sepulcrales deis dicati *in honorem memoriae* defuncti alicuius.

6055 *Almenara*, v. n. 6050.

L VALERIO L FIL GAL
O*pta*TO AN XXXV
AED · FLAM · IIVIR
SALIORV*m* · *m*AG
5 VARVIA SA . . . . . .
. . . . IPII . . . .

Ribelles et Plá l. s. s. (inde Chabret II p. 83).

V. 5. 6 *Varvia Sa..... [flaminica munic]ipii | [Saguntini]*.

6056 *Almenara*, v. n. 3084, bases quinque marmoreae (octo olim) stantes in colle, in quo templum Veneris fuisse creditur, *en medio del piso del paralelogramo, adornados con arreglo al gusto de la arquitectura, cada uno enfrente de otro, distando 3 palmos entre si y 6 de las paredes laterales y dejando en media un transito de mas de una vara* Rib. Apparet statuas ibi fuisse collocatas eorum qui templum sive quod aliud fuit aedificium dedicaverunt; interierunt omnes.

MO AN..... *omnib* .
NONORI*b in rep.*
SVA FV*ncta* . . . .
GEMINIA BARBARA
5 PATRONO OPTIMO
ET · Q · LVCRETIO
LVCRETIANO AN
XIIX · FIL · PIISSIMO

Ribelles et Plá l. s. s., inde Chabret mihi misit.

[*D. M. S. L. Lucretio L. f. Anti*]|*mo An*[*nio omnib*(*us*)] | *honori*[*b*(*us*) *in re p*(*ublica*)] | *sua fu*[*ncta Lucretia l*(*iberta*)] e. q. s. supplevit Plá, ex parte non recte. V. 2 AN(*norum*...), ut v. 7. V. 4 GEMINA traditur; cf. *Cn. Baebius Geminus* n. 3834. 3880 et *Gemin*(*ia*) *Myrine* n. 3818.

6057 *Almenara*, rep. in loco ubi templum Veneris fuisse credunt.

\
o]TTIVS
e]DYMION
s]VA PECVNIA
FECIT ET
OEDICAVIT

Memorias de la sociedad arqueológica Valenciana s. 1676 p. 63; Chabret mihi misit a se descriptam.
V. 1 TIIVS Mem.

6058 *Almenara*, v. n. 6066.

. . . .
. . . . IAE
. . . . .PINS
Q. SAEBIVS. . . .
BAEBIANVS . . .
FILIAE PIISSIME
ANNO XVII POSV
IT

Ribelles et Plá l. s. s., inde Chabret mihi misit.

6059 *Almenara*, v. n. 6666, adhuc stantem vidit Chabret.

D · m
C VALeri ma
XIMI AN XV
D • XLVII • C • VAL
IANVARIVS • FIL
PIISSIMO

Ribelles et Plá l. s. s., inde Chabret mihi misit. Suppievi.

6060 *Almenara*, v. n. 6656.

. . . .
. . . .
. . ANTONIANE
ANNOSVM
XXX MES II
C VALERIVS
LVPVS VXORI
INCOMPARABILI

Ribelles et Plá l. s. n., inde Chabret mihi misit.

6061 *Almenara*, v. n. 6066, epistylium magnum marmoreum, litteris palmaribus.

SERGIA · N . . . .

Ribelles et Plá l. s. s., inde Chabret mihi misit.

V. OPPIDA INTER SAGVNTVM ET DERTOSAM SITA p. 527.

n. 6668—6676. 3673—3686 v. supra cap. IV. 3664—3660. 6661 Vidit ibi Ferrer. 6666—6666 Interierunt. 3666 et 3667 Vidit ibi Ferrer. 6666. 6666 et 4606 Interierunt. 4801 Vidit ibi Ferrer. 4806—4064. 4666 *Memorias de la soc. arqueol. Valenc.* s. 1873 p. 67. 4066. 4067 *Memorias de la soc. arqueol. Valenc.* s. 1676 p. 67 ut inedita. 4068—4863.

De titulis in *Jerica* repertis rettulit Nicolaus Ferrer y Julve socius societatis archaeologicae Valentinae in ephemeride *la revista de Castellon* d. 1 m. Maii a. 1663 (inde *boletin de la Acad.* II 1682—83 p. 676). E sedecim quos exhibui quattuor soli servati sunt; accesserunt novi duo infra editi (n. 6066. 6066).

Exempla titulorum aliquot in *Vivel* repertorum (n. 4066. 4006—4611) mala, excepta ab Antonio Fornes quodam, mecum communicavit Domenicus Portefaix Cordubae a. 1661; acceperat ea cum ante multos annos Valentiae munere publico fungebatur. Inest unus ineditus n. 6066. Reliqui n. 6062—6064. 6667. 6666 ex locis vicinis accesserunt.

6062 *En Benifayro.*

P · POPILLIVS · P · L
NESDOMVS
CORNELIA · D · L
PLACIDA
H · M · H · N · S

Chabret misit a se descriptam.

6063 *Canet*, rep. a. 1666 in rivo *Palancia* post inundationem; ara marmorea alta *palmos* 6, lata $6^1/_2$.

DIS
MANIBVS
SACRVM

Chabret II p. 174, qui vidit.

6064 Rep. *en Puzol.*

Tituli dicuntur ibi reperti esse duo *Valerii Marci Luci filii, annorum XXIX alter, alter Fusii Sedilis dierum XXX, cui Parca vitam abstulerit praemature.*

Memorias de la sociedad arqueol. Valenciana a. 1877 p. 6. Textum obtinere non potui.

6065 *Jerica*, pars inferior tabulae lapideae.

OPTIMe ·
MERITI
N CLODIVs
FABIANus

Memorias de la sociedad arqueológica Valenciana a. 1681 p. 6.
V. 6. 4 CLODIV | FABIAN traditur.

6066 *Jerica*, fragmentum tabulae lapideae.

[t]ERENNI
A · L · F VIL
[l]ANA N · L
h. e. E

Memorias de la sociedad arqueológica Valenciana s. 1681 p. 6.
V. 1 TERENNI traditur. 6 *Villana* cognomen vix recte lectum, cf. n. 6026.

6067 *Villa del Arzobispo*, ubi servatur.

LICINIVS
CELTIBER
...AN LX

Memorias de la sociedad arqueol. Valenciana a. 1676 p. 67.

6068 *Iglesuela del Cid*, tabula lapidea, *empotrada en las paredes de la hermita.*

• D · M · S · •
M · D · PROCVLVS •
AN·XVII·N·E·S·
M · O · SERANVS · PA
TER · FILIO · PIISSIMO
FECIT · ET · SIBI

Memorias de la sociedad arqueol. Valenciana s. 1878 p. 15.
Proculi nomen in tribus aliis lapidibus extare adnotat editor ibidem repertis, quos non adscripsit, quia male habiti sint.

6069 *En Vivel.*

MARtIALI
mASCELLA
a III H·S·E

Antonius Fornes descripsit, Domenicus Portefaix mihi dedit.
Marciali | garcella | a III h. e. s. traduntur.

VI. DERTOSA p. 535. XLVII.

n. 4054. 4055. 4056 Habet etiam Accursius cod. Ambros. O 148 f. 131 omissis fere vv. 4. 5. 4057—4061. 4062 Venturinus f. 75 v. (Eph. IV p. 82) non recte. Accursius f. 131. 4063. 4064 Accursius f. 131'. 4065—4070. 5120.

Danielis Fernandez y Domingo liber *anales ó historia de Tortosa*, Barcinone 1878, pp. 368 8., titulos repetit aliunde notos.

6070 Dertosae, *en el castillo.*

cASTORI ET
pOLLVCI
M VALERIVS
ANTaVS
e V · S · L

S. Sanpere y Miquel *revista de ciencias históricas* II 1880/81 p. 174 s. *e* flosculis Pujadis manu scriptis in bibliotheca Parisina servatis. V. 1 CCASTORI, 2 BOHVCI, 3 ANTVS traduntur.

VII. TARRACO p. 538. 714. XLVII.

n. 4071 In museo n. 5, olim *calle de Riudecols*; v. 4 numerus ita scriptus XVX. 4072 In museo n. 10. 4073 Caesaraugustae. 4074. 4075 In museo. 4076 In *Chevening* Britanniae. 4077. 4078 In museo [n. 18]. 4079 In museo. 4080 In museo; vv. duo ultimi, quos servavit Antiquus solus, non comparuerunt. 4081. 4082 Contuli et ectypum sumpsi a. 1888, quo confirmatur legendum esse v. 2. 3 *L(uci) n(ostri)* et v. 4 *Plate*. Litterae sunt bonae saec. II, altae m. 0.04. 4083 In curte archiepiscopii. 4084. 4085 In museo n. 5 [15]. 4086—4088. 4089 In S. Michaelis. 4090—4093. 4094 In museo [n. 8]. 4095. 4096 In museo n. 18 [15]. 4097 In aedibus marchionis de Tamarit, *en el zaguan*. 4098 In *Chevening* Britanniae. 4099 In museo n. 15 [5]. 4100 In museo n. 16 [3]. 4101 *Calle de Caballeros* n. 15. 4102 In museo; ectypum sumpsi. Baronius ann. eccl. ad n. 803 vol. II p. 657 e Goltzio. 4103 In curte archiepiscopii; habet etiam Ursinus in notis ad Vopiscum. 4104. 4105 In museo; ectypum sumpsi. 4106 In museo; ectypum sumpsi. 4107 Venturinus f. 75 (Eph. IV p. 22). V. 2 DIVO N (ex n̄ N̄). 4108 In curte archiepiscopii; ectypum sumpsi. 4109 In aedibus *calle del cementerio*. 4110 In *Chevening* Britanniae. 4111 In aedibus Montoliu. 4112. 4113. 4114 In *Chevening* Britanniae. 4115—4117. 4118 In museo n. 14 [4]; latus opertum conferre non potui. 4119 In aedibus Castell Arnau. 4120—4124. 4125 De L. Novio Rufo v. C. I. L. III n. 773 = 6170. 4126 In S. Michaelis. 4127 *Calle de Caballeros* n. 14. 4128. 4129 Tarracinae Mur. 757, 1 e schedis Farnesiis nescio quibus. 4130 *Calle del arco de Toda*. 4131. 4132. 4133 In *Chevening* Britanniae. 4134 In museo; ectypum sumpsi a. 1885, litterae sunt optimae aetatis Augustae, altae m. 0.05. V. 1 aut ..*mimi* aut ..*oimi* certum; unde cogitavi de *mimo*. In *triumphalis* v. 5 certo cognomen oppidi habemus. 4135—4138. 4139 In ecclesia cathedrali, ad portam S. Theclae. 4140—4142. 4143 In museo n. 32 [11]. 4144 In museo n. 84. Initio iam comparuit v. 1 D·M. V. 4 STIP·XXVIII; nihil praeterea deest. 4145 In museo n. 53 [30] litteris ex parte detritis. V. 7 avFvs. 4146 In *Chevening* Britanniae. 4147 Denuo comparuit *calle de la Destral* n. 13; in museo n. 74. '*Nell' orto di Mess. Gio. Comes*' Venturinus f. 75 (Eph. IV p. 82). V. 1 LVCILIO in lapide quidem mihi quoque esse visum est; sed L et I vix distinguuntur. V. 5 GEMIN·, sed N detrita, in lapide vidi. V. 5. 15 MAIBITO in lapide est. 4148—4150. 4151 Barcinone in museo n. 1871. Elias *catal.* p. 57 cum imagine photographa. 4152. 4153 In museo, olim in claustro ecclesiae cathedralis; litteris bonis saeculi tertii. V. 1 MEMORIAE. V. 3 LEG. 4154. 4155 In museo [n. 88]. 4156—4161. 4162 *Calle de San Lorenzo* n. 88. 'Sagunti' Robortellus emend. l. II c. XIII f. 38' et Servius iuveniles feriae p. 185 vv. 1. 2 et 8—10 solos; v. 8 A·AEMILIA de praenomine mulieris cogitantes. 4163 (v. infra n. 6071). 4164. 4165. 4166 *Calle de la Merceria* n. 18. 4167. 4168. 4169 In ecclesia cathedrali, *en el horno del cabildo*. 4170 In museo n. 84, ara magna; Hernandez misit acad. hist. Matrit. a. 1880. V. 2 BASSILLA in lapide est. 4171. 4172. 4173 *Calle de Caballeros* n. 10. 4174—4176. 4177 In museo n. 91; contuli a. 1885. V. 5 in. C potius quam G in lapide esse visa est; v. 3 vidi in lapide esse EMERITA·AVG; recte igitur legit Hernandez. 4178. 4179 In *Chevening* Britanniae. 4180—4182. 4183 In ecclesia cathedrali, *en el horno del cabildo*. 4184 Denuo comparuit in vinea quadam suburbana; Hernandez *gaceta de Madrid* a. 1873 d. 25 m. Oct. (Eph. III p. 50). 4185. 4186. 4187 In museo n. 33. 4188 *Calle de Apodaca*. Hominem hunc oriundum esse Aesone, ut propter parentelam conieci, negat Kubitschek de trib. Rom. orig. p. 188, cum tribus Aesonis Quirina fuerit. Dixi ad n. 4858 eiusdem stirpis eum fuisse atque Aemilios titulorum Aesonensium; a quonam oppido oriundus fuerit non definio. 4189 V. 1 Quirinam, non Galeriam supplendam censet Kubitschek de trib. Rom. orig. p. 155. 4190. 4191. 4192 Denuo comparuit a. 1855; in museo n. 48. Hernandez in Petri Sabau *noticia de las actas de la Acad.* a. 1855 p. 80. V. 1 paene totus interiit. 6 OB CAVSAS in lapide est. 4193. 4194 Servius iuveniles feriae p. 71 ut Apianus. 4195 *Calle de los Herreros* n. 15, *en un angulo de la torre de Arandes*. 4196 *Calle de Riudecols* n. 6. 4197 In aedibus *Calvet, calle de los Caballeros*. 4198. 4199 In *Vilafortuny*; Hernandez misit acad. histor. Matritensi a. 1866. 4200 *Calle de Apodaca* n. 88. 4201—4203. 4204 In curte archiepiscopii. 4205. 4206. 4207 Denuo comparuit, *calle de Enrajolat* n. 4; iam in museo. Hernandez in Petri Sabau *noticia de las actas de la Acad.* a. 1866 p. 80. V. 7 • IN·S·P·S·FVNCT • in lapide est.

n. 4208—4210. 4211 Consaburam non potuisse Sergiae tribus esse sibi persuasit Kubitschek de trib. Rom. orig. p. 171.
4212 In museo n. 20 quod superest. 4213—4215. 4216 In *Chevening* Britanniae. 4217. 4218 In curte archiepiscopii.
4219—4222. 4223 *Calle de Riudecols.* 4224 In museo (cf. n. 4102. 4105. 4106). 4225.
4226 *Calle Puig den Pallas* n. 8; Hermolaus Barbarus castig. Plinianae (a. 1493) ad l. III c. 3 f. e. 8'. 4227 *Calle de la Merceria* n. 17.
4228. 4229. 4230 V. 8 CVRANDAS pro AVRANDAS proposuit O. Hirschfeld *Gött. gel. Anz.* a. 1876 p. 1666.
4231 In museo, sarcophagus magnus. 4232 In curte archiepiscopii.
4233 In museo n. 25 [31]. 4234 Barcinone. 4235.
4236 In museo n. 38. Hernandez in Petri Sabau noticia *de las actas de la Acad.* a. 1868 p. 60. V. 2 EX·S·BRACARAE in lapide est.
4237. 4238 In aedibus *marchionis de Tamarit, en el zaguan.* Ligorius ms. Taur. 14 s. v. Porcia. 4239—4242.
4243 Denuo prodiit loco antiquo; Hernandez *gaceta de Madrid* a. 1873 d. 22 m. Oct. (Eph. III p. 66). 4244.
4245 In fronte ecclesiae cathedralis, iuxta portam lateralem, infra ad solum.
4246 Hermolaus Barbarus castig. Plinianae (a. 1493) ad l. III c. 3 f. 6' inf. 4247 *Calle del Patriarca* n. 2.
4248 V. 5 P·H·C potius nominativum esse iam puto, ut provincia fuerit quae titulum dedicavit.
4249 Extat in domo quadam *calle de Riudecols.* 4250. 4251. 4252 In museo n. 46; litterae visae sunt saec. II exeuntis esse.
4253 In *Salou* prope Tarraconem. Hernandez misit acad. histor. Matritensi a. 1868, vv. inde a 7 ita divisis: TESTAMENTO | FVLVIAE CELERAE | HEREDES FVLVI|VS MVSAEVS ET | FVLVIVS MOSCHVS (sic).
4254 In museo n. 80. 4255. 4256 *Calle de Caballeros* n. 12. 4257.
4258 V. 2. 3 *coh*(*ortis*) *XXV* [*vol*]*untariae*; alia *voluntar*[*ia*] memoratur fortasse v. 1. 4259. 4260.
4261 In museo n. 85, descripsi a. 1881, contuli a. 1886 et ectypum sumpsi. Litterae vv. 1. 6 tam male habitae, ut vix legi possint.
4262 *En los bajos de la casa del gobernador militar.* 4263—4265. 4266 In curte archiepiscopii.
4267 In museo n. 22 [6], litteris optimis saec. I. 4268 *Calle de la Destral* n. 10. 4269. 4270 *Calle de la Destral* n. 8.
4271 In museo n. 41, litteris optimis saec. I. 4272 In angulo coenobii S. Clarae, *rambla de S. Clara.* 4273. 4274 (v. infra n. 6072).
4275 In museo n. 21 [7]. 4276 *Calle de la Destral* n. 16. 4277. 4278 In S. Michaelis. 4279 In museo n. 10 [10]. 4280.
4281 In museo n. 66. 4282 Venturinus f. 47 (Eph. IV p. 62) exempla ad Antiquissimi Augustini et Povillonis prope accedentia.
4283 In monumento sepulcrali quod Scipionum vulgus credit.
4284 In museo; ectypum sumpsi a. 1886, litterae sunt satis elegantes saec. II, altae m. 0.025. 4285 In museo. 4286—4288.
4289 In museo n. 26. 4290 In museo n. 27 quod superest. 4291 In *Chevening* Britanniae. 4292. 4293.
4294 *Calle de la Merceria* n. 17. 4295. 4296 *Calle del Cementerio* n. 7. 4297.
4298 In museo; rep. in *Centcellas*; basis marmorea magna et elegans. 4299 *Calle de las Escribanias viejas* n. 6.
4300 In villa *Masrabassa.* 4301 In museo n. 26 [8]. 4302 *Calle de la Merceria* n. 17. 4303 In museo.
4304 In turre S. Dominici iuxta portam S. Francisci. 4305 In domo iuxta ecclesiam cathedralem. 4306 In *Chevening* Britanniae.
4307. 4308. 4309 In ecclesia cathedrali, ad portam S. Theclae.
4310 In museo n. 34. V. 4 INCOMPARABILI, ut s desit. 4311—4313. 4314 In curte archiepiscopii.
4315 In *Chevening* Britanniae. 4316 In museo n. 31 [15]. 4317 In museo n. 29 [32]. 4318. 4318a. 4319.
4320 In museo n. 45. 4321—4324. 4325 In museo n. 73 litteris saec. II extremi. V. 6 MAXVMVS, 8 PAEDANIA (sic).
4326—4329. 4330 Barcinone, quo pervenit a. 1837, in museo n. 1176; contuli a. 1886. Elias *catal.* p. 40.
4331 In museo n. 47 [28]. 4332 In ecclesia cathedrali, iuxta portam claustri.
4333 Apud Albiñanam olim, *calle de las Carnicerias del cabildo* n. 6. 4334 In museo n. 68 [16]. 4335—4337.
4338 Hernandez misit acad. hist. Matrit. a. 1868. In museo, litteris saec. I bonis. 4339. 4340 In museo n. 46.
4341. 4342 In museo n. 49 [18]. 4343 Ad portam S. Francisci. 4344. 4345 In museo n. 61.
4346 In *Exeter* Britanniae. 4347 In museo n. 56. 4348 In museo n. 67 [16]. 4349—4352. 4353 In museo n. 62.
4354. 4355. 4356 *Calle de la Destral* n. 16. 4357. 4358 *Calle de las Escribanias viejas* n. 6.
4359 In museo n. 62 [24]. 4360 Prope rudera amphitheatri. 4361—4363.
4364 De Crassis Frugi quaedam adnotavit O. Hirschfeld *Gött. gel. Anz.* a. 1870 p. 1120. 4365. 4366 In curte archiepiscopii.
4367. 4368 In museo n. 66 [66]. 4369. 4370. 4371 (v. infra n. 6073). 4372 In museo n. 64 [17]. 4373.
4374 In museo n. 53. 4375. 4376. 4377 Barcinone. Achilles Statius in Catullum p. 400 'in Hisp. citeriore'. 4378—4381.
4382 *Calle del Cementerio* n. 7. 4383. 4384 In museo n. 72 [12]; ara magna. 4385.
4386 In museo n. 59. Conferenti utrum v. 1 LOLIA an LVCIA in lapide sit in tanta scripturae neglegentia incertum visum est. V. 2 HINC SIĀ legi.
4387. 4388 In museo n. 60 [26]. 4389—4394. 4395 In *Chevening* Britanniae. 4396—4400. 4401 In *Chevening* Britanniae.
4402—4404. 4405 In museo n. 67 [23]. 4406. 4407.
4408 In museo; basis magna litteris bonis. Hernandez *boletin de la Acad.* III 1883 p. 622.
4409 In museo, denuo comparuit a. 1886. Hernandez *boletin de la Acad.* V 1880 p. 226; ut dedi. 4410.
4411 In museo n. 44 [33], litteris evanidis. Reperta dicitur esse in *Reus* prope Tarraconem. V. 4 Utrum VEL an FIL legendum esset non liquebat. V. 6. 9 ita legi CARVS·SER|...... .
4412—4414. 4415 *Calle de los Caldereros* n. 4. 4416—4418.
4419 Barcinone in museo n. 033; lapis altus m. 0.80, latus 0.46. Eliae *catal.* p. 34. V. 6 PATERNA in lap. est.
4420—4427. 4428 In museo. V. 8 vestigia adsunt. 4429. 4430. 4431 In museo [n. 6]. 4432. 4433.
4434 In museo. 4435—4439. 4440 In museo. 4441. 4442. 4443 In *Torre d'Embarrá.* 4444 Pujol vidit, *bol. de la Acad.* VI 1885 p. 167.
4445 (v. infra n. 6074). 4446 In *Masricart.* Hernandez misit acad. hist. Matrit. a. 1868, ut dedi, non recte sine dubio.
4447 In *Masricart.* Hernandez misit acad. hist. Matrit. a. 1868; ut dedi.
4448 In *Vilafortuny*; Hernandez misit acad. hist. Matrit. a. 1868; ut dedi.
4449—4451 In *Siarcas.*
4452 (v. infra n. 6075).

Tarraconem utpote locum in re epigraphica Hispaniae primarium obtinentem ter denuo adii annis 1881, 1888, 1889, ut titulos in museo ibi collectos describerem. Utilissima enim Bonaventurae Hernandez, qui museo praeest, cura et civium Tarraconensium aliquot liberalitate inferuntur in museum illud lapides scripti aliaque monumenta vetustatis iam nota et aliis locis prostantia quam nova, quae potissimum ex operibus ad moles marinas ampliandas susceptis et casu ibi prodeunt continuo. Ita spatium iam non sufficit ad museum illum amplum monumentorum recipiendam. Disposuit quidem illa Hernandez certo ordine et numeros novos plerisque opposuit; sed cum neque inventarium musei extet plenum nec catalogus novus, nonnulla quae vidi a. 1881 fugerunt me cum redirem a. 1888, ubi illud quoque accidit minus commode, quod Hernandez dum ego Tarracone moror aberat propter valetudinem. Tamen summa cum libertate inter musei thesauros versatus paene omnia absolvere potui; pauca eis qui post me venient reliqui examinanda accuratius. Contuli quae olim descripseram (quod nolui supra in indice singulis numeris adscribere, cum ad omnes valeat), nova adieci ectypis sumptis, ubi opus videbatur. Quae adhuc manent per urbem sparsa examinavi quoad fieri potuit duce libello ab Hernandezio edito *el indicador arqueológico de Tarragona* cet. (Tarracone 1867, XV pp. 182, 8., quem libellum a. 1886 demum nanctus sum). Si recte computavi e titulis plus minus quadringentis et quinquaginta, qui Tarracone omnino prodierunt, servati sunt in museo circiter centum et triginta, aliis locis circiter octoginta quinque; interierunt igitur aut latent adhuc ducenti viginti quinque, i. e. dimidia pars. Atque accurate ubique, quantum potui, indicavi ubi tituli illi singuli hodie extent, ut qui post me venient frui possent aliqua cum commoditate eis quae mihi multo cum labore erant conquirenda. Titulis in museo servatis adscripsi numeros, quantum licuit, quos nunc gerunt novos; vetustos, quos olim adnotaveram, uncis inclusos addidi.

Hernandez solus de novis repertis interdum rettulit in operibus variis, *museo español de antigüedades* vol. III 1873 p. 405 ss., *la Academia* I 1877 p. 1 ss., *opúsculos históricos, arqueológicos y monumentales* (Tarracone 1884, pp. 73, 8.), *boletin de la Acad.* VI 1885 p. 227 ss., XII 1887 p. 439. Sed nescio an casu acciderit quod e sexaginta fere titulis novis tantum tituli aliquot minoris momenti, sepulcrales omnes, editi sint postea, longe gravissimi vero, ut n. 6084, manserint inediti. E quibus qualia didicerimus nova in universum non enarro; ad ipsius oppidi condicionem accuratius cognoscendam quaedam sane et inde accesserunt, sed imago eius, qualem iam tenebamus, non mutatur.

Qui nuperrime de monumentis Tarraconensibus scripsit Leander Serrallach y Mas architectus, *monumentos romanos de T., apuntes histórico-críticos* cet. (Barcinone 1886, pp. 47, 4.), quae e titulis disci possunt non respexit. Non vidi Ludovici Parral y Cristóbal libellum *guia official de Tarragona y su provincia, año I* (Tarracone 1887, 8.), in quo insunt *apuntes arqueológicos*.

6071 ad n. 4163. Extat in museo melius collocata n. 36; litterae sunt saec. II exeuntis, altae m. 0.035.

D · M
Q · ARATO V
ERNE TARR
P · PORC · PAR
IS · ET · Q · VR
BIC VS · COL
LEG · M

Descripsi et ectypum sumpsi a. 1888.

V. 2 Q lineola adiecta quamvis tenuissima tamen distinguitur. 4 Quod PO olim legi, P esse cum puncto paullo maiore nunc vidi. 6 Elementum secundum potest pro F cum puncto haberi, ut olim habui; inter C et S supersunt vestigia, quae tam ad O quam ad V possunt pertinere, ad V tamen probabilius referentur. Neque debebam admittere beneficiarios consularis collegas vernae Terraconensis. Itaque legendum *d(is) M(anibus) Q(uinto) Arato vernae Tarr(aconensi) p(osuerunt) Porc(ius) Paris et Q(uintius) Urbicus colleg(ae) m(erenti)*. Collocandus est titulus inter officiorum privatorum (post n. 4318).

6072 ad n. 4274. Tarracone, in museo, rep. in *Puigdelfi*, basis magna litteris optimis.

L · MINICIO
L · F GAL
APRONIANO
AEDIL · Q · II VIR
ET · Q · Q · COL · I · V · T · T
FLAM · DIVI
TRAIANI · PARTHIC
HEREDES
EX · TESTAMENT

Descripsi a. 1886. Hernandez in Petri Sabau *noticia de las actas de la Acad.* a. 1868 p. 60 et *museo español* III 1873 p. 466.

6073 ad n. 4371. Tarracone, in museo. Caesaraugustae DELG. errore. Litteris vetustis, altis m. 0.05.

— V · L · L —
L · F · SCAP ....
EELEVCVE · L · DE · SV | pecunia
FACENDVM · COER | avit

Descripsi a. 1888 et ectypum sumpsi; Garrucci sylloge 2214; Delgado *nuevo metodo* I 1871 p. 8.

Propter lapidis formam et litteraturam vetustam videtur ad opus aliquod publicum spectare, fortasse muros et portas, quarum particulam *Fulvius* ille *Seleucus de suo* faciendam curavit. Unde hic repetivi, ne inter sepulcrales delitesceret.

6074 ad n. 4415. Tarracone, in museo n. 83.

D · M
APHRODIT
ARIA · IVCVN
DA · HAVE

Descripsi a. 1881 et contuli a. 1886. Hernandez misit academiae hist. Matrit. a. 1868. Apparet Antiquum pleraque recte dedisse.

6075 ad n. 4518. Tarracone prodiit et servatur in museo sarcophagus lapideus; litteris saec. II exeuntis illve, versus finem evanidis. Itaque neque *Blanes* vico cum Strada nec Barcinoni tribuendus.

CL · SATVRNI
NO · CL · FELI
CISSIMVS AFER
SAXO FAB
M B M F

Descripsi a. 1881. Ioh. Ficker *Mittheil. des röm. Instituts* IV 1888 p. 78, qui originis fortasse christianae iudicat. Idem mihi misit photographiam a se sumptam.

Cl(audio) Saturni[no Cl(audius) Feli]cissimus Afer | *Saxo Fab...* | *m(onumentum) b(ene) m(erenti) f(ecit)*

V. 4 E /AXO lacuna post S indicata Ficker, quam ego non enotavi. Deinde aut FAF aut FAB legi posse adnotavi neque vero quid subsit intellego. In photographia nihil comparet.

I. TITVLI SACRI.

6076 Tarracone, in museo n. 18, in basi, quae in circulum dimidiatum exit; litteris bonis.

TVTELAE

Descripsi a. 1881.

6077 Tarracone, in museo n. 10, basis parva marmorea litteris elegantibus saec. II.

M · E · HERMEROS
TVTELAE ·
TARRACON
V · E · L · M

Descripsi a. 1881. Cf. n. 4091.

6078 Tarracone, in museo, fragmentum statuae Veneris nudae cum sua basi, litteris optimis.

VEN
AV
L B

Descripsi a. 1881; Hernandez *opúsculos* p. 51.

6079 Tarracone, in museo n. 93, fragmentum litteris bonis.

OLLEGI
BASEA
S.

Descripsi a. 1881, contuli a. 1886.
Basis a collegio aliquo posita.

II. TITVLI IMPERATORVM.

6080 (= Eph. II n. 325). Tarracone rep. a. 1869 *al derruir un baluarte*: est in museo n. 11.

LAVDIO
NERONI
J. Leite de Vasconcellos in ephem. *o Dia* d. 25. Mai., *Aurora do Cavado* d. 30. Iul. a. 1890 et *bol. de la Acad.* XVII 1890 p. 545. 6266 v. 8 HVN traditur. 6267a nihil deesse et omnia perspicua esse adnotat Leite. Lege *pro vernacla(m) Treb(ia) Muse ser(va) Q. L(icinius?) Catullus a. l. v. s.* 6267b supplevit Leite, initio aut M aut V fuisse adnotans. 6269a vv. 4 quinque litterarum vestigia incerta vidit Leite.

Sub finem additamentorum tituli huius loci novi aliquot proferuntur, qui suo loco inseri non potuerunt.

Ad p. 811. Francisci Martins Andrade relationem de thermis Olisipone in via *da prata* denuo detectis scriptam a. 1859 (ms. bibl. publ. Y, 6, 61) cum delineatione et forma a Iosepho Ioachimo do Freitas factis edidit Figueiredo *revista archeologica* III 1889 p. 83 ss. 146 ss. Insunt tituli n. 175, repetitus a Figueiredo l. s. c. p. 33, et n. 191, Fig. p. 154.

De vestigiis reliquiisque vitae Romanae, quae in vico *Chellas* sive extabant sive extant, accurate egit Figueiredo *rev. archeologica* IV 1890 p. 1. 36. 188 ss. De inscriptionibus ibi repertis quae adnotavit infra adscripsi.

Ad n. 188. Figueiredo l. s. c. p. 10.

Ad n. 189. Figueiredo l. s. c. p. 5 ss. q. v. V. 1 estr. PVN(?) legit. Exponit scriptor de veterum editorum aliquot interpolationibus, qui putabant defunctam virginem Vestalem fuisse indeque monasterii originem repetebant.

Ad n. 391. Figueiredo l. s. c. p. 8.

Ad n. 384. Figueiredo l. s. c. p. 8 qui v. 3 H · S · s supplendum esse adnotat, cum videatur titulus positus esse hominibus duobus.

6270 *Cascaes, rep. nos arredores*, servatur Olisipone in museo *da direcção geral dos trabalhos geologicos*; cippus altus m. 0.68, latus 0.37, crassus 0.30; litteris bonis, altis m. 0.067.

D M
LAGERIA
MATERN
H S · E

Figueiredo *revista archeologica* III 1889 p. 86.

Ad p. 813. In praemonitis ad cap. XIV (Scallabis), ubi de Brutobriga dixi, illud quoque ,otui commemorare, nummos Brutobrigae raros nomen exhibere magistratus, ut videtur, ita scriptum T·MANLIVS·T·F·SERGIA (Florez III p. 144 tab. LXVII 8; Eckhel V p. 241; Delgado nuevo metodo I p. 45 s. tab. VI; J. Friedlaender *Zeitschr. für Numismatik* VIII 1881 p. 11; Zobel *estudio* II p. 186). Unde discimus tribus Sergiae fuisse oppidum; quod addendum est Kubitschekii tabulis.

6271 *Almourol*, quod est castellum saeculo XII aedificatum in insula Tagi prope *a Foz do Zezere* (Moroe Strabonis III 3, 1 esse putat editor), in pariete curtis; lapis altus m. 0.66, latus 0.40.

D · M · S
Q · CADI · FRONTONIS
ANN · XXV · ROMAE · DE ·
FVNCTI · RELIQVIAE · H · S · S
CADIA · TVSCA · ANN · XXX · H · S · E
M · CADIVS · RVFVS · LIBERIS
OPTVMIS · PIISSIMIS · POSVIT
CORNELIA · FRONTONIS · F
AN · XXIII · ALSVSA · MATER
FRONTONIS · ET · TVSCAE · H · S · E
CADIVS · RVFVS · VXORI
OPTVMAE · V · T · L

Figueiredo *rev. archeologica* III 1889 p. 155 qui recte explicavit addens vv. 8—12 videri postea additos esse in lapide.
V. 12 v(obis) t(erra) l(evis) [s(it)] recte solvit Fig.

Ad p. 813. Ad titulos Collipponenses accesserunt nuper in *Maceira* reperti infra n. 6272—74. Adnotatur ibi in *Arnal* oppido, ubi ecclesia *Maceira* vici est, vestigia extare oppidi Romani ut pavimentum tessellatum inde avectum per oratorem, qui tum erat, confoederationis Americanae O'Sullivan (nunc esse in Britannia), atque praeterea insertum esse cippum inscriptum turri ecclesiae nondum editum hunc:

6272 *Maceira* prope *Leiria*, *em frente do egreja matriz*, cippus marmoreus altus m. 1.36, latus 0.32.

D M S
MECIO CRESV
NO AN XXX
MECIA CRESTE
MATER
F C

Iosephus Callado edidit in ephemeride *o districto de Leiria* d. 11. m. a. 1889 mihique misit; inde Figueiredo *revista archeologica* III 1889 p. 88.

Ad p. 813 n. 347. Extat Leiriae in museo v. cl. Sande e Castro, qui accepit a Charters de Azevedo.

Q LAERIO
QVIRINAE
SCIPIONI AN XXX
QVINTILLA Q
FIL MATER
FILIO
PIENTISSIMO

Descripsi ex ectypo, quod misit Iosephus Franciscus Barreiros Callado, qui edidit in ephemeride *o districto de Leiria* d. 24 m. Maii a. 1890.
V. 1 LAERIO clare extat in ectypo. Nomen aliunde non novi.

6273, **6274** *Maceira*. *a* Cippus altus m. 0.55, latus 0.22, litteris saec. I bonis, altis m. 0.05; *b* mensuras ignoro.

a

D M N G
*a*NN · XXVII
MEN · XI
*t*IBERIVS
*c*LAVDIVS
*ti*BERIANVS
*m*ATER
F C

Iosephus Callado ectypum misit.
V. 1 inter M et N nihil videtur deesse. [*D*]omno?
V. 3 ante M hastam I exhibet Callado, quam in ectypo non video.
In titulo n. 343 eiusdem loci memoratur *Tiberius* [sic] *Claudius Maximus*.

b

d M S
*iu*STICIAE
NTINI · F
*qu*INTILLAE
*dev*ICIA M
. . MATER
f C

Iosephus Callado descripsit.
V. 3 CONNTINI·F Callado.

Ad p. 815. In n. 396 Figueiredo *rev. archeologica* III 1889 p. 183 ectypo iterum inspecto affirmat legendum esse v. 1 M·PVBLICIVS·GENT*ia* e. q. s.
Ad n. 5243. Conimbrigae. Lectionem suam correxit Figueiredo *rev. archeologica* III 1889 p. 183. V. 1 post M punctum cernitur.

Ad p. 818 n. 5238. Ectypum officiose submisit Iosephus Callado ex *Porto de Moz*. Est cippus altus m. 0.50, latus 0.32, litteris rudibus saec. I, altis m. 0.04. Vv. 1—5 med. lectio certa est; quae sequuntur non extrico. Legitur in ectypo CVNNA (deesse potest littera una amplius)
AN · HIC · VNAF .

Ad n. 5239 (p. 817). *Sero a Figueiredo* ectypum et photographiam accepi, ex quibus apparet initio versum nullum deesse legendumque esse V. 1. 2 AT AVGMENTVM | REI PVB · NATO. V. 3 in. ..AL distinguo, A satis certa est, V periit. Reliqua certa sunt. Lectionem suam correxit Figueiredo *rev. archeologica* II 1888 p. 185 et III 1889 p. 183.

Ad p. 817.

6275 Conimbrigae (*Condeixa-a-velha*), in praedio Wenceslai Martins de Carvalho; fragmentum basis, litteris bonis, altis m. 0.08, saec. I *extr.* vid.

G IVLI

QVADRAT

Figueiredo *rev. archeologica* III 1889 p. 156 et 181 q.v. m. Aug. a. 1889 et meminit tituli Olisiponensis n. 188 et C. Antii A. Iulii A. f. Quadrati consulis a. 93 et 105.

6275a Ad vicinium Conimbrigae pertinent tituli hi duo, quos infra posui. *Em Penacova*, qui est vicus a Conimbriga versus orientem et septentriones distans chiliom. 18 ad *Mondego* fluvium.

FRONTONIIO CAETONI

PICERA DVATI F · VIRO

F · C

Barthol. Macedo Malheiro *extracta das noticias* cet. a. 1781 (ms. bibl. publ. Olisip. A 4, 83 hodie 3, 41) f. 180 v.; inde mihi enotavit Figueiredo, qui editurus est *rev. archeologica* IV 1890.

Potest fuisse *Frontonio Caetoni*. Vv. divisio non videtur vera esse.

6275b *Na igreja de Murteda* (qui est vicus a *Coimbra* versus septentriones situs, a *Cantanhede* distans chiliom. 10 versus occidentem), *junto da mesma pia de bautisar, em hum pedaço de pedra quebrada.*

. . . . .

SACR ·

MAGIVS

FAVSTV

V · S ·

Barthol. Macedo Malheiro *extracta de noticias* cet. a. 1781 (v. n. 6275 a) f. 148 vv. non divisis; inde mihi enotavit Figueiredo, qui editurus est *rev. archeologica* IV 1890.

Initio mutila esse non indicatur. V. 3 AVSTVI traditur.

Ad p. 825 ad n. 5298. Repetivit Fita *boletin de la Acad.* XV 1889 p. 148.

Ad p. 887. Terminus Augustalis n. 859 cura magistratus Bletisami nuper publice propositus est; vide *boletin de la Acad.* XIV 1889 p. 555. Qua occasione oblata Aurelianus Guerra ibidem XV 1889 p. 102 in terminos n. 857 et 858 ita interpretatus est, ut nomina trium oppidorum Mirobrigam, Vallutam, Bletisam fuisse conicerct, Vallutae autem nomen in fine repetitum esse statueret casu primo. Vereor ut recte.

Ad n. 5650. Titulum primus indicavit Raimundus Torres Muñoz de Luna, v. *boletin de la Acad.* X 1887 p. 846.

PARS SECVNDA.

BAETICA.

Ad p. 836.

6276. 6277 *Burguillos*, in loco dicto *los Cadriales* (i. e. *los Avellanos*), in parietinis delubri et aedificiorum vetustorum, prope fontem *de Doña Jimona*, arae, quarum altera alta m. 0.65, lata 0.33.

6276

DIANAE ·

SACRVM ·

Q · ANT ·

CRESCENS ·

SEVERIANVS·

V · L · S ·

6277

FONTANAE ·

SACRVM ·

FLAVIA · SEVERA

EX · VOT

Guerra *bol. de la Acad.* XV 1889 p. 192, cui ectypum misit Matthias R. Martinez e *Jerez de los Caballeros*.

Guerra adnotat prope *Burguillos*, chiliometris 2 versus septentriones ab oppido, collem esse cum parietinis multis, quem vulgus *Guru* sive *Gurguru viejo* appellet, in porta autem saeculi XIII et in actis saeculi XVI *el castillo de Burgos el viejo* dictum. Ibi fortasse oppidum vetustum fuisse, unde tituli hi Romani prodiissent.

Ad p. 838 n. 5350. Contuli n. 1889.

Ad n. 986 (p. 838). In *Jerez de los Caballeros* tres extant tituli apud Iohannem Perez de Guzman y Boza ducem de Tserclaes y Tilly, qui mihi exempla dedit imperfecta Hispali; quae hic propono, dum ectypa, quae idem promisit, expecto.

6277a Ara alta m. 0.64, lata 0.30.

O · M · S

ENNIO T...

R...O MESS

AM · MARC

..APATRI PI

ISSIMO · P · S · E

S · T · T · L

6277b Cippus altus m. 0.60, latus 0.88.

IVLIA · IAN

ARIA · AN · X

H · S · E · S · T · T · L

AVAI · A · M

XSVNA · M

TER · FILIAE

PIISSIMAE

F · C

6277c Cippus altus m. 0.86, latus 0.20.

G · VIBI... PROB

VS · L · BROCCI ·

F · AN XVII · HIC

SITVS · EST

Exempla tradita exhibeo, cum pauci tantum in eis errores sint.

Ad p. 839 n. 989. Habent etiam schedae Iustini Matute y Gaviria, *apuntes de un viaje à Extremadura el año de 1804*, quas vidi apud ducem de Tserclaes Hispali, fortasse ex Caro.

ad n. 1008. Matute in schedis, ex Caro puto.

Ad p. 836.

Inscriptio prope Ugultuniacum rep. a. 1890, quae huc inseri non potuit, infra proponetur sub finem additamentorum.

Ad p. 838.

6278 (= Ephem. VII p. 385 ss. Tabula aenea reperta die 20. m. Octobris a. 1888 prope Italicam; servatur in museo archaeologico Matritensi. [Vide tabulam adiectam.]

. . . . . | tantam illam pestem nulla medicina sanari posse. 1
Nec poterat, verum nostri principes, quibus omne studium est
quanta libet morbo salutem publicam mersam et enectam refovere 2
et integram valetudini reddere, in primis omnia adverterunt, quae |
causa illi morbo vires daret, unde foeda et inlicita vectigalia ius 3
haberent, quis auctor et patronus esset usurpandis quasi | legi- 4
timis, quae omnibus legibus et divinis et humanis prohibebantur.

| Fiscus dicebatur. Fiscus non sibi, sed qui lanensae aliorum 5
praeteveretur, tertia vel quarta parte ad licentiam foedae rapinae
invi|tatus. Itaque fiscum removerunt a tota harena. Quid 6
enim Marci Antonini et [Luci Commodi] cavendum fisco cum
hare|na? Omnis pecunia horum principum cura est nulla cruoris 7
humani adspergine contaminata, nullis sordibus foedi quae-
stus inquinata et quae iam sanct[a]e paratur quam insumitur. 8
Itaque facessat sive illut ducentiens annum seu trecenties | est: 9
solis amplum patrocinium imperio parat[ur] ex parsimonia vestra,
quin etiam ex reliquis lanistarum, quae HS (sestertium) quingenties
su|pra sunt, pars lanista condonetur. Ob quae, oro vos, merita? 10
Nulla sane, inquiunt, merita, sed prohibiti talibus grassaturis sola-
cium ferant et in posterum tanto pretio invitentur ad opsequium 11
humanitatis. |

O magni imp[eratores], qui scitis altius fundari remedia, quae 12
etiam malis consulunt, qui se etiam necessarios fecerint. Et iam
fructus tan[tae] vestrae providentiae emerget. Legebatur etiam nunc 13
apud nos oratio; sed ubi rumore delat[um es]t qu[a]estus lanistarum
recisos, fiscum omnem illam pecuniam quasi contaminatam reli- 14
quisse, statim sacerdotes fidelissimarum Galliarum vestrarum | con- 15
cursare, gaudere, inter se loqui.

Erat aliquis, qui deploraverat fortunas suas creatus sacerdos, 16
qui auxilium sibi in provocatione ad principes facta constituerat.
Sed | ibidem ipse primus et de consilio amicorum 'quid mihi iam 17
cum appellatione? Omne onus, quod patrimonium meum opprime-
bat, sanctissimi imp[eratores] remiserunt; iam sacerdos esse et 18
cupio et opto et editionem muneris, quam olim detestabamur, am-
plector. |

Itaque gratiae appellationes non solum ab illo, verum et a 19
ceteris petitae, et quanto plures petentur! Iam hoc genus causa-
rum diversam formam | habebit, ut appellet qui non sunt creati 20
sacerdotes, uno populus. |

Quae igitur tantis tam salutarium rerum consiliis vestris alia 21
prima esse sent[ ]entia potest, quam ut, quod singuli sentiunt,
quod universi, | de pectore intimo clamante ego censeam? | 22

Censeo igitur inprimis agendas maximis imp[eratoribus] gratias, 23
qui salutaribus remediis, fisci ratione post habita, labentem civi-
tatium statum et prae[c]ipitantes iam in ruinas principalium virorum for- 24
tuna[s] restituerunt tanto quidem magnificentius, quod cum excusatum
esset reti[n]ere quae alii instituissent et quae longa consuetudo 25
confirmasset, tamen illi peraeque nequaquam sectae suae congruere
arbitra[t]i sunt male instituta servare et quae turpiter servanda 26
essent instituer[e]. |

Quamquam autem non nulli arbitrentur de omnibus, quae 27
ad nos maximi principes rettulerunt, una et succincta sententia cen-
sendum, | tamen, si vos probatis, singula specialiter persequar 28
verbis ipsis ex oratione sanctissima ad lucem sententiae translatis,
neque ex parte pravis in|terpretationibus sit loc[u]s. 29

Itaque censeo, uti munera, quae assiforana appellantur, in sua
forma mane[a]nt nec egrediantur sumptu HS (sestertium) XXX 30
(milia). Qui autem supra HS (sestertium) XXX (milia) ad LX (milia)
usque munus edent, i[i]s gladiatores tripertito praebeantur numero
pari. Summum pre|tium sit 31

primae parti quinque milia,
secundae quattuor milia,
tertiae tria milia. A HS (sestertium) LX (milibus) ad C (milia)
usque trifariam coetus gladiator[um] divisus | sit.

Primi ordinis gladiatoris summum pretium sit VIII (milia), 32
mediae classis VI (milia),
deinde quinque. Porro a centum milibus ad CL (milia)
quinque sint mani|puli, cuius 33
primi pretium sit XII (milia),
secundi X (milia),
terti VIII (milia),
quarti VI (milia),
postremo quinque.
Iam hinc porro a CL (milibus) ad CC (milia) et quidquid supra
sursum versum | erit,
infimi gladiatoris pretium sit VI (milia), 34
super eum VII (milia),
terti retro VIIII (milia),
quarti XII (milia), adusque XV (milia).

Et haec sit summo ac formonso gladiatori defi|nita quantitas. 35
Utique in omnibus muneribus, quae generatim distincta sunt,
lanista dimidiam copiam universi numeri promisqu[a]e multitu-
dinis praebeat exque his, qui gregari appellantur, qui me- 36
lior[s] acertatis erit, duobus milibus sub signo pugnet, nec quisquam
ex eo numero | mille nummum minore. Lanistas etiam promoven- 37
dos sibi studio qu[a]estus negem sibi copiam dimidiae partis prae-
benda[m] esse ex numero gregariorum, uti sciant inpositam sibi 38
necessitatem de ceteris, quos meliores opinabuntur, transferre tan-
tisper plendi numeri gregariorum gratia. Itaque is numerus uni- 39
versae familiae aequis partibus in singulos dies dispartiatur, atque

6 MARCI COMMODI *mihi videbatur in aere esse;* LVCI *apparere ad-notat* BERL. Marco Antonino et Luci Commodo *mihi legendum visum erat.* Cavendum cum harena ἀρχιπειρῶς (*Plaut. most.* 1142, *Pseud.* 969) paciscendum BUECH. CVRA *aes;* [p]ura BUECH. | 8 SANCTAE *aes* | 9 annu[u]m BUECH. et HIRSCHF. | TRECENTIES *aes* | 9 *multo tanto argutius quam* patrocinium *erat* patrimonium BUECH. *Quod recepit* MOMMS. | 9 PARATE *aes,* parat[is] ex BUECH., parat[e ex] *ego et* HIRSCHF. parat [i] ex MOMMS. | 12 emergit HIRSCHF. | 13 DELATV|ST *aes* | 14 QVESTVS *aes* | 19 petentur! Iam BUECH. | 20 VNO POPVLVS *aes. scilicet quadratarius aut* VN *tantum dedit aut* O *minorem postea addidit spatio nullo fere post* N *relicto.* | 21 *sic lacuna ex litura sententenia scripturae orta aes* | 22 CLAMANTE *ex* CLAMANS *correctum aes, ego inserueram et;* clamant, ego conse[o] BUECH. et MOMMS., *qui tamen fortasse nihil mutandum esse vidit.* | 24 FORTVNA *aes* | 24 cum excusatum esset (= liceret) retinere [e]t quae HIRSCHF., *traditum defendit* BUECH. *probante* MOMMS.

26 peraeque *spectat ad par illud servare et instituere* BUECH. | 27 INSTITVERET *aes; de hiatu cogitari posse sic fere explendo:* servare et [ut qui faceret eodem loco esse atque qui] quae turpiter servanda essent institueret *adnotat* MOMMS. | 29 LOCIS *aes. corr.* BUECH. HIRSCHF. MOMMS. — MANENT *aes* | 30 LX *aes,* L *littera evanida* | 35 famoso *proponit* HIRSCHF. | 36 PROMISQVE *aes* | MELIORI. ACERTATIS *aes; cogitat de* melioris aetatis; melioris acertatis *defendit* BUECH., *haec adnotans:* acer *in armis,* acer miles *et similia sexcenties, hoc igitur maxime decet gladiatores; iam* acritas *plane insolitum* (*Gellius* XIII 3), acertas *figuratum ut* libertas paupertas pubertas *potest proprium harenae verbum fuisse,* 'Schneidigkeit'; *fortasse in glossarior hoc vocabulum permutatum est cum* acerbitas; qui melior [l]acertat[u]s erit (*cf.* brachiatus) *pro* melius lacertatus, *quod exigebat* BUECH., *sive* melior lacertis MOMMS. | 37 *utrum* PROMOVENDOS *an* PROMONENDOS *legendum diiudicare non potui; in re praesenti, illud requiritur;* praemonendos HIRSCHF. | 37 VIII *aes,* VIL BERL., VTILI *ego;* [s]ibi? BUECH., *emendavit* HIRSCHF. | 37 QVESTVS *aes* | 37 NEGEM *aes,* ne aegent HIRSCHF., sibi copiam d. p. praebendae negatam esse MOMMS.; PRAEBENDAS *aes* | 39 TANTIS-PER *aes* | 39 [et] plendi *proposuerat* MOMMS., *sed* plendi formam vetustam defendit BUECH. | 39 itaque, *eodem utique* MOMMS., i[i]s BUECH.. DISPARTIATVR *aes:* pro atque illo *valuit* neque ullo MOMMS.

6278

TANTAM · ILLEM · PESTEM · NVLLA · MEDICINA · SANARI · POSSE · NEC · POTERAT · VERVM · NOSTRI · PRINCIPES · QI
BET · MORBO · SALVTEM · PVBLICAM · NEEEAM · ET · SNECTAM · RSFOVERE · ET · INTEGRAE · VALETVDINI
CAVSA · ILLI · MORBO · VIRES · DARET · VNDE · FOEDA · ST · INLICITA · VECTIGALIA · IVS · HABERENT · QVI · AVCI
LEGITIMIE · QVAE · OMNIBVS · LEGIBVS · ET · DIVINIS · ET · HVMANIS · PROHIBENTVS
FISCVS · DICEBATVR · FISCVS · NON · SIBI · SET · QVI · LANIENAS · ALIORVN · PRAETERERETVR · TERTIA · VEL · QVARTA
TATVS · ITAQVE · FISCVM · REMOVERVNT · TOTA · HARENA · QVID · ENIM · MARCI · ANTONINI · ET · LVCI COR
NA · OMNIS · PECVNIA · MORVM · PRINCIPVM CVRA EST · NVLLA · CRVORIS · NVMANI · ADSPERGINE · CONTAMIN
STVR · INQVINATA · ST · QVAE · TAM · SANCTAE · PARATVR · QVAM · INSVMITVR · ITAQVE · FACESSAT · SIVE · I
EST · SATIS · AMPLVM · PATROCINIVM · IMPERIO · PARATI · EX PARSIMONIA · VESTRA · QVIN · ETIAN · EX · RELIQVIS
PRA · SVNT · PARS · LANISTIS · CONDONETVR · OB · QVAE · ORO · VOS · MERITA · NVLLA · SANE · INQVIVNT · MERITA
CIVIS · FERANT · ET · IN · POSTERVM · TANTO · PRETIO · INVITENTVS · ADOPSEQVIVM · HVMANITATIS
O MAGNI · IMPP · QVI · SCITIS · ALTIVS · FVNDARI · REMEDIA · QVAE · ETIAM · MALIS · CONSVLVNT · QVI · EE · ETIAM ·
TAS · VESTRAE · PROVIDENTIAE · ENERGLT · LEGEBATVR · ETIAM · NVNC · APVD · NOS · ORATIO · SED · VBI · RVMORE · DE
CVM · OMNEM · ILLAM · PECVNIAM · QVASI · CONTAMINATAM · RELIQVISSE · STATIM · SACERDOTES · FIDELI
CONCVRSARE · GAVDERE · INTER · SE · LOQVI
ERAT · ALIQVIS · QVI · DEPLORAVERAT · FORTVNAS · SVAS · CREATVS · SACERDOS · QVI · AVXILIVM · SIBI · IN PROVOCATIO
ISIDEM · IPSE · PRIMVS · ET · DE CONSILIO · AMICORVM · QVID · MIHI · IAM · CVM · APPELLATIONE · OMNE · ONVS ·
TISSIMI · IMPP · REMISERVNT · IAM · SACERDO · ESSE · ET · CVPIO · ET · OPTO · ET EDITIONEM · MVNERIS · QVAM · OLIM · DETE
ITAQVE · GRATIAE · APPELLATIONIS · NON · SOLVM · AB ILLO · VERVM · ET · A · CETERIS · PETITAE · ET · QVANTO · PLVRES · PETENTIS
HABEBIT · VT · APPELLET · QVI · NON · ERVNT · CREATI · SACERDOTES · SINE POPVLVS
QVAE · IGITVR · TANTIE · TAM · SALVTARIVM · RERVM · CONSILIS · VESTRIS · ALIA · PRIMA · ESSE · SEN[illegible]ENTIA · POTEST · QVAM ·
DE PECTORE · INTIMO · CLAMANTE · EGO · CENSEAM
CENSEO · IGITVR · INPRIMIS · AGENDAS · MAXIMIS · IMPP · GRATIAS · QVI · SALVTARIBVS · REMEDIS · FISCI · RATIONE · POST · R
CIPITANTES · IAM · IN RVINAS · PRINCIPALIVM · VIRORVM · FORTVNA · RESTITVERVNT · TANTO QVIDEM · MAGNIFICE
NERENT · QVAE · ALI INSTITVISSENT · ET · QVAE · LONGA · CONSVETVDO · CONFIRMASSET · TAMEN · OLLI · PERAEQVE · S
TI · EVNT · MALE · INSTITVTA · SERVASE · ET · QVAE · TVEPITER · SERVANDA · ESSENT · INSTITVERET
QVAMQVAM · AVTEM · NON · NVLLI · ARBITRENTVR · DE · OMNIBVS · QVAE · ADNOS · MAXIMI · PRINCIPES · RETTVLERVNT
TAMEN · SI VOS · PROBATIS · SINGVLA · SPECIALITER · PERSEQVAR · VERBIS · IPSIS · EX ORATIONE · SANCTISSIMA · AD LVCEM ·
TERPRETATIONIBVS · SIT · LOCIS · ITAQVE · CENSEO · VTI · MVNERA · QVAE · ASSIFORANA · APPELLANTVR · IN SV
TV HS · XXX · QVI · AVTEM · SVPRA · HS · XXX · AD · LX VSQVE · MVNVS · EDENT · IS · GLADIATORES · TRIPERTITO ·
TIVM · SIT · PRIMAE · PARTI · QVINQVE · MILIA · SECVNDAE · QVATTVOR · MILIA · TERTIAE · TRIA · MILIA · A · HS · LX · AD ·
SIT · PRIMI · ORDINIS · GLADIATORIS · SVMMVM · PRETIVM · SIT · VIII · MEDIAE · CLASSIS · VI · DEINDE · QVINQVE · PORRO
PVLS · CVIVS · PRIMI · PRETIVM · SIT · XII · SECVNDI · X · TERTI · VII · QVARTI · VI · POSTREMO · QVINQVE · IAM · HINC · PORRO · A ·
ERIT · INFIMI · GLADIATORIS · PRETIVM · SIT · VI · SVPER · EVM · VII · TERTI · RETRO · VIII · QVARTI · XII · ADVSQVE · XV · ET · E
MITA · QVANTITAS · VTIQVE · IN OMNIBVS · MVNERIBVS · QVAE · GENERATIM · DISTINCTA · SVNT · LANISTA · DIMIDIAM · C
DINIS · PRAEBEAT · EXQVE · HIS · QVI · GREGARI · APPELLANTVR · QVI MELIORI · ACERTATIS · ERIT · DVOBVS · MILIBVS · SIBI
MILIE · NVMMVM MINORE · LANISTAS · ETIAM · PROMOVENDOS · VILI · STVDIO · QVESTVS · NEGEM · SIBI COPIAM · DE
MERO · GREGARIORVM · VTI · SCIANT · INPOSITAM · SIBI · NECESSITATEM · DE CETERIS · QVOS · MELIORES · OPINABVNTVR
MERI · GREGARIORVM · GRATIA · ITAQVE · IS · NVMERVS · VNIVERSAE · FAMILIAE · AEQVIS · PARTIBVS · IN · SINGVLOS · DIE
DIMIDIA · PARS · GREGARIORVM · SIT · IBI QVI · EO · DIE · DIMICAVNT · VTQVE · EA · OPSERVATO · A LANISTIS · QV
HIS · QVI · PROVINCIAS · PRAESIDERVNT · ET · LEGATIS · VEL · QVAESTORIBVE · VEL · LEGATIS · LEGIONVM · VEL · IIS · QVI · IV
PRINCIPVM · QVIBVS · PROVINCIAS · RECTOR · MANDAVERIT · IS · ETIAM · PROCVRATOR · QVI · PROVINCIIS · PRAESIDERINT
REGIONES · ARBITRIVM · INIVNGENDVM · PRAEFECTIS · ALIMENTORVM · DANDIS · SI ADERVNT · VEL · VIAE · CVRATORI · AVT ·
TVM · CLASSIS · PRAETORIAE · PRAEFECTO
ITEM · CENSEO · DE · EXCEPTIS · ITA · OPSERVANDVM · VT · PRAECIPVVM · MERCEDIS · GLADIATOS · SIBI · QVISQVE · PACISCATVR · D
EBATVR · QVARTAM · PORTIONEM · LIBER · SERVS · AVTEM · QVINTAM · ACCIPIAT · DE PRETIS · AVTEM · GLADIATORVM · OMNI
TVM · DIVINAE · ORATIONIS · SED · VT · EA · PRETIA · AD EAS · CIVITATES · PERTINEAT · IN QVIBVS · AMPLIORA · GLADIATORVM ·
RES · PVBLICA · TENVIOR · EST · NON · EADEM · SERVENTVR · QVAE · APVT · FORTIORES · CIVITATES · SCRIPTA · SVNT · NEC · SVMMA S
VTQVE · IN · PVBLICIS · PRIVATISQVE · RATIONIBVS · REPPERIENTVR · PRETIA · SVMMA · AC MEDIA · AC · POSTREMA · SIQVIDE
QVI · PRAESIDEBIT · PROVINCIAE · OPSERVENTVR · CETERARVM · AVTEM · IVRIDICO · VEL · CVRATORI · PROVINCIAE · VEL · CL
MAXVMORVM · PRINCIPVM · VTI · CVIVSQVE · CIVITATIS · POTESTAS · QVE · IBI · PRIMA · ERIT · ATQVE · ITA · RATIONIBVS · CV
MVNERVM · IN QVAQVE · CIVITATE · EDITO · ERVNT · CONSIDERATIS · CONSERVENTVR · AD · EO · CVIVS · ARBITRIVM · ERIT · SI ·
EX · EO · MODO · QVEM · PERSEQVITVR · EFFICIT · ET · TRIFARIAM · PRETIA · DEDVCANTVR · EAQVE · POENA · ETIAM · IS · POTE
SVLES · PAVLO · ANTE · PROFECTI · ERVNT · INTRA · SVVM · QVISQVE · ANNVM · IT · NEGOTIVM · EXSEQVI · SE · OPORTERE
REGANT · INTRA · ANNVM
AD GALLIAS · SEDET · PRINCEPS · QVI · IN CIVITATIBVS · SPLENDIDISSIMARVM · GALLIARVM · VETERI · MORE · ET · SACRO ·
LANISTAS · PRAEBEANT · QVAM · SENIS · MILIBVS · CVM · MAXIMI · PRINCIPES · ORATIONE · SVA · PRAEDIXERINT
PROCVRATOR · EORVM · NISI · PLVRE · QVAM · SEX · AVREIS · ET · NISI · IVRAVERIT ·
SACERDOTES · QVOQVE · PROVINCIARVM · QVIBVS · NVLL V'/CV/ LANISTIS NEGO//// T · GLADIATORES
CEPTOS VEL · SIBI NET · AVCTORATOS · RECIPIVNT · AT POST · "T'T//NE//I EXP//TEO IN SVCCEDENTIS · TR
ESI · GLADIATORIAE · CAVSA · VENDAT · PLVRE · QVAM · LANISTIS · EST · PRETIVM · PERSOLVTVM
IS · AVTEM · QVI · APVT · TRIBVNVM · PLEBEI · C · V · SPONTE · AD DIMICANDVM · PROFITEBITVR · CVM · HABEAT · ES LIBE
MEN · INSTAVRAVERIT · AESTIMATIO · EIVS · POST · HAC · HS · XII · NON · EXCEDAT · IS · QVOQVE · QVI · SENIOR · V

... MEDICINA · SANARI · POSSE · NEC · POTERAT · VERVM · NOSTRI · PRINCIPES · QVIBVS · OMNE · STVDIVM · EST · QVANTO · LI
... LICAM · MERSAM · ET · ENECTAM · REFOVERE · ET · INTEGRAE · VALETVDINI REDDERE · INPRIMIS · ANIMA · ADVERTERVNT · QVAE
... DARET · VNDE · FOEDA · ET · INLICITA · VECTIGALIA · IVS · HABERENT · QVI · AVCTOR · ET · PATRONVS · ESSET · SVBVERTENDIS · QVAE
... IBVS · ET · DIVINIS · ET · HVMANIS · PROHIBENTVR
... SIBI · ESSE · QVI · LANIENAE · ALIORVM · PRAESIDERETVR · TERTIA · VEL · QVARTA · PARTE · AD LICENTIAM · FOEDAE · RAPINAE · INVI
... ADVERVNT · TOTA · HARENA · QVID · ENIM · MARCI · ANTONINI · ET · LVCI COMMODI · CAVENDVM · FISCO · CVM · NASC
... PRINCIPVM CVRA EST · NVLLA · CRVORIS · HVMANI · ADSPERGINE · CONTAMINATA · NVLLIS · SORDIBVS · FOEDI · QVAE
... TAM · SANCTAE · PARATVR · QVAM · INSVMITVR · ITAQVE · FACESSAT · SIVE · ILLVT · DVCENTIENS · ANNVM · SEV · TRECENTIES
... CINIVM · IMPERIO · PARATI · EX PARSIMONIA · VESTRA · QVIN · ETIAM · EX · RELIQVIS · LANISTARVM · QVAE · HS · QVINGENTIES · SV
... CONDONETVR · OB · QVAE · ORO · VOS · MERITA · NVLLA · SANE · INQVIVNT · MERITA · SET · PROHIBITI · TALIBVS · GRASSATVRIS · SOLA
... VM · TANTO · PRETIO · INVITENTVR · ADOPSEQVIVM · HVMANITATIS
... ALTIVS · FVNDARI · REMEDIA · QVAE · ETIAM · MALIS · CONSVLVNT · QVI · SE · ETIAM · NECESSARIOS · FECERINT · ETIAM · FRVCTVS · TAN
... EMERGET · LEGEBATVR · ETIAM · NVNC · APVD · NOS · ORATIO · SED · VIX · RVMORE · DELATV/ ET · QVESTVS · LANISTARVM · RECISOS · PIE
... VNIAM · QVAEI · CONTAMINATAM · RELIQVISSE · STATIM · SACERDOTES · FIDELISSIMARVM · GALLIARVM · VESTRARVM
... SE · LOQVI
... IAT · FORTVNAS · SVAS · CREATVS · SACERDOS · QVI · AVXILIVM · SIBI · IN PROVOCATIONE · AD PRINCIPES · FACTA · CONSTITVERAT · SED
... DE CONSILIO · AMICORVM · QVID · MIHI · IAM · CVM · APPELLATIONE · OMNE · ONVS · QVOD · PATRIMONIVM · MEVM · OPPRIMEBAT · SANC
... SACERDO · ESSE · ET · CVPIO · ET · OPTO · ET EDITIONEM · MVNERIS · QVAM · OLIM · DETESTABAMVR · AMPLECTOR
... SOLVM · AB ILLO · VERVM · ET · A · CETERIS · PETITAE · ET · QVANTO · PLVRES · PETENTVR · IAM · HOC · GENVS · CAVSARVM · DIVERSAM · FORMAM
... NON · SVNT · CREATI · SACERDOTES · INº POPVLVS
... TARIVM · RERVM · CONSILIIS · VESTRIS · ALIA · PRIMA · ESSE · SEN//ENTIA · POTEST · QVAM · VT · QVOD · SINGVLI · SENTIVNT · QVOD · VNIVERSI
... ICO · CENSEAM
... MAXIMIS · IMPP · GRATIAS · QVI · SALVTARIBVS · REMEDIIS · FISCI · RATIONE · POST · HABITA · LABENTEM · CIVITATIVM · STATVM · ET · PRAE
... PRINCIPALIVM · VIRORVM · FORTVNA · RESTITVERVNT · TANTO QVIDEM · MAGNIFICENTIVS · QVOD · CVM · EXCVSATVM · ESSET · RETI
... NE · ET · QVAE · LONGA · CONSVETVDO · CONFIRMASSET · TAMEN · OLLI · PERAEQVE · NEQVAQVAM · SECTAE · SVAE · CONGRVERE · ARBITRA
... VARE · ET · QVAE · TVRPITER · SERVANDA · ESSENT · INSTITVERET
... ARBITRENTVR · DE · OMNIBVS · QVAE · ADNOS · MAXIMI · PRINCIPES · RETTVLERVNT · VNA · ET · SVCCINCTA · SENTENTIA · CENSENDVM
... VLA · SPECIALITER · PERSEQVAR · VERBIS · IPSIS · EX ORATIONE · SANCTISSIMA · AD LVCEM · SENTENTIAE · TRANSLATIS · NEQVA · EXPARTE · PRAVIS · IN
... ITAQVE · CENSEO · VTI · MVNERA · QVAE · ASSIFORANA · APPELLANTVR · IN SVA · FORMA · MANENT · NEC · EGREDIANTVR · SVMP
... TRA · HS · XXX · AD · LX VSQVE · MVNVS · EDENT · IS · GLADIATORES · TRIPERTITO · PRAEBEANTVR · NVMERO · PARI · SVMMVM · PRE
... TQVE · MILIA · SECVNDAE · QVATTVOR · MILIA · TERTIAE · TRIA · MILIA · A · HS · LX · AD · $\overline{C}$ · VSQVE · TRISARIAM · CORTVS · GLADIATOR · DIVISVS
... IS · SVMMVM · PRETIVM · SIT · VIII · MEDIAE · CLASSIS · VI · DEINDE · QVINQVE · PORRO · A CENTVM MILIBVS AD · $\overline{CL}$ · QVINQVE · SINT · MANI
... XII · SECVNDI · X · TERTI · VII · QVARTI · VI · POSTREMO · QVINQVE · IAM · HINC · PORRO · A · $\overline{CL}$ · AD · CC · ET · QVIDQVID · SVPRA · SVSVM · VERSVM
... TIVM · SIT · VI · SVPER · SVM · VII · TERTI · RETRO · VIIII · QVARTI · XII · ADVSQVE · XV · ET · HAEC · SIT · SVMMO · AC · FORMONSO · GLADIATORI · DEFI
... OMNIBVS · MVNERIBVS · QVAE · GENERATIM · DISTINCTA · SVNT · LANISTA · DIMIDIAM · COPIAM · VNIVERSI · NVMERI · PROMISQVE · MVLTITV
... QVI · GREGARI · APPELLANTVR · QVI MELIORI · ACERTATIS · ERIT · DVOBVS · MILIBVS · SVBSIGNO · PVGNET · NEC · QVISQVAM · EX EO · NVMERO
... VITAS · ETIAM · PROMO'ENDOS · VILI · STVDIO · QVESTVS · NEGEM · SIBI COPIAM · DIMIDIAE · PARTIS · PRAEBENDAS · ESSE · EX · NV
... CIANT · INPOSITAM · SIBI · NECESSITATEM · DE CETERIS · QVOS · MELIORES · OPINARVNTVR · TRANS · FERRE · TANTIS · PER · PLENDI · NV
... ITAQVE · IS · NVMERVS · VNIVERSAE · FAMILIAE · AEQVIS · PARTIBVS · IN · SINGVLOS · DIES · DISPARTIATVR · ATQVE · VLLO · DIE · MINVS · QVAM
... SIT IBI QVI · EO · DIE · DIMICABVNT · VTQVE · EA · OBSERVATO · A LANISTIS . QVAM · DILIGENTISSIME · EXIGATVR · INIVNGENDVM
... SVNT · ET · LEGATIS · VEL · QVAESTORIBVS · VEL · LEGATIS · LEGIONVM · VEL · IIS · QVI · IVS · DICVNT · C · V · AVT · PROCVRATORES · MAXIMORVM ·
... RECTOR · MANDAVERIT · IS · ETIAM · PROCVRATOR · QVI · PROVINCIIS · PRAESIDERVNT · TRANS PADVM · AVTEM · PERQVE · OMNES · ITALIAE ·
... DVM · PRAEFECTIS · ALIMENTORVM · DANDIS · SI ADERVNT · VEL · VIAE · CVRATORI · AVT · SI · NEC · IS · PRAESENS · ERIT · IVRIDICO · VEL ·
EFECTO
... OBSERVANDVM · VT · PRAECIPVVM · MERCEDIS · GLADIATOR · SIBI · QVISQVE · PACISCATVR · EIVS · PECVNIAE · QVAE · OB · HANC · CAVSAM · EXCIPI
... LIBER · SERVS · AVTEM · QVINTAM · ACCIPIAT · DE PRETIS · AVTEM · GLADIATORVM · OBSERVARI · PAVLO · ANTE · CENSVI · SECVNDVM · PRAESCRIP
... VT · EA · PRETIA · AD EAS · CIVITATES · PERTINEAT · IN QVIBVS · AMPLIORA · GLADIATORVM · PRETIA · FLAGRABANT · QVOD · SI QVIBVS · CIVITATIBVS
... ON · EADEM · SERVENTVR · QVAE · APVT · FORTIORES · CIVITATES · SCRIPTA · SVNT · NEC · SVPRA · MODVM · VIRIVM · ONERENT · SED · HACTENVS · IN EVNDEM
... IVE · RATIONIBVS · REPPERIENTVR · PRETIA · SVMMA · AC MEDIA · AC · POSTREMA · SIQVIDEM · PROVINCIARVM · EAE · CIVITATES · SVNT · AB EO
... OBSERVENTVR · CETERARVM · AVTEM · IVRIDICO · VEL · CVRATORI · PROVINCIAE · VEL · CLASSIS · PRAETORIAE · PRAEFECTO · VEL · PROCVRATORI
... VIVSQVE · CIVITATIS · POTESTAS · QVE · IBI · PRIMA · ERIT · ATQVE · ITA · RATIONIBVS · DECEM · RETROVERSVM · ANNORVM · INSPECTIS · EXEMPLIS
... EDITO · ERVNT · CONSIDERATIS · CONSERVENTVR · AB · EO · CVIVS · ARBITRIVM · ERIT · DE · TRIBVS · PRETIS · VEL · SI · MELIVS · EI · VIDEBITVR
... ITVR · EFFICIT · ET · TRIFARIAM · PRETIA · DEDVCANTVR · EAQVE · FORMA · ETIAM · IN · POSTERVM · SERVETVR · SCIANTQVE · V · C · QVI · PROCON
... I · SVNT · INTRA · SVVM · QVISQVE · ANNVM · IT · NEGOTIVM · EXSEQVI · SE · OPORTEBIT · II · ETIAM · QVI · NON · SORTITO · PROVINCIAS ·

... VI · IN CIVITATIBVS · SPLENDIDISSIMARVM · GALLIARVM · VETERI · MORE · ET · SACRO · RITV · EXPECTANTVR · NE · AMPLIORE · PRETIO
... SINIS · MILIBVS · CVM · MAXIMI · PRINCIPES · ORATIONE · SVA · PRAEDIXERINT · FORE · VT · DAMNATVM · AD GLADIVM
... E · QVAM · SEX · AVREIS · ET · NISI · IVRAVERIT ·
... INCIARVM · QVIBVS · NVLL V°/C// LANISTIS NEGO////// T · GLADIATORES · APRIORIBVS · SACERDOTIBVS · SVS
... RATOS · RECIPIVNT · AT POST · –T'T//ME///I EXP//TIO IN SVCCEDENTES · TRA//TIVNT · NEQVE · SINGVLATIM · ALIQVEM
... AT · PLVRE · QVAM · LANISTIS · EST · PRETIVM · PERSOLVTVM
... PLEBEI · C · V · SPONTE · AD DIMICANDVM · PROFITEBITVR · CVM · HABEAT · EX · LEGE · PRETIVM · DVO · MILIA · LIBERATVS · SI DISCRI
... EIVS · POST · HAC · HS · XII · NON · EXCEDAT · IS · QVOQVE · QVI · SENIOR · ATQVE · INABILIOR · OPERAM · SVAM · DENVO

ulla die minus quam | dimidia pars gregariorum sit ibi, qui eo die di- 40
micabunt. Utque ea opservat[i]o a lanistis quam diligentissime
exigatur iniungendum | his qui provinciae praesidebunt et legatis 41
vel quaestoribus vel legatis legionum vel iis qui ius dicunt c(la-
rissimi) v(iri) aut procuratores maximorum | principum, quibus 42
provinciae rector mandaverit, is etiam procurator, qui provinciae
praesidebunt. Trans Padum autem perque omnes Italiae | regiones 43
arbitrium iniungendum praefectis alimentorum dandis, si aderunt,
vel viae curatori, aut si nec is praesens erit, iuridico vel | tum 44
classis praetoriae praefecto. |

Item censeo de exceptis ita opservandum, ut praecipuom mer- 45
cedis gladiator sibi quisque paciscatur eius pecuniae, quae ob
hanc causam excipi|ebatur, quartam portionem liber, ser[v]us autem 46
quintam accipiat. De pretis autem gladiatorum opservari paulo
ante consul secundum praescrip|tum divinae orationis, sed ut ea 47
pretia ad eas civitates pertinea[n]t, in quibus ampliora gladiatorum
pretia flagrabant. Quod si quibus civitatibus | res publica tenuior 48
est, non eadem serventur, quae aput fortiores civitates scripta
sunt, nec supra modum virium onerent, sed hactenus in eundem, | 49
ut qu[a]e in publicis privatisque rationibus repperientur pretia
summa ac media ac postrema, siquidem provinciarum eae civitates
sunt, ab eo | qui praesidebit provinciae opservuntur, celerarum 50
autem iuridico vel curatori provinciae vel classis praetoriae
praefecto vel procuratori | maxumorum principum. uti cuiusque 51
civitatis potestas, qu[a]e ibi prima erit. Atque ita rationibus de-
cem retrovorsum annorum inspectis, exemplis | munerum [quoe] 52
in quaque civitate edit[a] erunt, considerata, conserventur ab eo,
cuius arbitrium erit de tribus pretis; vel, si melius ei videbitur, |

ex eo modo quem persequitur offici[a]t et trifariam pretia dedu- 53
cantur eaque forma etiam in posterum servetur. Sciantque v(iri)
c(larissimi), qui procon(s)ules paulo ante profecti sunt, intra suum 54
quisque annum it negotium exsequi se oportebit, ii etiam, qui non
sortito provincias | regant, intra annum. 55

Ad Gallias sedet princeps ...., qui in civitatibus splendidissimarum 56
Galliarum veteri more et sacro ritu expectantur, ne ampliore pre-
tio lanistae praebeant, quam binis milibus. Cum maximi principes 57
oratione sua praedixerint fore, ut damnatum ad gladium | procu- 58
retur eorum .... nisi plure quam sex aureis et nisi iuraverit.

Sacerdotes quoque provinciarum, quibus nullu[m] cu[m] lanistis 59
nego[tium] eri[t], gladiatores a prioribus sacerdotibus sus[ceptos vel
sibimet auctoratos recipiunt, at post editi[o]ne[m] ex p[re]tio 60
in succedentes tra[ns]i[t]unt, neque singulatim aliquem | rei gladia-
toriae causa vendat plure quam lanistis est pretium persolutum. 61

Is autem, qui aput tribunum plebei c(larissimum) v(irum) sponte 62
ad dimicandum profitebitur, cum habeat ex lege pretium duo
milia, liberatus si discri[m]en instauraverit, aestimatio eius post 63
hac HS (sestertium) XII (milia) non excedat. Is quoque qui senior
atque inabilior operam suam denuo |

40 OPSERVATO aes, opservat[i]o ARECH. MASCHR. MOMMS. | 41 c(laris-simis) v(iris) et procurato[ribus] pro procuratores MOMMS. | 42 i[i]s etiam procurator(ibus) ARECH. MOMMS. | 43 pro dandis emendandum esse dandorum vidit MASCHR., aliment[orum] MOMMS. qui delet dandis, quod nunquam reperitur in locutione sollemni | 46 QVISQVE aes, quisquis BERLAN. probante MOMMS. | 47 PEATINBAT aes | 48 APVT aes, apud legimus BERL. et ego. | VIRIVM aes, utcuus primum legeram. | onerentur maluit MOMMS. | 49 VTQVE aes, corr. BERLAN. | 50 curatori viae pro provinciae necessario emendandum esse monuit MASCHR. | 51 QVE aes; post prima erit excidisse indiret vel exhibeat vel sim. putat MASCHR., uti (cuiusque civitatis) potestas(que) ibi prima erit MOMMS., uncis inclusa interpolatoris censens | 52 quae addidi | EDITO-ERVNT aes, munerum .. edi[torum] pro edito erunt BERLAN. probante MOMMS., qui adnotat 'oratio perturbata sic accipienda est: per singulas civitates rationes publicas privatasque decem retroversum annorum inspiciendas esse et exempla munerum in quaque civitate editorum consideranda deinde pretia tria summa ac media et postrema, si provinciarum eae civitates sint, ab eo qui provinciae praesidebit, ceterarum a iuridico vel curatore viae vel classis praetoriae praefecto vel procuratore principum, uti cuique in unaquaque civitate sua primaque ibi potestas est, determinanda in futurum observanda'.

53 OFFICIT aes | TRIFARIAM aes, primariam legeram. | 54 OPORTEBIT aes, expectamus se oportere, eos etiam | 56 AD GALLIAS SEDET PRINCEPS vocabula mira ita in aere leguntur clare. Videtur deesse aliquid veluti ludos spectaturus; SEDET s(i) edet ARECH., ad Galli[c]as ed[i]t[io]n[e]s qu[ae] MASCHR.; MOMMS. haec adnotat 'aperte aere hoc loco integro oratio hiat neque quomodo eam expleam habeo, cum praesertim constet munera in Galliis nulla umquam ab imperatoribus edita esse et nisi de ea re constaret, vel sola gladiatorum horum condicio infima satis ostenderet non agi hoc loco de muneribus imperatoriis. De Galliis Marcus in oratione nominatim constituere fortasse potuit, in ludis sacris ibi sollemnibus non a sacerdotibus provinciae editis, sed municipalibus, ne gladiatores exhiberentur nisi minimi pretii' | 58 'plura desunt, sed ut videtur post iuraverit: inde ergo ne Hispanienses quae ad se nihil pertinerent stringentes hoc orationis κομμάτιον describere satis habuerint' ARECH., MOMMS. haec adnotat: 'haec quoque hiant neque resarta quisquam facile praestabit. Ad sententiam fere expectes noxium (nam de hoc agitur) non tradendum esse editori muneris privato nisi cautione interposita, quae sex aureos superet et iureiurando praestita | 59 NVLLVM CVM LANISTIS NEGOTIVM EST-GLADIATORES aes teste BERL., NVLL·CC ...... NEGOTIVM /T ego, //·///SNEGO/// T ectypa | 60 VI/ ego, VII (i. e. vel) BERL., VI/ ectypa. | AT·POST aes et ectypa. | ET·IT//NE/ /IOXE//IO aes teste BERL., ETITE//LG//V////LICIN ego, EDITI//////IN ectypa. | TRA//TI/VNT BERL., TEV//TI/VNT ego, TRA///TIVNT ectypa, at post editionem si ex pretio ... traditi sunt BERL. et ego; MOMMS. haec adnotat sed est latine dicitur ex pretio; videtur fuisse ad hanc formam post editionem eodem pretio, modo spatia haec non excedant; post editionem extemplo proponit MASCHR. Deinde transituri MOMMS. | 3 INABILIOR aes, ut videtur.

Locus Tabulam repertam esse prope Hispalim is qui servabat Antonius Maria Ariza Hispalensis primus affirmabat, cum nollet locum accuratius designare propter certas quasdam causas; tum Italicae prodisse constat. Integra est praeterquam quod margo totus interit exceptis fragmentis quibusdam. Exempla et ectypa Ariza inde a mense Decembri a. 1888 subministrabat officiose; sed cum parum eis proficerem in lectione constituenda, mense Maio a. 1889 iussu academiae Hispalim profectus textum descripsi curiose ex tabula apud Arizam in pessima luce collocata et ectypa varia sumpsi propter spissam robiginem, qua tabula multis locis tecta est, parum perspicua. Deinde me suadente atque Antonio Canovas del Castillo v. cl. intercedente tabula empta est ab eis, qui in Hispania praesunt institutioni publicae, et inlata in museum archaeologicum Matritense; ubi iam prostat. Exemplum meum interim communicatum cum viris aliquot doctissimis, quorum nomina supra scripta sunt, a me rogatus Emmanuel Berlanga Malacitanus itinere Matritum suscepto mense Octobri anni 1889 denuo cum aere iam in optima luce posito contulit et lectionem meam variis locis correxit, ita ut iam perpaucae tantum litterae incertae maneant. Ectypa vero vel chartacea vel gypsea vel stannea sumi posse idem negat. Antonii Canovas et Emmanuelis Berlangae spectatae liberalitati et amicitiae etiam illud debetur, quod monumentum insigne prodiit in Germania primum in Ephemeride epigraphica l. s. s.

Forma scripturae Textus scriptus est per commata et cola, ut dicunt, versibus LXIII, nullis tamen adscriptis nec rubricis nec capitum numeris. Litterae altae sunt m. 0.006 ad 0.004, perspicuae, elegantes, aequabiles; tamen I et E, T I L interdum aegre distinguuntur. A plerumque caret linea transversa, M admodum lata. N prona, P aperta est. Cola vel capita singula a litteris maioribus incipiunt, praeterea I F P interdum altiores sunt, I longa potissimum promiscue scribitur; H non raro ita formata Ь. Ч. I etiam T initio longior est, quamquam in capite medio. Hoc etiam in codd. Gaii aliorumque librorum iuris observari adnotavit Mommsenus. Scriptura in universum ea fere, qualem eiusdem aetatis monumenta optima exhibent (velut tessera Hispana n. 152 Exempla mea n. 874), neque tamen certo alicui aetatis eius monumento prorsus similis, utpote actuaria suique generis, magis accedens ad aerorum Hispanorum reliquorum litteraturam quamvis saeculo fere an-

liquorem, multo certe melior quam in eiusdem aetatis actis Arvalium Exempla n. 1014—1020) usurpata. In robigine, de qua dixi, locis aliquot quasi color tantum litterarum superest, praesertim versus finem tabulae.

Litterae singulares Ad sollemnem edicti formam praeter scripturam non continuam, sed per capita distinctam, illud quoque pertinet, quod litterae singulares adhibitae sunt perpaucae hae tantum

c(larissimus) v(ir) v. 62
v(iri) c(larissimi) v. 41. 53.
impp. v. 42. 48. 23

Praeterea nihil breviatum est, excepto semel *gladiator(um)* vocabulo v. 31.

Vitia scribendi Etiam in hoc instrumento minime desunt errores fabriles. Quod I et F litterae interdum aegre distinguuntur vix huc traham. Praeterea interdum *ae* et *e* commutantur: *sanctae* pro adverbio (v. 8), contra *promisque* pro *promisquae* (v. 35), *questus* pro *quaestus* (v. 13, quod recte ita *quaestus* scribitur v. 7), *que* pro *quae* v. 49 et 81, si recte ita legitur. Semel *v* semivocalis post *u* vocalem omissa in *serus* pro *seruus*, v. 46); bis littera omissa a sculptore adiecta supra versum (v. 6 et 19) et in *sententia* vocabulo syllaba altera male iterata deleta est (v. 21). Deinde in *fortuna* pro *fortunas* *s* finalis omissa (v. 84), *t* addita in *institueret* (v. 26). Atque non semel praeterea is qui sculpsit sententiae structuram non recte intellegens mutavit vel male expressit exemplum traditum. Ita sculpsit *patrocinium* pro *patrimonium* (v. 9), *praebendas* pro *praebendam* (v. 38), *opservata* pro *opservatia* (v. 40), *praefectis alimentorum dandis* pro *alimentorum* (v. 41), *pertineat* pro *pertineant* (v. 47), *provincias* pro *viae* (v. 58), *edita* pro *edita* (v. 82), *effcit* pro *efficiat* (v. 53), *oportebit is etiam* pro *oportere eos etiam* (v. 54), quam laxiorem ut in cottidiano sermone structuram tolerandam BUECH., monus, ut anacoluthon relinquendum censet orationi a notario exceptae. Etiam quod *inabilior* dedit pro *inhabilior* (v. 63), vitium potius videtur esse quam scribendi consuetudo in aspiratis sane inconstans. Apices omnino desunt.

Aliquot locis oratio caecis lacunis hiat; *quae* vocabulum omissum videtur fortasse v. 52; colon unum v. 82—86, nisi aliis vitiis laborat, duas minimum lacunas habet.

Vocabula in fine distincta In versibus vocabulisque distinguendis leges scribendi antiquas et notas decretum sequitur. Primi unius cuiusque capitis versus ad sinistram prolongati. In fine capitis interpunctio nulla uno excepto (v. 58). Semel, ubi caput eodem versu continuatur, signum interpunctionis appositum (v. 29). Vocabulorum in fine versuum divisio ubique syllabaris quae vocatur: *li|bet* v. 4, *invi|tatus* v. 5 cet., item ubi duae consonantes conveniunt, *tan|tae* v. 12, *fis|cum* v. 13, *sanctis|simi* v. 17, *in|terpretationibus* v. 88, *praescrip|tum* v. 16, *procon|sules* v. 53, *sus|ceptas* v. 58, et tres *sump|tum* v. 29. Sed recte *quae|stus* v. 7, *su|pra* v. 8.

Puncta Puncta ubique fere ponuntur recte ad vocabula singula distinguenda secundum optimae aetatis usum. Praepositiones solent coniungi cum casibus quos regunt, punctis interpositis nullis:

	Sed non raro etiam puncta adduntur:
acentum v. 24	*a.ceteris* v. 19
aprioribus v. 59	*a.CL* v. 23, *a. HS* v. 21
abeo v. 47. 48	*ab.eo* v. 82
abillo v. 19	
addamirandum v. 62	*ad.CL* v. 32, *ad.* CC v. 33
adeas v. 47	
adgladium v. 57	
adlicentiam v. 5	
adlucem v. 28	
adnos v. 27	*aput. fortiores* v. 48
adopsequium v. 11	*apud. nos* v. 18
adprincipes v. 16	*aput. tribunum* v. 62
adusque v. 34	*cum. appellatione* v. 17
deceteris v. 30	*de. exceptis* v. 45
deconsilio v. 17	*de. omnibus* v. 27
depectare v. 88	*de. tribus* v. 82
depretis v. 46	
exeo v. 30	*ex. eo* 83
exoratione v. 88	*ex. lege* v. 62
exparsimonia v. 9	*ex. numero* v. 27
exparte v. 28	
incivitatibus v. 66	
ineundem v. 48	
inomnibus v. 25	
inprimis v. 2. 23	*in. posterum* v. 11. 52
inprovocationa v. 16	*in. publicis* v. 48
inquaque v. 52	*in. singulos* v. 39
inquibus v. 47	
inruinas v. 84	
inuna v. 88	*inter. se* v. 15
insuccedentes v. 60	*intra. annum* v. 88
subsigno v. 36	*intra. suum* v. 54
transpadum v. 42	*ob. hanc* v. 45
	ob. quae v. 18
	post. habita v. 23
	post. hac v. 63
	super. sum v. 24
	supra. modum v. 48

Coniunguntur praeterea scribendo:

nequa v. 28	
siuderunt v. 42	
siquidem v. 48	
siquibus v. 47	
sivos v. 28	sed *si. nec* v. 43

et

hactenus v. 48
retroversum v. 64

Distinguuntur:

non. nulli v. 27
quanta. libet v. 4
trans. ferre v. 28

Semel non recte interpungitur

tantis. perplendi pro *tantisper plendi* v. 38, *tantis per* in libris Plautinis (Truc. 11) scribi adnotat BUECH.

Ad scribendi rationem praeterea haec pertinent. In fine Grammatica varia acuuntur consonae in hisce:

at v. 60 (sed duodecies *ad* scribitur; v. supra)
aput v. 48. 63 (sed *apud* v. 12)
illut v. 8
it v. 54
set v. 5 (sed bis *sed* v. 18. 48)

Scribitur praeterea

opsequium v. 11
opservare 15. 46. 50, *opservat[i]a* v. 40

et

adspergine v. 7
inlicita v. 1
inprimis v. 83
inpositam v. 38

Sed est ubique

appellare et *appellatio* v. 17. 19. 80. 88 et *succincta* v. 27

Aspiratio recte additur in

harena v. 8

sed omittitur prave, ut dixi, in

inabilior v. 63

Deinde habemus

ducenties v. 8, sed ibidem *trecenties* et *quingenties* v. 8

atque *imo* v. 20
paulo v. 45. 54
multis v. 31 ter 22 *milibus* v. 57
sed
repperientur v. 49
rettulerunt v. 27.
Porro
ali v. 25
gregari v. 35.
terti v. 34
et
consilis v. 21.
is pro *iis* v. 30 — sed *iis qui* v. 41 et *ii qui* v. 51, *his qui* v. 32. 44
pretis v. 42. 52 — sed *provinciis* v. 42.

Scripturae vetustioris testes hi praeterea extant
anima adverterunt v. 2
formonso v. 34
maxumorum v. 51, sed ter *maximi* v. 23. 44. 57
promisque v. 36 (ut Varro sat. 71, 8 aliique multi.)
singulatim v. 60
susum v. 33.
Eo etiam trahi potest *disparbiatur* v. 32. Contra scribitur
versum v. 33
praecipuum v. 45
suum v. 54
item *civitatium* v. 23.
Rarum est verbum simplex
plendi v. 38,
cuius tamen alii testes extant; novum, ut videtur,
assiforanus v. 22,
quod tamen defenditur aliquo modo noto *circumforaneus* adiectivo. Illud significare videtur munera ea, quae in fora sola exhibentur; id quod cum *assus* vocabuli significatione aliquo modo coniungi potest.
Observatione digna sunt praeterea
plure ablativus v. 38. 61
quidquid supra susum versum erit v. 33.
Deinde quod dicuntur
pretia flagrare v. 47
atque *fortunae in ruinas praecipitantes* v. 23 et 24.
Denique memorandae videntur structurae aliquot, quibus numerus singularis relativi coniungitur cum plurali more vetusto
ut appellet, qui non sunt creati sacerdotes, imo populus v. 20
is procurator, qui provinciis praesidebunt v. 42; nisi hoc corruptum.
Similiter dictum est
editionem . . ., quam olim detestabamur, amplector v. 18.
Sane erravit caelator, ut supra monui, cum dederit
lanistas . . . negem sibi copiam . . . . praebendas esse v. 37
ut ea pretia . . . . pertineat v. 47,
sed erravit simili ratione ductus.

De argumento aeris cum plenissime actum sit in commentario Mommseni ephemeridi epigraphicae insertae (l. s. s. p. 393—416), hoc loco ea tantum summatim adnotavi, quae necessario visa sunt ad intellegendum monumentum mutilum et magna ea parte obscurum; quae ad ius publicum imperii et ad rem gladiatoriam universam illustrandum spectant omisi.

Aetas Tempus aeris definitur eo quod (v. 6) imperatores Marcus Antoninus et Lucius Commodus nominantur, cuius nomen (v. 6) erasum est, ut expectaveris, saepiusque praeterea memorantur *nostri principes* (v. 1), *hi principes* (v. 7), *magni imperatores* (v. 12), *sanctissimi imperatores* (v. 17), *maximi principes* (v. 27. 57) et *procuratores maximorum principum* (v. 41. 52); quamquam hi etiam in universum ita possunt designati esse. Commodus Augustus fuit inde ab a. 172, Marcus obiit a. 182. Augusti utrum Romae fuerint, cum de re gladiatoria in senatu ageretur, an extra urbem diiudicari nequit. A. 178 imperatores ad bellum Germanicum profecti sunt, in quo Marcus diem obiit. Itaque monumentum cadit intra annos 172 et 185.

Incipiunt quae in aere leguntur in medio quodam enuntiato, cuius sola clausula servata est; desinunt item in enuntiato, cuius clausula deest. Unde patet duas minimum eiusdem fere magnitudinis tabulas deesse, praecedentem et sequentem. Quae supersunt in aere cum sermonem contineant prima persona conceptum et ad imperatores directum, aut ad orationem referenda sunt aut ad epistulam. Saepius redeunt censendi sentiendique et sententiae vocabula (v. 21. 22. 23. 27. 22. 46). Memoratur praeterea plus semel *oratio imperatorum* (v. 57) *divina* (v. 48) vel *sanctissima* (v. 25), *quae apud nos legebatur* (v. 13), *consilia eorum* (v. 21) *providentiaque* (v. 13. 23). Oratio igitur dirigitur ad imperatores et respicit ea, *quae ad nos rettulerunt maximi principes* (v. 27). Inde Mommsenus demonstravit partem esse senatus consulti ad relationem sive orationem principis facti formae eius, quae inde fere ab Hadriani aetate obtinuit. Imperatorum oratio et decretum senatus Mommseno visa sunt in priore tabula tabulisve perscripta fuisse, quae servata sunt, ad orationem pertinere a senatore aliquo pro sententia interrogato pronuntiatam. Quam cum orator ipse significet primam sententiam esse (*quae . . . . . . alia prima esse sententia potest quam ut* e. q. s. v. 21), fortasse consulis eius qui tum erat putanda est. Sane quae orator dicit *legebatur etiam nunc apud nos oratio* imperatorum (v. 13) et quae addit *statim sacerdotes fidelissimarum Galliarum vestrarum concursare* (v. 14) itemque quod loquitur de ludis *in civitatibus splendidissimarum Galliarum* expectatis (v. 55), ea videntur non convenire in senatorem Romanum, qui in urbe et de imperio universo sententiam ferat. Mommsenus quamvis senatorem illum fortasse Gallia oriundum censeat, quod proposuerat Buechelerus, tamen putat illa satis explicari cum ex oratorum consuetudine tum ex Galliarum splendore, cum praesertim gladiatorum studium in occidente longe magis flagrasset quam in provinciis Graecis. In Italia et in Africa certe non minus videntur floruisse ludi quam in Galliis et Hispaniis. Unde ego olim cogitaveram orationem fortasse habitam esse in concilio provinciarum Galliarum Lugduni habito neque video cur non possit oratio eius generis aliquo modo coniuncta fuisse cum relatione principum ad senatum facta. Adloquitur orator modo magnos imperatores ipsos (v. 12), quos tamen praesentes fingere potuit, modo collegas (*oro vos* v. 16; *si vos probatis* v. 28), neque vero addit patres conscripti appellationem. Legebatur oratio imperatorum excepta ea actio senatus in Galliis (v. 13) antequam sententia haec pronuntiata est; unde necessario statuendum, si Romae res acta est, tempus aliquod intercessisse inter relationem principum et sententias in senatu dictas. A concilio Galliarum rogatos imperatores ad senatum rettulisse de negotiis lanistarum abolendis Hirschfeldius putabat. Consulis oratio visa est agnoscenda esse Buechelero in senatu habita proxime kalendis Ianuariis (cf. v. 54), fortasse Martii Veri; idem adnotat occasionem censendi optime illustrare Plinium, qui consul designatus principi gratias acturus haec scribit epist. VI 27, 8 *recentia opera maximi principis praebent facultatem nova magna vera censendi*. Propterea orator noluit, ut *nonnulli arbitrentur*, orationi principum adsentiri *uno et succincta sententia* (v. 27), sed *singula specialiter persequi, verbis ipsis ex oratione sanctissima ad lucem sententiae translatis* e. q. s. (v. 28). Videntur igitur praecepta orationis explicatione aliqua indiguisse. Orationes autem illas perscriptas senatus consultum fortasse sequebatur, quod cum orationibus imperatorum et magistratus tribus minimum tabulis aeneis incisum in amphitheatro Italicensi publice propositum fuisse puto. Senatus consulto convenit, quod rubricae et capitum numeri non adscribuntur.

Argumentum Oratio imperatorum et senatus consultum utrum ad urbem Romam et totum imperium spectaverint, quod expectamus, necne, incertum est; certum sententiam, quatenus servata est, ad munera tantum vel provincialia vel municipalia in Italia et in provinciis respicere. Nam gratias agendas censet imperatoribus, *qui .. labentem civitatium statum et praecipitantes iam in ruinas principalium virorum fortuna(s) restituerunt* (v. 23), i. e. sacerdotum potissimum provincialium. Inde explicatur, quod *his qui provinciae praesidebant* (v. 41) et magistratibus, qui *trans Padum perque omnes Italiae regiones* sunt, iniungitur ut senatus consulti praecepta observata curent. Praeter *praesides* (vel *rectores*) ipsos, inter quos sunt etiam procuratores qui provinciis praesident, cura illa a praesidibus iniungi potest in provinciis legatis, quaestoribus, legatis legio-

nam, iuridicis, procuratoribus, in regione transpadana et in Italia praefectis alimentorum et curatoribus viarum et, si illi non aderunt, iuridicis vel, si neque illi praesentes erunt, praefectis classis praetoriae Misenensis vel Ravennatis.

Quae de muneribus gladiatoriis iam nota erant, hoc aere ita augentur, ut discamus praeter munera rara quaestuaria, quae in *sordidam mercedem* (Tacitus ann. IV 62) instituebantur, et ex liberalitate vel privatorum vel magistratuum municipalium edita, munera potissimum ea, quae ex lege a sacerdotibus provinciarum edebantur, sumptus tam graves editoribus imposuisse, ut de eis edendis appellatio ad principem a sacerdotibus creatis fieri potuisset (v. 16 ss.). Sumptus illos minuendos cum iam Tiberius, ut Suetonius testatur (vita Tib. 34), et Pius teste Capitolino (c. 12, 3) instituissent, imperatorem Marcum potissimum curavisse novimus ex vita eius (c. 11, 4 et 27, 6). Qua ratione id efficere conatus sit, aes Italicense primum docuit.

De lanistarum et gladiatorum condicione nova non pauca ex hoc aere addiscuntur. Sumptus ad munera edenda necessarios imperator minuere studuit non eo quod numerum ludorum in eodem oppido edendorum lege terminaret, nec eo quod paria gladiatorum certum numerum excedere vetaret, nec eo quod summam aliquam praescriberet, quam impensa muneris superare non liceret. Sed editores munerum cum gladiatores exhibendos plerumque a lanistis sumerent pretiis definitis, lanistae summae pro gladiatoribus acceptae partem tertiam quartamve pro vectigali fisco inferre debebant (v. 5); unde fiscus cum harena cavisse dicitur (v. 6). Vectigal hoc, quo pretia gladiatorum necessario augebantur, imperator abolevit (v. 8 ss.) Praeterea pretia gladiatorum lanistis solvenda non cum mercede gladiatoribus victoribus numeranda (v. 45 s.) terminantur ita, ut distinguantur genera gladiatorum duo, *promiscuae multitudinis* (v. 35) sive *gregariorum* (v. 36. 38. 40) et *meliorum*. Gregariorum pretium non infra mille nummos nec supra duo milia esse iubetur. Meliores in classes tres vel quinque ita distribuuntur secundum civitates vel fortiores (v. 48) vel tenuiores (v. 49), ut pretia eorum non infra quinque nec supra quindecim milia sint.

Haec in universum sufficiant; in singulis multa obscura restant.

Adnotationes V. 1—4. Pestis et morbus *foeda et inlicita vectigalia* (v. 3) sunt, quae fisco solvenda erant ab eis, qui munera edebant.

V. 5—11. Fiscus tertiam vel quartam partem, scilicet *ducenties* vel *trecenties sestertium annum*, i. e. singulis annis (v. 9), ex munerum impensis obtinebat. *Lanista* v. 5, quae ibi dicta est pro lanistis per translationem, ut observavit Buechelerus, et *harena* v. 6 in re gladiatoria sunt vocabula sollemnia; ut Iuvenalis loquitur 6, 126 *testandi cum sit lenonibus atque lanistis libertas et iuris idem contingat harenae* et 3, 34 de *municipalis harenae* perpetuis comitibus.

V. 9. Vectigal lanistis impositum cum in singulos annos efficeret sestertium ducenties (i. e. marcas circiter 4 350 000) et trecenties (marcas 6 520 000), quae est quarta vel tertia pars sumptus munerum universi, sumptus ille annuus tum ad marcarum miliones circiter viginti ascendit. *Reliqua lanistarum*, i. e. quae ex vectigali illo lanistae nondum solverant (nam hoc significare *reliqua* in usu forensi notum est), tum pervenerant ad sestertium quingenties (marcas 10 875 000). Eius summae partem eis condonandam censet, orator *in solacium*, quia nova hac lege quaestus eorum minuitur.

V. 12. *Mali, qui se etiam necessarios fecerunt*, lanistae sunt, sine quibus munera plerumque edi non poterant.

V. 14. *Sacerdotes fidelissimarum Galliarum vestrarum* sunt a tribus provinciis Galliis creati, qui in titulis Lugdunensibus plene dicuntur *ad aram Caesaris apud templum Romae et Augusti inter confluentes Araris et Rhodani*. Flamines sive sacerdotes provinciarum Hispaniarum citerioris Tarracone, ulterioris Cordubae, Lusitaniae Emeritae concilia habuisse notum est; unum omnium provinciarum Hispanarum sacerdotem fuisse non novimus. Reliquarum quoque provinciarum aliquot sacerdotes noti sunt.

V. 16. Infinitivi historici Sallustianum colorem habent; cf. etiam Taciti in Agricola c. 15 verba *Britanni agitare inter se mala servitutis, conferre iniurias et interpretando augere*.

V. 19. 20. Quod augurat orator genus illud causarum frequens sine dubio, quibus de sacerdotio provinciali appellabatur ad principes, ita mutatum iri, ut populus universus provinciarum appellet, quando ad sacerdotia non sit admissus, consulto rem in maius auget.

V. 23—26. Sacerdotes provinciarum *principales viros* fuisse (v. 24) aliunde satis constat. Quae sequuntur artificiose inter se opposita Marcum respiciunt; *sectae suae congruere* (v. 25) de Stoicorum disciplina videtur intellegendum esse.

V. 29. Munera *assiforana* Buechelero mihique visa sunt in foro solo habita ab *assus* adiectivo, Mommseno ea quae lanista edebat qui vellet per oppidorum fora asses a spectatoribus pro locis exigens; quam interpretationem aliquatenus tueri *assidaus* vocabuli apud grammaticos antiquos ab asse dando derivationem quamvis pravam. *Circumforaneus lanista* Suetonii (Vitellius c. 12) cum utraque interpretatione coniungi potest.

In muneribus assiforanis et in reliquis, quorum sumptus sestertium triginta milia non egrediuntur, nihil mutatur; in his igitur, ut in ludis municipalibus civitatium Gallicarum, quae indicantur infra v. 60, gregarii tantum vilis pretii videntur depugnasse.

V. 30—35. Gladiatores meliores generatim distinguuntur (v. 35) secundum ordines sive classes (v. 32) sive coetus (v. 31) sive manipulos (v. 32). Classes ita fiunt secundum sumptus munerum a sestertium triginta milibus ad ducenta milia *et quidquid supra sursum versum erit* (v. 33) et secundum pretia gladiatorum maxima in eis non excedenda:

quattuor prima trium graduum	I	5000	secunda item trium	I	8000
	II	4000		II	6000
	III	3000		III	5000
tertia quinque graduum	I	12000	quarta item quinque	I	15000
	II	10000		II	12000
	III	7000		III	9000
	IV	6000		IV	7000
	V	5000		V	0000

V. 36. *Sub signo pugnare* fortasse intellegendum cum Mommseno de pretiis gladiatorum in ipsa harena propositis, ut quanti singuli pugnantes aestimati essent spectatores cognoscerent. Nisi potius mera translatio est a re militari desumpta.

V. 36—44. Classes illae gladiatorum quattuor quem ad modum praebendae sint in civitatibus et tenuioribus et fortioribus accurate exponitur. In fortioribus munera ita instituenda sunt, ut classes gladiatorum quattuor cum sumptus universi generibus quattuor conveniant; in singulis classes praebendae hominum numero pari (v. 30) et in singulos dies aequis partibus (v. 39).

V. 42. Contra ea, quae supra ad hunc versum adnotata sunt in apparatu critico, Buechelerus: 'gravissimum testimonium hoc est de praefectura alimentorum tum demum a Marco constituta separatim a cura viarum, nam *dandus* futuros, non qui sint significat praefectos, cf. vita Marci ibidem ubi hoc edictum tangitur cap. 11.' Sed videtur *dandus* prave additum esse.

V. 45—46. Intellegenda haec videntur de mercede victoribus numeranda, ut supra dixi.

V. 46—55. In civitatibus tenuioribus magistratibus permittitur pretia in futurum definire.

V. 57—58. Damnati ad gladium a gladiatoribus quidem diversi sunt, sed solebant editoribus munerum privatis tradi ea condicione, ut supplicium de eis sumendum sponderent.

V. 59—61. Auctorati liberi homines sunt, qui sponte in ludum se tradunt professione apud tribunum plebis facta, de qua adhuc unicum extabat testimonium Iuvenalis 11, 7. Sacerdotes igitur provinciarum, si possunt, nullum cum lanistis negotium habeant, sed potius recipiant gladiatores a sacerdote, qui ante eos magistratu functus est, aut auctoratos sibi parent et utrosque tradant successori; quos emere coacti erunt, eodem pretio successori vendant, quod lanistis persolverunt.

V. 63. De gladiatoribus *senioribus et inabilioribus*, qui *operam suam denuo* editoribus munerum collocaverunt, quid fieri placeret cum tabula tertia interiit.

Ad p. 838 ss.

Tituli, quos olim Hispali collegerat Nathanael Whelerell Britannus, denuo apparuerunt Londinii in museo Britannico. Ectypa sumenda curavit Alexander S. Murray, exempla edita cum archetypis contulit accurate Ludovica Macdonald. Sunt tituli Italicenses, Hispalenses, Basiliponenses, Ostipponenses; quae ad singulos visa sunt addenda esse infra adnotavi. Italicenses aliquot nuper repertos submisit officiose Antonius M. Ariza Hispalensis.

Ad n. 1137. Extat Londinii in museo Britannico. Descripsi ex ectypo; litteris malis et parvis saec. II vel III. V. 4 extr. LL dubiae Macd. Sed fuerunt aperte AA.

Ad n. 1138. Extat in urbe *Alicante*, ubi vidit a. 1889 P. Rochus Chabas.

Ad n. 1139. Extat Londinii in museo Britannico. Descripsi ex ectypo; litteris saec. II. V. 2 extr. POT Macd., recte. Unde supplendum *Pot[iti]anus*.

Ad n. 1142. 1146. 1158. 1157. Extant Londinii in museo Britannico, ubi contulit Macd.

Ad n. 5037. Extat Londinii in museo Britannico. Contulit Macd. V. 2 extr. ITALICEN in lapide est.

Ad n. 5038. Extat Londinii in museo Britannico, arula parva cum urceo et patera, litteris malis saec. II; contulit Macd. Addendus v. 1 D·M·S· V. 2 pro A·FVLVIVS legendum est M·FVLVIVS Macd.

Ad n. 5039. Extat Londinii in museo Britannico, litteris pessimis; contulit Macd. V. 3 extr. VICI in lapide est.

Ad n. 5040. Extat Londinii in museo Britannico; contulit Macd.

Ad n. 1237. Extat Londinii in museo Britannico; descripsi ex ectypo, contulit etiam Macd. Litterae sunt elegantes pictarum similes saec. II. V. 2 SAMNIA·GERMANA, v. 3 sic ut dedi in lapide est.

6279 Italicae rep. a. 1890 m. Maio.

L · F S X
ONI · L · L ·
Ϛ A L V E

Ariza misit.

V. 3 ita Ϛ in lap. esse adnotat Ariza; CALVE legit Gago. *Salve* recte se habet. Inde etiam n. 1151 v. 2 supplendum *sal(ve)*.

6280 Italicae, rep. m. Martio a. 1890; tabella parva litteris saec. II, ut videntur.

D · M · S ·
T · FLAVIVS ·
CALLISTVS ·
ANNOX
LXX·H·S·E·S·T·T·L

Ariza misit.

6281 Italicae, rep. cum n. 6280.

D · M · S ·
FRVCTVOSVS ·
VIX · AN · XVIII ·
H · X · PIVS · IN · SVIS ·
S · T · T · L · H · S · EST

Ariza misit.

6282 Italicae, rep. cum n. 6280.

D · M · S ·
LVCRETIA · OP
TATINA · VIX ·
AN · XXX · MB
SIBVS · ESX ·
H · S · E · S · T · T · L ·

Ariza misit.

Ad p. 841 n. 5388. Contuli a. 1888. V. 3 MEDICVS. V. 6 C · IRTIVS *C. Irtius*.
n. 5381. Contuli a. 1889.

6283 Hispali rep. c. a. 1888 in curte domus *calle de la Alfalfa* n. 33, pars inferior basis marmoreae, alta m. 0.86, lata 0.54; extat in aedibus Iosephi Mariae de Valdenebro y Cisneros, *calle de S. José* n. 4. Litterae sunt elegantes saec. III, altae v. 1—3 m. 0.085, v. 4 m. 0.045.

C · ORDIN ·
ET · IVLI · HO
I · E · V · CVRATO
OCA VITRANORV

Descripsi ex ectypo, quod misit v. cl. Iosephus Maria de Valdenebro y Cisneros m. Iulio a. 1888.

Apparet ad titulos in gradibus amphitheatri insculptos pertinere, quibus hunc similem esse is qui mihi misit testatus est, postquam inspexit in museo Hispalensi servatos reliquos.

[*lo*]*c*(*us*) *ordin*[*is*] [*decurionum?*]
. . . *et Iuli Ho*[*norii?*] . . . .
. . . *i e*(*gregii*) *v*(*iri*) *curato*[*ris* . . . .]
[*l*]*oca v*[*e*]*t*(*e*)*ranoru*[*m*]?

Ad p. 848. Apud ducem de Tserclaes Hispali vidi schedas Iohannis Matthiae Gallegos, *tratado de las antigüedades y excelencias de .. San Lucar la Mayor, año de 1744* 8., quae olim fuerunt Patricii Gutierrez Bravo. Insunt praeter titulos falsos iam notos n. 117*. 119*. 120* alii duo item falsi, quos infra exhibui.

Ad p. 848 e. 5480. Contuli a. 1889 in meliore luce collocatam et legi ita:



Ad p. 843. Bartholomaei Gutierrez *historia de .. Xerez* iam exiat impressa integra; v. *boletin de la Acad.* XV 1888 p. 82 s.

Ad p. 846. n. 1336. 1337. Extant hodie Gadibus in museo provinciali, ubi ectypa sumenda curavit Berlanga, quae mihi misit m. Aprili a. 1896. Imagines photographas postea submisit officiose A. Héron de Villefosse Parisinus. Litterae sunt in n. 1336 a. 142 pictis similes, altae m. 0.64, et paene eaedem atque in n. 1337. Unde fortasse n. 1336 exemplum instauratum est c. 188. In n. 1337 litterae altae sunt m. 0.036.

1336 v. 3 PAOT in lapide est.

V. 4 extr. PRONEPOTI.

V. 5 ..... IO·HADRIANO·ANTONI dispiciuntur.

V. 7 POTEST·V·COS·III·P·P clare leguntur.

V. 8 OCVRITANO recte legit Berlanga.

1337 v. 5 PON·MAX.

V. 6 extr. IMP·X·.

V. 7 OCVRITANORVM clare leguntur.

Unde nomen oppidi *Ocuri* scribendum, non *Ocurri*.

Ad p. 848 n. 5407. Extat hodie Asidone apud Iosephum Mario Butron, *calle de Arrieros* n. 8, columna alta est m. 1.82, circuitus 0.84 ad 0.81. Haec scripsit Marianus Pardo.

Ad p. 848. Radae dissertatio de necropoli Carmonensi iam pars est scriptorum academiae Matritensis historicae (*Memorias de la R. Academia de la Historia* vol. XI 1888 p. 489—666). Egit praeterea de ea in libello, quem videre non potui neque aegre fero me non vidisse, M. Sales y Ferré *estudios arqueológicos, necropolis de Carmona, funerales de los Romanos, sarcófago visigotico* Matriti 1887 (pp. 205) 8.

Ad p. 860. Georgii Bruns dissertatio de tabulis Ursonensibus repetita est in eius opusculis (*kleinere Schriften*, Vimariae 1882) vol. II p. 282 ss. De aetate et additamentis legis Ursonensis nuper H. Nissen exposuit probabilia in dissertatione *zu den römischen Stadtrechten* mus. Rhen. vol. XLV 1890 p. 107 ss. Quae de patronis cooptandis cap. XCVII praecipiuntur cum omnino non conveniant cum de eadem re cap. CXXX. CXXXI propositis, illa ius fuisse existimat aetatis Caesarianae, haec addita ex ea lege, quam Augustum anno p. C. 11 audimus tulisse de honoribus praesidibus provinciarum offerendis (Dio LVI 25, 6). Itaque cum quae praecedant conveniant cum Caesaris legibus reliquis (cap. XCVII et CIV e lege agraria a. 59, cap. CVI e lege de maiestate, cap. LXVI. CI. CV ex lege municipali pendere adnotat scriptor), ante cap. CXXIV incipere partem legis additam aetate Augusti, quae incuria eius, qui legem incidendam curabat, complura contineat neglegenter dicta scriptave, veluti c. CXXVII in nomine provinciae, formulasque petitionis interpolatas in capp. CXXV. CXXVI. CXXVIII. CXXIX. CXXX. CXXXI. CXXXII. Neque obstare quod, qui scripsit, de Caesare locutus sit tamquam vivo cap. CXXV; nam ipsa illa verba aperte vitiosa esse. Ita explicandum quod cap. CXXV—CXXVII ad Augusti legem theatralem a. p. C. 22 (?) redeant, c. CXXXII ad legem Augusti de ambitu, quae saepius memoratur.

Ad p. 867 n. 5449. Extat Malacae in museo marchionum de Casa-Loring. Berlanga mihi scripsit simul cum tabella aenea servatos esse clavos quattuor aeneos, qui in capita bovina exeunt.

Ad p. 869.

6284 *Astigi*, rep. m. Sept. a. 1890, tabula lapidea alta m. 0.25, lata 0.36; litteris altis m. 0.025 saec. III, similibus Aratispitanis exempl. n. 432. 436.

D · M · S
L · CALPVRNIVS ·
GAVLINIANVS · NASC
ANIESIS · ANNORVM ·
XXXV · PIVS · IN
SVIS · HIC · SITV
S · EST · S · T · T · L ·

Descripsi ex ectypo, quod Berlanga misit m. Dec. a. 1890; lectio omnino certa est.

V. 2 *Gaulinianus* Berlangae creditur ethnicum esse ab oppido, cuius nomen vetustum superest in *los llanos de Caulina* loco prope Nebrissam neque procul ab Astigi sito; nam a Gaulo insula Gaulitanus formari solet. Tamen cum idem homo dicatur origine esse *Nascaniesis* (pro Nescaniensis, ut iusta in usu videntur fuisse Nabrissa et Nebrissa), Gaulinianus in cognomen simplex videtur abiisse.

Ad p. 873 n. 1752. *Villanueva del Ariscal* prope *San Lucar* conventui Hispalensi tribuendam esse monuit Kiepertus.

n. 1808. Extat Hispali apud Franciscum Matthaeum Gago, ubi contuli a. 1888.

n. 1848 est = n. 5117 (p. XLII), ut observavit Ioachim Costa; cum Asidonensis sit teste Anonymo Taurinense, Gades videtur translata esse iam saec. XVI; nam vidit eam ibi Morales.

n. 1891. Extat Hispali apud Gago.

Ad p. 874 n. 5481. Extat Hispali apud Gagum, ubi descripsi a. 1889.

6285 Gadibus, rep. s. 1890 m. Dec. *en la Punta de la Vaca*, tabulae marmoreae litteris elegantissimis saeculi primi.

6285a
LVCEN
ANN·X
H·S·H·S·

6285b
QVAR
EST

6285c
. . . ELACcius
SODALIS NN
XVIII·H·S·E·S·T·T·L
T·STLACCIVS
5 SECVNDVS
ANNO·XXIV·S·T·T

6285d
VALEN
NVMID
C · S

6285e
. . .
H

Descripsi ex imaginibus photographis quas Franciscus Asis de Vera misit m. Iunio a. 1891; Fita *bol. de la Acad.* XVIII 1891 p. 459 m.

Ad p. 876 Titulus Malacitanus Graecus, quem dedi supra p. 851, iam extat in Kaibelii inscriptionibus Graecis Siciliae et Italiae cet. n. 2540. Praeterea memorandus hic fuit titulus inter miliaria relatus n. 4688.

Ad p. 882. Addendum est Nativolam pertinuisse ad conventum Accitanum, ubi vide (ad p. 930).

Ad p. 884 n. 2411 non est Antonini Severi f., sed potius Pii, ut suppleatur [*T. Ael. Hadr.*] *Antoninus* [*Aug. Pius*] cet.

Ad p. 886 n. 2226. Imaginem saeculo proximo exeunte accurate delineatam ab ignoto submisit officiose A. Héron de Villefosse Parisinus. Novi nihil inde addiscitur. Museum Cevallos, quod Cordubae est, nuper venum dari coeptum est.

6286 Hispali apud Franciscum Matthaeum Gago, qui unde provenerit non meminit; fragmentum litteris bonis.

SERVANDO
VIATORI
. . . XXV

Descripsi a. 1888.

Ad p. 886. Apud ducem de Tarcifaes Hispali vidi apographum schedarum Ludovici de Valdivieso, *noticias de la villa de Porcuna, año de 1604*, quae servantur in bibliotheca Columbina t. 83 *de varios en fol.* n. 104; titulos notos tantum continent.

PARS TERTIA.

TARRACONENSIS.

Ad p. 891 n. 2386. In schedis bibl. publ. Olisiponensis *Extracto das noticias* cet. doctoris Bartholomaei *de Macedo Mulheiro* a. 1781 (v. CIL I p. 40) f. 117 repperit Figueiredo vv. initio paullo aliter divisis LOVESIVS... | FVCI·F·SIM | ET·BOVTEAE cet. Ex oppidis eius regionis variis titulos novos subministravit Sarmento, quos hic propono, omnes.

6287 *Amarante*, rep. prope urbem, quae vestigia vetustatis nulla continet stam.

IOVI M
AXINO
VICANI
ATVCAVSE
5 //////////

Sarmento misit m. Augusto a. 1889.

V. 4 A primam certam esse, tum non N, sed potius TV legi, CAV aegre, SE clare dispici idem adnotat. V. 5 prorsus evanuit; spatium habet litterarum quattuor vel quinque tantum, in fine vacuum.
Sarmento legit *Iovi maximo vicani Atucause(nses)*.

6288 *Tagilde*, ad dextram *Visella* fluvii ripam, inter *Vizella* et *S. Faustino de Vizella*.

ANTONIA
RVFINA
VOTO NIM
HIS LVPIA
5 NIS LIBENS
ANIMO
POSVIT

Sarmento ex ectypo descripsit mihique misit m. Septembri a. 1889.

V. 3 extr. N certa est; in margine extremo periit P littera. V. 4 idem primum LVCIANIS legerat, cum tertium elementum non satis distinguatur; sed magis probat LVPIANIS.

6289, **6290** *Moncorvo*.

6289
CORAS
A · VXOR
A · LO

6290
SERVRVS
ARI · SEVRV
S · ONARELI
A · ANLXII

Sarmento accepit descriptas ab amicis non bene, misitque m. Augusto a. 1889.

6291 *Perto do apeadeiro entre o Pinhão e a Regoa, na linha ferrea do Douro, extensa inscripção funeraria*.

DIIS · MANIBVS | AIPI · ROVMI
QVIRINA · ASTVRIO | A · VPIERANI
L · SVLPICIVS · RVI | VS · ET · L · PIA
VIVS · CIEMENS · EX | ESTAMENTO · F

Sarmento accepit ab amicis descriptam male et misit m. Augusto a. 1889.
Id est *diis Manibus* [*L. S*]*ulpicio M. f.* | *Quirina Asturica veterano* | *L. Sulpicius Ruf*[*in*]*us et T. Fla*[*vius Clemens ex testamento f*(*ecerunt*).

Ad p. 890. n. 5505 iam extare in museo Vimaronensi adnotat Leite l. s. s. (ad n. 6505) p. 58. Sarmento v. 6 c litteram distinxit; unde supplendum *f. c.*

Ad p. 257. Ad eos qui de Citania scripserunt addendi sunt F. Adolphus Coelho, qui de nomine Citaniae docte et caute disputavit in ephemeride *revista de ethnologia et glottologia* I 1880 p. 34—41, et S. Sanpere y Miquel *revista historica* II 1885—21 p. 870.

n. 5505 ex imagine photographa ed. Cartailhac *âges préhistoriques* p. 290 fig. 016.

Ad p. 000. n. 5510 e Moreirae schedis, in quibus dicitur reperta esse a. 1741, post me exscripsit Figueiredo *rev. archeologica* IV 1900 p. 03, qui vv. 4—0 ita supplevit: (c)e(ium) *R omanorum*) | *Mar[t]i ma[g]n[o] vi(c[tori)* | *v. s. l. m.* Satis audacter; nota quidem est ala II Flavia Hispanorum civium Romanorum ex n. 2000, sed inde non sequitur alam Flaviam hanc simplicem fuisse civium Romanorum. Supplementa a me proposita propius accedunt ad textum quamvis corrupte traditum.

Ad p. 000 n. 5470 adde annorum 103/10 indicationem.

Ad p. 004. Nomen civitatis Auriensis (v. p. 951 ad n. 5013) fortasse servatum est in titulo christiano inscr. Hisp. christ. n. 040 anni p. C. 920 (cf. addit. inscr. Brit. christ. p. 5*); videtur enim ibi memoria extare *praesulis*, i. e. episcopi, *Auri*.

Ad p. 503. n. 5021 *Lemos* oppidum e. 2535 rectius conventui Lucensi tribuitur.

n. 5003 e schedis Moreirae post me edidit Figueiredo *rev. archeologica* IV 1905 p. 95, qui nomen patris putat fuisse *Manci[ni]*, cuius nominis exemplum n. 3575, quod profert, si certum ibi est, ab hac certe regione videtur alienum esse. Ceterum putat Figueiredo eundem fortasse esse titulum n. 5370, qui tamen aliunde provenit et nimis differt.

Ad p. 000. n. 5632 Villa-amil edidit loco indicato ad p. 907.

n. 5015 emendandus in 5630.

Ad p. 007. De Luco Augusti dissertationem accuratam scripsit Iosephus Villa-amil y Castro, cui non nulla iam inde debeo mecum communicata, in *rev. archeologica* IV 1850 p. 73. 104 ss. Indicavit ibi lapidum aliquot Lucensium mensuras, quas infra repeto.

n. 2571 ara alta m. 0.84, lata 0.40.

n. 0044 ara alta m. 1.20, lata 0 33.

n. 0545 cippus altus m. 1.85, latus 0.30.

n. 5547 mensurae conveniunt.

n. 5048 mensurae conveniunt.

Ad p. 505.

6292 Ex *Fuenteencalada de Vidriales* prope Zamoram nuper accessit titulus hic rep. a. 1883.

S V T O R I
D O C O R A
X X X · O
O V T O R I
O P R I S C
A N N · X X
C · SVTO · F
O C I I I O

Fita *boletin de la Acad.* XV 1825 p. 501 ex Ursicini Alvarez Martinez *historia ..... de la provincia de Zamora* (Zamorae 1885) p. 65, quam nondum vidi.

Ectypum promissum ab editore nondum in meas manus venit.

Ad p. 010. Zoelarum titulis nuper unus accessit.

6293 *Lagomar*, ao *noroeste de Castro d'Avellãs*, olim in aedicula *de S. Thiago*, iam in porta coemeterii, lapis altus m. 0.0, latus 0.55; litteris altis 0.550.

F L A V O
F R O N
AN · LXV

Iosephus Henriques Pinheiro *rev. Lusitana* VI 1080 p. 00 s. q. v. sed e quo loco antiquo provenerit ignorat.

Ad p. 011. n. 5625 a Kaibelio inscr. Graecae Sicil. et Ital. cet. n. 372* falsis adscripta est; perperam, nam omnino genuina est neque unquam quisquam talia ibi his temporibus in lapide finxit.

Ad p. 012. n. 0550 adnotanda erant supplementa a Buechelero olim proposita (anthol. Lat. spec. III, Bonnae 1878, p. 18) carminis IV v. 2 *gemella* et v. 5 *apri* pellis pro *ursi*, quod praetuli, quia aprorum dentes carmine II dicuntur; illud videtur verum esse.

Ad p. 023 n. 5750. Ex meo exemplo e Selgas misso ed. Fita *bol. de la Acad.* XVIII 1891 p. 467.

Ad p. 927. Titulis Segontinis adnumerandi sunt hi:

6294 *Termino de Almadrones*, leugas quattuor a *Sigüenza*, in aedicula *de los Santos* ad fluvium *Vadril*, in pariete septentrionali c. m. 3 e solo inserta.

navis cum velis tribus

delphinus *delphinus*

ATTA · ABO | LVCIV
O I O C V M | NISSIO
A E C T V G | ACCVT
NI · F · LVX | F·H·S·E S
H·O·O·O·T·T·L | T · L

sertum

Fita *bol. de la Acad.* XVI 1890 p. 025 acceptam e Ioh. Catalina García, q. v.

Videtur esse *Attia Abboiocum [R]ectug[e]ni f[i]l(ia) Ux(amensis) h. s. e. t. t. l.* *Luciu[s ...*; quae sequentur minus certa sunt.

Ad p. 927.

6295 *Fuensabiñda*, duas a *Sigüenza* leugas versus merdiem prope *Torremocha del Campo*, a. 1890 e sepulcro Romano prodiit lapis altus et latus m. 0.97.

protome
mulieris inauribus
longis ornatae
TEIDA · TAVRICO
LONGANI
VXOR
N · S · E

Fita *bol. de la Acad*, XVI 1890 p. 351.
Taurico(*n*) gentis nomen est.

Ad p. 934.

Prope *Aguilar de Campó, partido judicial de Cervera de Rio Pisuerga, provincia de Palencia, en lo alto del monte llamado 'Cilda'*, prodierunt nuper tituli hi novem inscripti lapide calcario eius regionis. Servat Marchio de Comillas in oppido suo eius nominis *en la provincia de Santander*.

6296—6304

6296 Basis alta m. 0.43, lata 0.31, litteris magnis saeculi secundi, altis v. 1 m. 0.06, reliquis 0.045.

I · O · M
VRBI
CVS
V · S · L · M
folium palmae
hederae ramus

6297 Cippus altus m. 0.40, latus 0.20; litteris rudibus, altis m. 0.03, quarum N prona est, Ibericae similis.

D · M
VA · QVADRATO
BODDI · FILIO · VEL
LIC · AN · XL · MLI
A · VXSOR · MCRO
NIS · F · MONIMS
NTV · POSVIT
VIRO · PISMS

D(is) M(anibus) Val(erio) Quadrato Boddi filio Velli(cum) an(norum) XL Mantia uxsor Macronis f(ilia) monimentu posuit viro pientis(imo)

V. 3 *Boddi* patris cum *Boddegua* viri nomine comparandum est, quod habuimus n. 5719. *Vellic(um)* nomen revocat Οὐέλλικα Cantabrorum oppidi, cuius Ptolemaeus solus (II 6, 50) meminit. Nam quod apud Orosium adv. pag. VI 20, 5 Cantabri ab Augusto *sub moenibus Vellicae* dicuntur victi esse, *Atticae* libri Orosii optimi, *Belgicae* cum Floro (sive *Bergidae*) eius vulgata, Vellicae editio Havercampi et Thorunensis solae habent. Tamen non caret quadam probabilitate, Vellicam hanc et Veleiam Caristorum (Ptolemaeus II 6, 64) et Veliensea Plinii (III 26) cum Bellis Polybii (XXXV 2, 9) componendam esse. V. 4 ut dedi Fita legis; mihi MALI, *Malia*, potius visum est in lapide esse. V. 6 admodum evanidus est.

6298 Cippus altus m. 0.65, latus 0.32; litteris rudibus, altis m. 0.35.

D · M D · M
AIÆ · QVEA IÆ C
MIÆ · BOA RAV
DDI · F · CA N C
ELTIGVÆ · BO
N · N · X DDI · F ·
XXI · AIA CELTIG
ORIGENVN · N
A · VIRON X X X V
I · F · MON I M E
NTV · FACIENDV
CVRAV IT · PIEN
TISSIMIS · FILIA
BVS

D(is) M(anibus) Aiae Quemiae, Boddi f(iliae), Celtigun, an(norum) XXXI; d(is) M(anibus) Aiae Caravancae, Boddi f(iliae), Celtigun, an(norum XXXV, Aia Origena Vironi f(ilia) monimentu faciendu curavit pientissimis filiabus

A v. 10 textus per utramque paginam continuatur, quamquam linea divisoris ad imum perducta est.

Aia, Origena (in Orgenomescis Cantabris), Vironus nomina aliunde nota sunt, Caravancae novum; sed cf. Καραύνιος Ρητογένης Numantinus Appiani Iber. 94. *Celtigun* gentis indicatio formata ut *Boddegun* (v. ad n. 6297) Celtiberorum inter Cantabros vestigium videtur servare.

6299 Basis alta m. 0.48, lata 0.48; litteris rudibus, altis m. 0.03.

D · M D · M
ANINVS ANINVS
POSVI · AN FILIVS
NAE · CALE DOVIDE
DIGE · MTE NAE · CA
RTERE · PIA LEDIGE ·
E · QVE · VI MATRI · P
XSIT · A IAENTI
NNIS SIME · QV
LXXX AE·VIXSIT·ANNIS
ANINVS INDVLGE
NTISIMIS POSVIT
L · XX · V

D(is) M(anibus). Aninus posui Annae Caledige marterere piae, que vicsit annis LXXX. D(is) M(anibus) Aninus filius Dovidenae Caledige matri piaentisime, quae vixsit anais LXXV. Aninus indulgentism[i]s posuit.

Hic quoque ut in praecedente a v. 11 textus continuatur; vitae anni matris v. 10 in margine et infra in fine videntur postea adlecti esse.

Aninus, Anna, Dovidena nomina alibi redeunt; *Caledige* videtur gentis indicatio esse nova.

6300 Basis cum imagine operis rudis alta m. 0.36, lata m. 0.42; litteris scariphatis, altis v. 1 m. 0.03, reliquis 0.015.

iuvenis *mulier* *stantes*

D · M
EONINA · MATERNA · FI
LIO · SVO · SEMPRONIO · ANN
· /XX · IPSA · ANN·XV · XXXX

V. 2 *Eonina* nomen novum est.

6301 Basis infra fracta alta m. 0.30, lata 0.20; litteris rudibus et profundis, altis m. 0.04 ad 0.05.

D · M
DANVVI Q
IN FILI · CITATI
ORGNOMES
SV N VII

D(is) M(anibus) Danuvi Q(u)in(ti) fili Citati Orgnomes(q)um an(norum) ..VII ....

Casui videtur tribuendum esse, quod Danuvi fluvii nomen Celticae originis, ut videtur, hic redit inter Cantabros Organomescos; de his cf. n. 6729 (= 2707).

6302 Cippus cum anaglypho, altus m. 0.43, latus 0.33; litteris rudibus, altis m. 0.025.

vir nudus stans, bracchiis ad eundem sublatis; d. ramum(?) tenet

D · M · ANNA · AVNCL
SVO · AE · SEXTIANO
MINORA
POSIVT
ANORVM
XCV

D(is) M(anibus) Anna auncol(o) suo Ae(lio) Sextiano minora[m] posu(i)t annorum XXCV

V. 1 dedi ut legit Fita; in ectypo pauca distinguo. V. 3 observa *minoram* pro *memoriam* et v. 4 *posuut* pro *posuit* formas rusticas.

6303 Basis alta m. 0.20, lata 0.40; litteris rudibus et profundis (ut in n. 6301) altis m. 0.035 ad 0.04.

DI M DICADI FILIO
SVO MILIOCVLA
PIENTIS · AN
X X X VII F
C · CV

Di(s) Ma(nibus) Dicadi filio suo Miliocula pientis(simo) ann(orum) XXXVII f(aciendum) cu(ravit)?

V. 1. 2 dedi ut Fita legit; in ectypo vix distinguuntur. *Dicades* et *Miliocula* nomina nova sunt. Textus lineam divisoriam sprevit.

6304 Basis alta m. 0.33, lata 0.30; litteris ex parte evanidis, altis m. 0.02.

D · M | D · M
VRS · VLV | POSVIT
POSVIT | CE///RESV
COIVGI | PIETISSI
PIENTISSI | V · S · V
ME · POSVIT | ///OSV
· ONIME | //VAB//
VO | N

D(is) M(anibus) Ursula posuit coiugi pientissime; posuit (m)onime(ntum)? D(is) M(anibus) Ceresu pietissi... Ursu(lus)? .. uab?..n

Fita a parte laeva v. 7 legit *posuit On(es)ime [an]no(rum....]*, a dextra v. 4 ss. *pie(n)tiss[imo o]bu[ncul]o su(o) Vab[alo an]n[orum...]*. *Ceresu* nomen novum est; sed memoratur a Ptolemaeo apud Iaccetanos II 6, 71 Καρησός locus.

6304a fragmentum lapidis calcarii (*trozo de sillar calizo*).

CAESA

Romualdus Moro *bol. de la Acad.* XVIII 1891 p. 422.

Descripsi ex tabulis photographis et ectypis gypseis quae Fita misit, qui ed. *boletin de la Acad.* XVIII 1891 p. 220—90; de monte *Cilda* sive *Cildad* (civitatis?), cuius situm cum oppidi vetusti civitatis Olivae(?) vestigiis descripsit Romualdus Moro *bol. de la Acad.* XVIII 1891 p. 427 ss., Fita documenta aetatis mediae protulit ibid. p. 441 ss.

Ad p. 237. n. 2890 Pompaelone in museo provinciali a me a. 1881 nondum viso vidit de Marsy *bulletin monumental* nov. ser. V 1883 p. 271 ss.

Ad n. 3035 (p. 941). Denuo comparuit et est iam in museo Complutensi, ubi ectypum sumpsit Fita, quod contuli. Litterae sunt saec. II, ex parte admodum evanidae. Initio versus amplius videtur fuisse. V. 1 nihil distinguo in ectypo; 2 ITALIA perspicuum est, VRBS non comparet. Etiam reliqua videntur recte lecta esse ab antiquioribus.

Ad n. 3030. Est in museo Complutensi; Fita *bol. de la Acad*, XVI 1890 p. 578 ectypum sumpsit, quod contuli. Litterae sunt saec. II sive III non bonae, altae m. 0.04. V. 2 legitur VXSAMEN|SIS.

Ad n. 3042. Est in museo Complutensi; Fita *bol. de la Acad.* XVI 1890 p. 579 ectypum sumpsit, quod contuli; cippus cum fastigio litteris saec. II vel III non bonis, sed perspicuis, altis m. 0.065. V. 1 NON · SVAVET · APV claro legitur (non est SVAVEI); etiam reliqua recte tradita sunt praeter v. 6, ubi F·C, quod conieci (pro H·X), in lapide est.

E Compluto praeterea accesserunt tituli hi novi tres.

6305 *Alcalá de Henares*, inserta turri *de Tenorio* in palatio quod fuit archiepiscoporum, ex adverso coenobii monacharum Bernardinarum, lapis calcarius altus m. 0.30, latus 0.69, litteris saeculi II elegantibus, altis m. 0.06.

A S T
VD · SA
P F V L F
O L Y D E
CES · V
S · L · M

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XVI 1890 p. 570 indicatam ab Ignatio Esperanza m. Maio a. 1890.

[M]art(i A)ug(usto) sa(cr(um) —. A]ppule(ius P)olyde(u)ces v. s. l. m.

V. 6 P·VIT *P. Vit(ellius)* Fita, non recte puto.

6306 *Alcalá de Henares*, in angulo muri, qui est in curte deversorii *el parador de la Paz* Ignatii Esperanza, prope portam urbis occidentalem *la puerto de Madrid*, lapis calcarius altus m. 0.35, latus 0.20, litteris saec. II altis m. 0.04.

D · M · S
LICINIO
sic FESSTO · A/ · L
L·N· · QVÉTA
D · S · P · F · C

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XVI 1890 p. 877.

6307 *Alcalá de Henares*, extat iuxta praecedentem versus plateam palatii, lapis calcarius altus m. 0.42, latus 0.39, litteris saec. I ex. vel II in. altis m. 0.06.

MVCI
MAMILI
PRISCVS · V
ET PISSIN
F · C

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XVI 1890 p. 877.
Lege *Muci*[*ae*] | *Mamilia*[*nae*] | *Priscus* [*uxo*]*ri piissim*[*ae*] | *f. c.*

Ad regionem Complutensem pertinet titulus hic.

6308 *Trillo*, thermarum oppidum leugas duas a *Cifuentes, provincia de Guadalajara*; in eius vicinia ab altera Tagi ripa est collis dictus *el cerro de Villaviejo*, ubi oppidum vetustum fuisse indicant parietinae aedificiorum. Ibi a. 1868 repperit lapidem arenarium, altum m. 0.87, latum 0.41, crassum 0.14 Ioh. Catalina García, qui servat Matriti in domo sua (*calle del Espejo* n. 9), inscriptum sic:

SOL · AVG · V ·
DIO · G · LIB ·
S I

Fita *bol. de la Acad.* XVI 1890 p. 224.
Fita legit *Sal*(*i*) *Aug*(*usto*) *V*(*alerius*) *Dio G*(*ai*) *lib*(*ertus*) [*votum*] *s*(*olvit*) *l*(*ibens*) [*merito*]. Fortasse est *v*(*otum*) *Dio G. lib. s*(*olvit*) *l*(*ibens*).

Ad p. 944. n. 3079 = suppl. n. 6340.
Ad viciniam Toleti pertinet titulus qui sequitur.

6309 *Orgaz* (*provincia de Toledo*), rep. m. Decembri a. 1889 in loco dicto *Gaitán* (ubi creditur urbs olim fuisse *Escálicas* dicta), chiliom. 4.58 ab *Orgaz* versus occidentem et chiliom. 8 ab *Arisgotas* vico, in agro Adelae Ruiz Tapiador, viduae Perea; servatur in museo Toletano, ara ex lapide calcario alta m. 1.50, lata 0.85, crassa 0.34.

HERCVLI
CORNEL
IVS · SVRA
V · L · B · M

Vicecomes de Palazuelos *bol. de la Acad.* XVI 1892 p. 313 s. Cf. n. 203*.

6310. 6311 *Perales de Milla* (a *Villanueva de Perales* chiliom. 7), oppidum propter febrim desertum *en el distrito de Navalcarnero, provincia de Madrid*, cuius ager nunc ad *Quijorna* oppidum pertinet; in eo agro, in praedio dicto *el coto la Cepilla*, ad confluentes *Perales* fluvium et *Palomero* rivum, extant parietinae oppidi vetusti, fortasse Mantuae Carpetanorum, cum *Villamanta* prope absit. Ibi nuper reperti sunt cippi sepulcrales ex lapide calcario duo hi, quos ibi servat Ludovicus Dabia y Urrutia, dominus praedii. Cippus operis elegantis, altus m. 2.11, latus m. 0.80, litteris saeculi primi exeuntis, ut videtur.

6310
D · M
AEM · EL
AVO · ETV
RICO · MIS
SICIO · AN · LV
SATVRNI
NVS · FILIVS
POSVIT · S · T · T · L

V. 2 *Elavo* clare legi, non *Flavo*, testatur Fita. In milite missicio vel forsitan cohortisve Hispanae tam *Flavus* cognomen Romanum, apud peregrinos Ibericos admodum usitatum, quam *Elavus* peregrinum locum habet. *Talavus* apie comparat Fita.
V. 3 *Eturico* gentis nomen est formae aliunde notae, sed per se novum.

6311 Cippus rudis (*una laja tosca*), altus m. 2.37, latus 0.40; litteris similibus atque in n. 6310.

D M
BRITTO
V L O Q
D A T I C
N · LXX
S · T · T · L

d(*is*) *M*(*anibus*). *Britto Uloq*(*um*) *Datic*(*i*) *an*(*norum*) *LXX*. *S*(*it*) *t*(*ibi*) *t*(*erra*) *l*(*evis*).
V. 2 *Britto* nominativus est, *Uloq*(*um*) gentis nomen, *Daticus* patria.
Fita *bol. de la Acad.* XVIII 1891 p. 257 s. ex ectypis.

Ad p. 944. Ad *Cabeza del Griego* accessit titulus qui sequitur.

6312 *Uclés*, in muro qui est circa turrim castelli principalem, marmor album altum m. 0.79, latum 0.50, litteris optimis aetatis Augustae altis m. 0.07 cum punctis triangularibus.

ſO · MATVR
ET · FIANO · L · H
VA · TSSTAMEN

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XVI 1890 p. 970.

Ad p. 965.

6313 *Termino de Vallada, partida de Terrasos.*

CAECILIA · G · F ·
FESTA
M · VALERIVS · M · F
GAL · VERANVS
S AN · LXXXV · H · S · S

Ectypum accepi a Guerra.

Ad p. 962.

6314—6320 *Santañy*, rep. a. 1909 mense Maio, proxime ad *la Carotge* situm prope salinas; fragmenta tabellarum sepulcralium eiusdem generis atque n. 3070—3992.

6314 Cippus cum fastigio, Punicis similis, latus infra m. 0.44, altus 9,05; litteris rudibus, paene scariphatis, altis m. 0.04 ad 0.010 praeter v. 0, quae sunt m. 0.92; videntur esse saeculi I.

linea erasa
CLO · VRBA
ANN
NA · POST
TROPTANS

Clo(dia) Urbana ann(orum) [spatium postea explendum] *post......?*

V. 2 *ann(orum)*?, postea interpositum. T ultima ita T.

V. 4 in. nihil videtur deesse praeter litterae primae partem inferiorem, quae T est, ut Planes putat mihique visum est, non F vel S. Littera quinta hanc P formam habet. Quid haec significent ignoro; *poster(a) optans ....?*

Cf. n. 3601 *Clodia Cucuma*.

9349 Cippi fastigati pars superior lata m. 0.20, alta 0.12, quae videtur integra esse, quamquam fracta est a parte dextra; litteris altis m. 0.010, saec. I bonis.

PAPONI FILIO

Nomen potest *Papo* fuisse.

6316 Tabella longa m. 0.014, alta 0.911; litteris vetustis, altis m. 0.025 ad 9.99.

Q · SVLACIVA
· · ARTO · A
...

Cf. n. 3999—3099 aliorum Sergiorum; cognomini litterae una vel duae desunt initio.

6317 Tabula alta m. 0.90, lata m. 0.195; litteris vetustis et profundis, altis m. 0.03 ad 0.94.

ONPE
CEV
AN ·
H · S · E

[..P]*ompe[ius]*?] .— *ceu..* [cognomen barbarum] *an(norum)* ....
h(ic) s(itus) e(st)

6318 Fragmentum tabellae latum m. 0.15, altum m. 0.11; litteris altis m. 0.09, vetustis (ut in n. 9314).

N (
NIVS · ANOR ·
HAVE · ET · VALE

..nius anor(um) ....; *have et val[e]*

V. 1 N, non M, certa est.

V. 3 Formula *have et vale* frequens est in titulis hisce.

6319 Fragmenta duo lapidis unius; litteris malis, obiter incisis, altis m. 0.03. Lineae in lapide indicantur.

D · ‡S · V · M
CFP ... CLV
...ILI FECIT
VIXA · A · XX

Praeter v. 1 et v. 9 *vix(it) an(n(is))* *LXX* non intellego.

6320 Tabellae pars inferior, longa m. 0.25, alta m. 0.110; litteris malis, altis m. 0.03 ad 0.94.

V · D · S ·
P · T · N ·

Descripsi ex ectypis et delineationibus accuratis, quas misit Jaime Planes, qui edidit *boletin de la Sociedad arqueologica Luliana* III 1890 p. 331.

Ad p. 979.

n. 4059 scribendum fortasse cum Marquardtio *ob legationes in concilio provinciae* ... [*et*] *aput Antoninum Aug(ustum) prospere gestas.*

Ad p. 973 n. 4318 propter versum Graecum iam extat in Kaibelii inscriptionibus Graecis Siciliae et Italiae cet. n. 2539.

n. 4410. 4451 academiae Matritensi misit m. Iulio a. 1899 a se descriptas Antonius Perez Garcia, qui n. 4494 ita exhibet IVNIA CVPITA | H S E N LV | H MEAET LLIMPHI|DIA SP·P·S T·T·L non satis recte, *bol. de la Acad.* XVII 1900 p. 914.

Ad p. 981 n. 4491 *Caldas de Mombuy*; nunc est Barcinone apud societatem *d'excursions cientificas*. Edidit inter alios Clemens Caspinora *guia-cicerone del viajero . . . en Caldas* cet. Barcinone 1843 8.

Ad p. 984. n. 9146 titulus Graecus iam extat in Kaibelii inscriptionibus Graecis Siciliae et Italiae cet. n. 2538.

6321 Barcinone, lapis longus m. 1.45, rep. in fundamentis domus, quae sita est in angulo viarum *de Aviñó* et *de la Enseñanza*; servatur in museo. Litterae sunt optimae saec. I exeuntis, altae v. 1 m. 0.08, reliquis 0.05.

Q· . . . . GELLIONI
AED / FLAN
PROPER/TO FRATRI MAXIMAE·MATRI
POMPEI A·GN·LIB· GLENE·ET·SIBI

Descripsi ex ectypo, quod misit Elias. Edidit Fita *bol. de la Acad.* XVIII 1891 p. 993.

Lectio certa excepto v. 3, ubi post PROPER videtur sequi A, tum spatio parvo intericcto apices TOFRATRI litterarum, unde legendum *Q.[Titio.... Ni]gellioni, aed(ili ....), flam(ini), Properato fratri, Maximae matri, Pompeia Cn. lib(erta) Glene et sibi.* V. 4 GLENE certum est nec videtur quidquam deesse. Nomen Glene mihi novum; sed extant Γληνεύς et Γληνίς.

6322 *Rubi* prope Barcinonem; lapis parvus longus m. 0.16, altus m. 0.9.

L · PORCIVS · NE
POS · H · S · E · AN
XXIII · P · L · F · SE
RANA · MATER

Descripsi ex ectypo, quod Antonius Elias Barcinonensis misit. Indidem Fita *bol. de la Acad.* XVIII 1891 p. 391. V. 3 lege *P(orcia) L. f(ilia).*

Ad p. 987 n. 4603 edita est nuper in *memorias de la associació catalanista d'excursions cientificas* vol. VIII 1869 p. 594.

Ad p. 988 n. 4999 a Kaibelio Inscr. Graecae Sicil. et Ital. cet. n. 377* falsis adscripta; iniuria, nam nemo talia ibi unquam finxit.

6323 Emporiis, tabella lapidea parva, longa m. 0.46, alta m. 0.08; litteris saec. I, ut videntur, non bonis, altis m. 0.095; lineae versus distinguunt.

FVLVIA · Ɔ · L
ARBVSCVLA

Descripsi ex ectypo, quod misit Antonius Elias de Molins. Est *Fulvia (mulieris) l(iberta) Arbuscula.*

Ad p. 991 n. 9199 via Olisipone non Salmanticam, sed potius Norbam et Emeritam duxisse videtur Kieperto, collatis miliariis n. 9218 et 4638

Ad p. 993 n. 9202 secundum locorum ordinem post n. 6905 collocandus; ut observavit Kiepertus.

n. 6210. 6211 miliarios ad aliam aliquam viam a Bracara directam versus meridiem et orientem ad Salmanticam Norbamve pertinuisse probabilius visum Kieperto.

Ad p. 994 ad n. 4781. 4782 et ad n. 4799. 4797 adde annum 103.

Ad p. 995 n. 4877 collata n. 9950 numerus emendandus est in XXXXV, ut observavit Kiepertus.

n. 6223. 6224 scribendum pro 9123. 9124.

Ad p. 996 n. 9930 scribo *Pontevedra*; cf. n. 4877, qui est eiusdem viae Bracara Asturicam.

Ad p. 997 n. 4889 numeri corrupti sunt; patris vivi nomina ducunt ad n. 910, tituli filii ad n. 943 ss.

n. 4890. 4891, item n. 4893—99 adde annos 193/110.

n. 9933 idem ac n. 4875, ut sero observavi; scribendum *Arnoya* pro *Amoya*. Ceterum locus potius ad viam Asturica Bracaram tertiam pertinere visus est Kieperto, cum non procul absit a valle Limiae.

Ad p. 998 n. 4959 fortasse Fl. Val. Severi nob. Caesaris.

n. 6937 potius Constantii II.

Ad p. 999 n. 5238 supra n. 4948 iam memoratus est.

Accesserunt nuper viae Augustae miliarii novi, quorum alterius supra p. 999 c. IX mentionem feci, hi:

6324 columna rep. a. 1883 in monte *Falvona*, ab *Almacellas* chiliom. 4, in via Romana Ilerda per *Esplugas* Oscam; servatur Ilerdae in museo provinciali nuper instituto.

TI CLAVDIVS CAESAR
AVGVSTVS GERMANICVS
PONTIFEX MAXIMVS TRIB
VNICIA POTESTATE III
IMP · VIII COS · III · P · P · a. 43/44
CCXXXVIII

Antonius Elias Barcinonensis misit descriptum ab amicis. V. 4 extr. legendum III.

6324 a Barcinone, *en la Creu cuberta*, ubi via Augusta incipit, fragmentum columnae miliariae; litteris ut videntur saec. I bonis

. . . . . ¡ORATI
*maxi*MO · TRIB · PO*testate* . . . .
COS · III · PATRI *patriae*
pro CONSVLI
a AVGVSTA

Raimundus Arabia y Solanas *butlleti de la associacio d'excursions catalana* XIII 1890 p. 148 cum imagine ligno incisa, et inde Fita *bol. de la Acad.* XVIII 1891 p. 462 a.

Cuius imperatoris sit incertum, nisi est Claudii a. 47/50, ut n. 4954. 6242. V. 1 legebatur pontificis vocabulum.

Ad p. 1001 n. 9217 s FER vocabulo ferrariae indicari putavit O. Keller in Wölfflini archiv lexicographiae Latinae VII 1890 p. 24.

Ad p. 1002.

6325 Glans plumbea, rep. in colli *de la Atalaya*, in praedio *del Nuño*, medio fere itinere inter Ursonem et Astigi, ubi permultae glandes prodierunt non inscriptae. Ursone servat Franciscus Rodriguez Marin una cum septuaginta plus minus non scriptis.

AF

Descriptam misit Marin, qui servat.

Ab Italicis falsis inscriptis M·AVF, M·AVF|IMP, T·AVFIDIVS ephem. VII n. 64*. 52* omnino diversa.

Ceterum n. 9243 ante te delendus.

Ad p. 1002 n. 6219 4. Berlanga Hispan. anteroм. p. 245 Ibericam esse putat; recte omnino. Vas est argenteum.

Ad p. 1003 n. 6254 errore typographi THERME vocabulum ab XAMI quod sequitur longius distat; praeterea scribe RIPA.

Ad p. 1004.

n. 4987 2 nunc est C. XV 981.

6326 Tegula Astigi rep.; Ursone servat Franciscus Rodriguez Marin.

S · POS · ORD

Descripsi ex ectypo, quod misit Marin.
[*M.*]? *Post*(*umii*) *Ord*(*inati*)?

6327 Tegula, rep. circa Astigim; Ursone servat Franciscus Rodriguez Marin, litteris leviter scariphatis, altis m. 0.025.

PLS

Descripsi ex ectypo, quod misit Marin.
P(*au*)*l*(*inu*)*s*?

Ad p. 1027. Inter ectypa a Guerra mecum communicata unum est tituli, de cuius origine nihil adnotatur, litteris rudibus scripti, altis m. 0.04 ad 0.03, inaequalibus et leviter scariphatis, hoc

6327 a

DGIN
CINA · VOTO
NE QI · LICIAT
INEO

Initium mutilum non intellego; reliqua videntur esse ..cina voto, ne q(u)i (pro cui) liciat in eo....

Ad p. 1024. Vasculis variis haec fortasse votiva videntur adnumeranda esse.

6328 *Alcalea del Rio* (v. supra p. 138) prope molam aquariam *la Peña de la Sal* dictam, ubi situs Arvae oppidi veteris ponitur ab accolis, cum alia suppellectile cretacea prodierunt barcae octo parvae e terra sigillata factae, longae illae a m. 0.410 ad 0.145, latae a 0.040 ad 0.075 pondo a gr. 200 ad 350, quarum duo inscriptae sunt litteris scariphatis saeculi, ut videntur, secundi tertiive. Ubi iam serventur ignoro.

a barca longa m. 0.115, lata 0.75.

EX INGENIO
phellus *corum* *phellus*
BVBALICI *folium hederae*

b barca longa m. 0.12, lata 0.9.

MANVS AVRELI
PACATIANI FILIVS
POSSESSOR *corum* LEOPARDORV
DENVDATOR GIMA
NASIVS ARESCV

A. Engel *les barques votives d'Alcalée*, rev. archéologique ser. III vol. XV 1899 p. 338 ss. cum tab. lithographis XVIII et XIX, idem *bull. des antiq. de France* 1888 p. 238.

Lectio omnino certa est, ut tabulae accurate delineatae demonstrant.

a *ex ingenio Bubalici* opus fictile a Bubalico aut factum esse aut dedicatum indicat, ut recte observat editor. Magis puto eum indicari, cuius iussu barca facta est, quam votivam fuisse non nego. Similiter in epigrammate Africano C. VIII 985 poetae nomen adscriptum est *ex ingenio Asteri*; v. Exempla mea script. epigr. p. XXVI. Bubali nomen Graecanicum cum in inscriptionibus Graecis Latinisque reperiatur, etiam Bubalicum inde derivatum non offendit, ita iam editor iudicat recte.

